Digitized by Google

NAZIONALE
BIBLIOTECA
CENTRALE V. E. II
6
7
D
21
ROMA

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Domus Prof. Rom. Soc. Jesu

R. P.

FRANCISCI ROMANI MAMERTINI,

E SOCIETATE IESV

DE

SACRO ECCLESIASTE SIVE DE ARTE DICENDI IN SACRIS CONCIONIBVS

LIBRI TRES.

Adiecto Indice vtiliſſimo.

Cum Conſenſu & permiſſu Superiorum.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Sumptibus BERNARDI GVALTHERI,
ANNO M.DC. XXII.

Digitized by Google

6. 7. B. 21

Digitized by Google

ADMODVM REVE-RENDO DOCTISSIMO

CLARISSIMOQVE VIRO AC DOMINO, D. IOANNI HARTMANNI, SS. THEOL. DOCTORI, COLLEGIATAE ECCLESIAE BONNENSIS, Decano vt vigilantiſſ.mo ſic & meritiſſ.mo &c. Domino & Patrono ſuo ſingulari.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA V. EMANUELE

SI quam ſit arduum & difficile ſacri Eccleſiaſtis officiũ, ADMODVM REVERENDE DOCTISSIMEQVE DOMINE, hoc nũc afflictiſſimo rerum publicarum ſtatu, diligentiùs animo expendas, equidẽ nec grauius eo, nec difficilius inueniri vllũ credo, vel vltrò fatebere. Neq; enim ſtatuerit vllus leue, & non potius maximis innexum difficultatibus munus illius, cui non tam de moribus benè formandis, vitaq; prçclarè inſtituenda quorumuis hominũ; quàm de veræ fidei noſtræ articulis, & quæ in controuerſiã hac tempeſtate trahuntur, dogmatibus, contrã tot exurgentes paſſim hæreſes, maximo feruore & vitæ integritate, ſummâ induſtriâ & artificio ſingulari propalam differere, iugiterque detonare, incumbit. Atque ô vtinam id muneris qui ſuſcepêre, ſic peragant, ſicque ad eum quem ſibi præſcriptum norunt ſcopum, collimet omnes, quemadmodum par eſt, præclarè næ tũc, vel meo iudicio, de nobis Chriſtianis actum foret. Cæterùm quia non omnes quem debebant, ad imitandum intuentur Eccleſiaſten illum, qui *cum eſſet ſapientiſſimus, docuit populum, inueſtigans compoſuit parabolas quæſiuit multa verba vtilia, & conſcripſit ſermones rectiſſimos, ac veritate plenos*; ſed & aliena potiùs quàm ſua, naturæ quàm artis ductum, peregrinum magè quàm proprium vt exercitium, ſic

& iudicium ſuopte magiſterio ſequuntur, euenit vt plurimi, qui Eccleſiaſten ex officio agere videri volunt, vix vmbram agere videas. Et hîc quid agas? Commune propemodùm malũ iſtud. Ecce tibi ECCLESIASTEN FRANCISCI ROMANI MAMERTINI viri doctiſſimi diſertiſſimiq́;, qui morbo hûic nouo artificij genere medendũ cenſuit, cauſaſq́; eius probè cognitas, efficaciſſimo remedio, hoc libro, extirpare conatus eſt. Sic namq́; de officio Cõcionatoris eiuſq́; partibus differit, veram vt viam artemq́ue addictum ſcopum perueniendi, maximâ cum breuitate, facultate, claritateque ſolidè commonſtret; id quod vel ex primo intuitu operis tàm benè ordinati, accurato lectori facilè patebit.

Hũc ego ad te ADM. REVEREND. ET DOCTISSIME DOMINE, ſub tui vt nominis patrocinio ex mea in publicũ officina prodeat. Te enim, te inquã iudicem, te defenſorem depoſcit, idq́; magis eò, quod à me amantiſſimo tui veniat, qui iam pridẽ teſtificandi mei erga te animi, beneuolentiæ inſimul & familiaritatis declarandæ occaſionem expetij. Et quia non alio, quàm chartaceo & typographico munere commodius efficere potui, hoc teſtari volui, quod Te dignum eſſet, maius quidem ſi fuiſſet, tantum tamen, non quod volui, cum nõ ſuppeteret, ſed vt dixi quantum potui. Tuum nunc erit, id æqui boniq́ue conſulas, munuſq́ue non tàm oblatum, quàm offerentis animum & affectum penſes æſtimeſq́;. Interim Deum veneror precorq́; vt ADM. REVERENDAM ET DOCTISS. D. T. diutiſſimè incolumem ſoſpitemq́ue conſeruare dignetur. Datum Coloniæ ipſis Calendis Maij. M. DC. XXII.

Admod. Reu. & Præſt. D. T.
ſtudioſiſſimus

BERNARDVS GVALTHERI
Ciuis & Bibliopola Colon.

INDEX.
LIBRORVM, SECTIONVM, & Capitum Operis.

PRAEFATIO.

LIBER I.

In quo agitur de conditionibus Eccleſiaſticæ, priuſquam ſcribere conciones aggrediatur.

Cap. I. Dignitas, difficultas muneris, fructus, merces.

Cap. II. Talentum.

Cap. III. Vita integritas.

Cap. IV. Præcipuæ virtutes.

Cap. V. Scientia.

Cap. VI. Ars, imitatio, exercitatio, directio.

LIBER II.

In quo agitur de officio Eccleſiaſtę, circa rerum dicendarum inuentionem.

SECTIO I.

De quæſtione inuenienda.

Cap. I. Varia quæſtionum genera.

Cap. II. Quæſtionum promptuarium, & delectus.

SECTIO II.

De inuentione ad faciendam fidem.

Cap. I. Argumenta: genera, numerus, ſeries locorum dialecticorum, ſiue communium.

Cap. II. Loci definitionis, deſcriptionis, notationis.

Cap. III. Loci coniugatorum, partium, totius.

Cap. IV. Loci cauſarum, & effectorum.

Cap. V. Loci antecedentium, conſequentium, circumſtantium.

Cap. VI. Loci ſimilium, maiorum, parium, minorum.

Cap. VII. Loci diſsimilium, oppoſitorũ, repugnantium.

Cap. VIII. Loci diuinæ, & humanæ autoritatis.

Cap. IX. Autoritas ipſius Eccleſiaſtæ, ad faciendam fidem.

Cap. X. Loci proprij.

Cap. XI. Locorum vſus.

Cap. XII. Paradigma quæſtionis ductæ per locos.

Cap. XIII. Inuentionis ad faciendam fidem altera methodus.

SECTIO III.

De inuentione ad excitandum motum.

Cap. I. Quando, & quo excitandus motus.

Cap. II. Amplificatio quid, & vnde petenda.

Cap. III. Affectus excitandi, inflammandi, ſedandi, tollendi.

Cap. IV. Permouendorum animorum variæ conditiones pernoſcendæ.

SECTIO IV.
De inuentione ad delectandum.
Cap. I. Delectatio ſacro Eccleſiaſtæ quatenus adhibenda.
Cap. II. Quibus rebus efficitur delectatio.

LIBER III.
In quo agitur de Eccleſiaſtæ officio in cæteris partibus.

SECTIO I.
De diſpoſitione inuentorum.
Cap. I. Quid ſit diſpoſitio, eius neceſſitas, & varij ordines.
Cap. II. Sequendus ordo doctrinæ.
Cap. III. Iunctura.

SECTIO II.
De formatione, & dilatatione argumentorum.
Cap. I. Argumentationum genera.
Cap. II. Argumentationum vſus.
Cap. III. Paradigma extendendorum Argumentorum.
Cap. IV. Forma explicandi tractandiq; Scripturæ ſententias.

SECTIO III.
De elocutione Argumentorum.
Cap. I. Sermonis puritas, ac dilucida tas.
Cap. II. Sermonis ornatus, & robur: tropi, figuræ, numerus, tria dicendi genera.
Cap. III. Sermonis decentia.
Cap. IV. Paradigma eloquendorum argumentorum.

SECTIO IV.
De conſcribenda concione.
Cap. I. Concionis exordium.
Cap. II. Concionis narratio.
Cap. III. Concionis confirmatio.
Cap. IV. Concionis peroratio.
Cap. V. Partes concionis iuxta vulgarem opinionem.
Cap. VI. Praxis conſcribendæ concionis.
Cap. VII. Paradigma concionis in genere ſuaſorio.
Cap. VIII. Paradigma concionis in genere diſſuaſorio.
Cap. IX. Paradigma concionis in genere encomiaſtico.
Cap. X. Alterum Paradigma in eodem genere.
Cap. XI. Obſeruationes in ſuperiores quatuor Conciones.

SECTIO V.
De ediſcenda Concione.
Cap. I. Memoriæ neceſſitas, & adiumenta.
Cap. II. Memoriæ artificium.

SECTIO VI.
De pronuncianda Concione.
Cap. I. Pronunciationis vis, puritas, diluciditas.
Cap. II. Pronunciationis ornatus, & decentia.
Cap. III. Pronunciandi facultatem promouentia.

SECTIO VII.
De prudentia Eccleſiaſtæ.
Cap I. Prudentia ergà ſuam, & Auditoris perſonam.
Cap. II. Prudentia in rebus dicendis, & artificio.
Epilogus.

Laus Deo.

PRAE-

PRÆFATIO.

1. S. Auguſt. in libris de doct. Chriſt. S. Gregor. paſt. 3. & 4. part. Aug. Valer. Hud. Gran. Frãc. Panig. Paul. Areſ. Carol. Reg. Iul. Mar. & alij plures.
2 Cic. in lib. de Orat. S. Aug. l. 4. de doct. Chr. cap. 3.
3 Meſſalla apud Autorem dialogi de cauſis corrupta eloquent.

EQVIDEM *mirari ſatis non poſſum, quid ſit: quod cum tam* 1 *multi, cùm è veteribus, tum ex recentioribus, viri in dicendo maximè exculti, ſacrum Eccleſiaſten tam affabrè deſcripſerint, arte tam facili & copioſa ſuppellectili ad tantum munus inſtruxerint; nihilominus videas pleroſq; omnes concionatores, aut eorum inſtitutiones negligere; aut quaſi ſcripta tantummodo fuerint in ſpeciem, de praxi illarum atque exercitatione minimè laborare.* Numerus I.

Cuius inertiæ ecce tibi a *rationem potiſſimam. Tempus opportunum erat* 2 *(M. Tullio, & Sanct. Auguſtino teſtibus) in ætate* b *molliori, cùm litteris politioribus operam ex profeſſo impenderent, artem rhetoricam & cum animaduerſione percipere, & cum ſtudio exercere. Iſtos eo tempore vel ardor voluntatis, vel conſtantia in laboribus, vel periti copia præceptoris, aliudve quid huiuſcemodi defecit, vt veritatem acciperet ſagacis illius viri* 3 *pronunciatum deſciuiſſe à vetere gloria eloquentiam, non inopia hominum; ſed deſidia iuuentutis, & negligentia parentum, & inſcientia præcipientium, & obliuione moris antiqui. Quid facerent poſtea; prouecta iam ætate, confectis omnium ſcientiarum ſpatijs, atque in procinctu iam ad publice dicendum, homines ſine arte dicendi? Condiſcant ne tunc primum, vel de integro facultatem, & magiſtro ſe ſubdant? at nec ſanguis ille & vena iuuenilis adeſt, nec ſinit inconſultus pudor inſtructorem exquirere: quem ipſum fortaſſis, neque ſi percupiant, qualem oportet, nanciſcantur. An ipſi per ſe autorem aliquem ſerio conſulant, perceptaq; dicendi præcepta ad praxim nullo alio viuo ductore perducant? at vel præpropera ambitio oſtentandi ſui, vel lucelli alicuius cupiditas, aut vrgens imperium prælatorum non concedit ocij tantum, quantum eſſet illi neceſſarium, qui ſolus tantæ prouinciæ onus ſuſcipere poſtularet.*

a Concionatorum plurimi, quare non ex arte dicunt.
b Adoleſcẽtia propriũ tẽpus Rhetoricæ capeſſendæ.

Quare neglecta arte, cuius vim, & facultatem inexperti ignorant, c *tradunt ſe triuialium concionatorum conſuetudine abripiendos. Conſuunt ſiue interpolant verius orationes illas propoſito ſcopo; identidem aberrantes; nullis topica inuentionis, inſitarumq; rationum præſidiis armatas; nullo doctrinæ ordine, aut neruis, iuncturiq; constructas; nullo aculeatas motu; veræ deniq; ornamentis eloquẽtiæ deſtitutas, & rebus minimè tractatis verſatiq; ieiunas. Quid enim ſunt aliud, niſi centones & collectanea quædam, ex obſtinata librorum complurium peruolutatione? ex quibus iſti ad quæſtionem ſibi propoſitam, partim apta, partim extorta, ſine artis magiſterio, exigui tãtum incertiq; naturalis luminis indicio coaceruant: conceptuſq; imperiti vocant, generali quodam vocabulo,* d *quæ vel ſacræ Scripturæ ſenſus ſpirituales ſunt, vel topica argumenta, vel figuræ dicendi.*

c Inartificiolarum concionũ vitia.
d Cõceptus concionatorii, quid ſint.

Digitized by Google

e Ars, ſine alio adminiculo, per ſe, ipſa facultatē dicendi præſtat.

e Ergo, mi homo, numquam in tuis, in alienis ſemper citharis citharizabis? & , ſi nullus autor de re ſacra quapiam ſcripſerit, obmuteſces ipſe, neq; hiſcere ſuper ea audebis, tu, qui de ſacra re quacumq; propoſita copioſè, eleganter, ardenter ex officio dicere profiteris? neque ſcies artem tuam benè magna Bibliotheca loco poſſidere?

f Inſitorū argumentorum vis maior quā aſſumptorum.

f Ergo ab vno duntaxat, eaque remoto Autoritatis argumento vis in tota concione differere? quod quamuis ſit (ex S. Scriptura præſertim) efficaciſſimum; eius tamen efficaciam, vtpotè ſuper naturalem, intellectus minimè videt, ſed credit; atque adeò non ſpontè ab illa pertrahitur ad aſſenſum. Vis autem naturalium, & rebus inſitarum, mentique apertarum rationum vim & energiam deſerere, tu, qui conuincere rationalium hominum intelligentias, expugnare voluntates contendis? Quod ſi argumenta quoque inſita reperire te apud ſcriptores affirmes: nonne eadem tu ipſe ſine tanto legendi labore, nonne plura alia inuenires? nonne quæſtionem per omnes primum locos dialecticos artificioſa inuentione perduceres.

g Quiſnam ſit opportun9 librorum vſus.

ac g mox libros conſuleres: vt, ſi quod effugiſſet argumentum, ex illis acciperes; ac tam hoc, quam reliqua, Scripturæ, Patrum, aliorum Doctorum autoritate firmares; non te libris hoc pacto, ſed libros accommodans tibi? Ergo ſemper eris neſcius, quanam ratione argumenta amplifices, tractes, verſes, eloquaris; perſuadeas, permoueas; Orationem illumines elegantiâ minimè puerili, ſed graui, ſacrâ, diuinâ?

h Ratio, quare concionatores nō placēt.

h Ergo ſemper anxius roſtris, oppida oppidis permutans, incuſabis fortunam tuam, & ineptos vbiq; Auditores venditabis: quaſi pra mala & iniqua æſtimatione tuas Orationes infrequenti concione dehoneſtent. cùm tamen culpa tota ſit tua, qui neſcis quonam modo cum delectatione, cùm admiratione, cum plauſu detineatur Auditor? Ergo denique incertus ſemper in hoc munere vagabere;

i Sine Arte non euaditur ad perfectionem.

i neque ad ſummum vmquam Chriſtiani Oratoris decus laudemque, extra ſemitam poſitus, aſpirabis?

An ad res infimas ac ſedentarias rectè perficiendas artem poſtules; ad ſummas atq; diuinas pertractandas, ad alliciendas impellendasq; repugnantes voluntates non requiras?

k Ars neceſſaria omnibus concionatoribus.

k Ego quidem omnibus concionatoribus neceſſariam Artem iudico: tam ijs, qui diuino afflati Spiritu, Deiq; docibiles ad populos deſtinantur; quales Prophetæ, Apoſtoliq; fuerunt: quam ijs, qui non extraordinario quidem illo munere, ſed ſolum accommodante ſe Deo rebus humanis eliguntur.

l Prophetę, & Apoſtoli Rhetoricā infuſā habuere.

l Primis enim quis neget infuſam diuinitus fuiſſe (quod pulchrè oſtendunt S. Auguſtinus, & Ambroſius) artem dicendi perſuadendique? Alteris autem, ſi non ſunt ingenio ad dicendum feliciſſimo, quis Artis ductum, & præſidium inuideat? ſin, quod rariſſimis contingit, naturæ tot præſidijs polleant, vt nati ferè Oratores videantur: quis ibit inficias, quin ornatius, commodius, facilius multo tantū muneris ab Arte inſtructi, quam ab illa imparati exequantur;

Aug. lib. 4 doc. chr. c. 6. & c. Ambr. li. 8. ep. 63. ad Iuſtum.

m Ars dicēdi quid ſit.

m cùm Ars nihil ſit aliud, quam obſeruationes virorum ab orbe condito eloquentiſſimorum, in facilem quandam ſeriem methodumq; concinnatæ? Clarior eſt res iſta, quam vt pluribus à me confirmetur: nec eget alieno lumine quod propria luce ſe prodit. Solum ergo afferam conſilium & rationem huius opuſculi mei.

n Occaſio operis.

n Cùm enim in hoc noſtro Mamertino Collegio ex præſcripto Maiorum meorum

Digitized by Google

rum Scripturæ Sacræ interpretationi deſtinatus, eos, qui concionatores futuri ſunt, in hac parte tam illis ad id muneris neceſſaria informem: rogatus ſum ab auditoribus meis, vt, quandoquidem plures annos artem Rhetoricam iunior docuiſſem, atque aliquam iam haberem exercitationem dicendi, vellem ſe de toto ſacri Oratoris artificio condocefacere; de ijs præſertim, quæ ad res inueniendas, amplificandas, ac pertractandas (in quo fere huius artis labor omnis) ſpectant; hoc eſt de inuentione, & Elocutione. Poſtulatis aſſenſi non inuitus, ſuſcepique hunc extraordinarium laborem, in tanta huiuſce generis ſcriptorum copia forte ſuperuacaneum: vt, quandoquidem verbo Dei per me ipſe præ afflicta valetudine famulari non poſſum, per alios ſaltem quaqua ratione ſeruirem.

Ac ne videar actum agere, eamdemque aliorum, quorum libri per ſummam ſane iniuriam à quam pauciſſimis teruntur, ſubire velle fortunam: o *conabor in quam potero maxima breuitate, facilitate, & exemplis vbique appoſitis perſpicuitate Eccleſiaſten inuentione copioſa, & varia elocutione inſtruere: quaſique acceptum manu ad praxim conſtruendarum in quocumque genere concionum deducere. Vt vel ſic pudeat, nedum inexcuſabile ſit, regiam Artis viam eo duce non ingredi; qui compendiarium iter non modo verbo doceat, aut indicet brachio, verum etiam proxime præeat, vada ipſe prior exploret, exemplo animet ad ſequelam, ad omnem denique, aut periculoſum, aut difficilem tranſitum porrigat manum.*

o Quid ſit in hoc libro peculiare.

Atque ita fortaſsis ordinata, facili, claraque & copioſa, ac practica breuitate, quà nauſeabunda, quà timida, quà diſtenta ingenia aliquando excitentur. In ſumma, quod hic profiteor, ne tantum Scriptorum artis concionandi numerum augere velle exiſtimer, hoc eſt: vt in dilucida breuitate quam plurima huius generis practice complectar, eo fine; vti concionatoribus artem ſummopere neceſſariam, ſi quo modo poſſum, facilem, atque in omni præceptorum genere breuem, vberemque reddam. Quam plurimi enim ex ipſis, abſolutis iam ſtudijs, ex vna parte facile intelligentes ſunt, ex altera properantes ad roſtra, peneque accincti, ne dicam mancipati iam, & cum manu in tabula: vt gratiſſimum illis adeo feceris, ſi ſubſidium iſtud ſummarium, plenum, confertumque ſubmiſeris. p *Cuius rei gratia ſtylum, habitum, aut ſupercilium Latinum haud ita rigidum ſuſtinebo, quin facilem obuiamque dicendi formam accipiam, atque aliquid non raro eccleſiaſticum, atque adeo ſcholaſticum intermiſceam.*

p Stylus huius operis.

Atque ego quidem ad propoſitum finem nudam poſſem Rhetoricæ artem tradere: q *cui cum ſubiecta ſint res omnes, & Oratorem inſtruat, vt de quacumque re propoſita, ſiue ſacra, ſiue prophana cum iudicio diſſerat, perſuadeat, impellat; poterat inde affatim informari Chriſtianus Orator, neque erat neceſſe nouam aliquam artem aut opuſculum cudere. Verum deſcendere ad ipſius propria, artemque totam ad ipſum deriuare i ipſiuſque peculiarem facere libuit: quo procliuius, intentius, & minori cum labore, dum priuata ſolum tractantur, percipiatur artificium, & iter ad exercitationem ſternatur.*

q Ars concionatoria non eſt ab illa Rhetorum diuerſa.

Digitized by Google

PRÆFATIO.

Annuat votis Paracletus ille Spiritus, qui docet hominem ſcientiam, qui primarius concionatorum doctor eſt; quique olim Prophetas primum inſpirauit, deinde Apoſtolos linguis igneis afflatos, ardore, eloquentia, ſplendore virtutum inſigniuit, ipſe hoſce labores & conatus noſtros in maiorem ſuam gloriam, & hominum ſalutem aura proueheat ſecunda.

MVTIVS

Digitized by Google

MVTIVS VITELLESCVS, Societatis Ieſu

Præpoſitus Generalis.

CVm Eccleſiaſten P. Franciſci Romani, noſtræ ſocietatis Sacerdotis, quatuor eiuſdem ſocietatis Theologi, quibus id commiſſum fuit, recognouerint; & in lucem edi poſſe probauerint; facultatem concedimus, vt typis mandetur, ſi ita ijs ad quos pertinet, videbitur. In quorum fidem has literas manu noſtra ſubſcriptas, & ſigillo noſtro munitas dedimus Romæ 23. Iunij 1621.

MVTIVS VITELLESCVS.

Digitized by Google

Digitized by Google

DE SACRO ECCLE-SIASTE

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

LIBER PRIMVS.

IN QVO AGITVR DE CONDITIONIBUS eius, antequam ad conſcribendas Sacras Orationes accedat.

CAPVT I.

Dignitas, difficultas muneris, fructus, merces.

DIGNITAS Sacri Eccleſiaſtæ, ſi muneris antiquitatem ſpe- Numerus
ctes, maxima eſt: quippe quod ab ipſa Mundi origine cœ- 1
perit exerceri. Cum enim Sacri Doctores diſciplinas o-
mnes ab Adamo propagatas eſſe confirment; *a* quis am- *a* Adam primus côcionator.
bigat, religionis, pietatis, morumque doctrinam, in qua
tantum momenti eſt, ab eo fuiſſe impenſius traditam, ipſumque a-
pud homines primum extitiſſe concionatorem? Si, quibus viris in of-
ficio ſuccedat, conſideretur; maxima maior eius dignitas appare-
bit. Etenim omnes Patriarchæ, Prophetæ omnes, omnes Apo-
ſtoli munus hoc obierunt: immo ipſemet *b* Dei filius, eorum o- *b* Chriſtus concionatorû princeps.
mnium Dominus, 1 in quo Pater nouiſsime diebus iſtis locutus
1 *Heb. 1.* eſt, 2 Synagogam ingreſſus die Sabbathi, librum Iſaiæ legit, eo-
2 *Luc. 2.* que mox explicato egit concionatorem; poſtea vero, & priuatim ad
Apoſtolos nonnumquam, & ad turbas ſæpiſsime verba fecit. *c* Ex
fine porro quanta miniſterij huius elucet præſtantia? Finis enim *c* Quis ſit Eccleſiaſtæ finis.
Concionatoris eſt diuina gloria, & animarum ſalus atque perfe-
ctio. *d* Vt non immerito Sacri Oratores inſtrumenta, & organa di- *d* Concionatorum encomiaſtica nomina.
cantur; miniſtri, internuncij; angeli, voces, & philomelæ Dei: Chriſti
legati, Spiritus Sancti tubæ, vaſa electionis: hominum piſcatores, me-
3 *Ierem. 3.* dici, ſaluatores: 3 conſtituti ſuper gentes & ſuper regna, vt euellant, &

Digitized by Google

deſtruant, & diſsipent, & diſperdant, & ædificent, & plantent. Nam eorum munus, 4 *Prædicatio*, inquit Innocentius, *animam reuocat ab errore ad veritatem, à vitiis ad virtutes; praua mutat in recta, aſpera conuertit in plana; inſtruit fidem, erigit ſpem, roborat charitatem; euellit nociua, plantat vtilia, & fouet honeſta: via vitæ, ſcala ſalutis, & ianua paradiſi eſt.* Neceſſarium ſane, & vtile munus Reip. Chriſtianæ: arduum tamen iuxtà, & periculoſum: ipſique adeo Eccleſiaſtæ, cum recte exercetur, maxime fructuoſum.

4. Innoc. III. epiſt. ad Abbatem Ciſtercienſem.

2 *e* Concionatores virtum, fidei præſertim ſatores ſũt.

e Neceſſarium quidem, & vtile; cum fidei, quę iuſtificationis initium ac baſis eſt, ferendæ, & conſeruandę: 5 *Fides*, inquit Paulus, *ex auditu: auditus autem per verbum Dei.* & iterum: *Quomodo credent ei, quem non audierunt? quomodo autem audient ſine prædicante?* Tum ceteris à fide virtutibus ingenerandis alendiſque, religioni, iuſtitiæ, miſericordiæ &c. Tum deniquemortalibus ad æternam felicitatem adducendis. 6 Hinc S. Gregorius quam plurima Sacrorum Canticorum Symbola Prædicatoribus aptans, dicit eos eſſe *f* ferculum Salomonis, columnas argenteas; Sponſæ collum, monilia, oculos, genas, labia, dentes, verba, vittam coccineam; turrim Dauid, cuſtodes murorum, columbas, pigmentarios; labia Sponſi; lilia ſtillantia, myrrham primam &c. Et omnino, quemadmodum viri docti ſæcularem Oratoriam Politicæ adminiſtram effecere, per quam Reſp. ſuam aſſequeretur, conſeruaretque felicitatem: *g* ita prædicatio Euangelica generale inſtrumentum eſt Reip. Chriſtianæ, & Eccleſiaſticæ hierarchiæ, atque adeo omni hominum generi ſupernaturalem ſuum finem conſequendi, ſempiternam beatitatem. *h* Idcirco per 7 Prophetas Deus pro maximo ſupplicio populis minatur concionatorum penuriam, & eorum copiam pro beneficio maximo pollicetur.

5 Rom. 10.
6 Greg. exp. in Cant.
f Symbola prædicatorum ex Cãticis.
g Prædicatio felicitatis inſtrumentũ eſt Reip. Chriſtianæ.
h Concionatores ſũt donum Dei.
7 Amos. 8. Iſa. 19. & 54.

3 *i* Quã multa in concionatore requiruntur.
k Concionator multorum cenſuræ expoſitus.

Difficultatem vero tanto muneri creant *i* primum tam multa, tamque grauia naturæ, gratiæque præſidia, quæ requiruntur; virtutum pene omnium congeries; ſcientia, atque eruditio non vulgaris. Deinde prudentia, perſpicacia, labor ingens in adornanda appoſita Oratione. Tertio *k* Auditores, qui naturæ morbo, & inueteratæ conſuetudinis prauitate corrupti, adeo perſuaderi ſibi repugnanter ſinunt, vt obtrectent etiam non raro, inſectentur, criminentur, conuicienter Oratori. *Eſt enim Concionator*, 8 ait Chryſoſtomus, *plurimorum ſermonibus obnoxius: alius culpat, alius laudat, alius vellicat; alius memoriam, alius compoſitionem carpit.* Ergo iure optimo 9 Colonienſe Concilium in hæc verba definit: *Nemo erit concionator abſolutus, cui, præter vitam exemplarem non adſint quæ ſequuntur: ſcilicet cognitio Scripturarum vtriuſque teſtamenti; ingenium velox, ſolers, atque verſatile, eloquentia vehemens, ſuadibilis, ac ſuauis, nec minus temperata, quam copioſa; prudentia rerum, ac perſonarum docendarum experientia multiplex; immobilis conſtantia; denique Spiritus, qui ſi deerit, reliquis donis*

8 Chryſ. lib. 3. de ſacerd.
9. Concil. Colon. cap. 2.

Digitized by Google

10 *Mat. 10.* *donis parum profecerit*: 10 *Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus Patris*
11 *Cic. lib. 1. de Orat.* *veſtri*. Multo magis igitur in ſacros oratores referas 11 Ciceronis aſſertum de ciuilibus, *l* ſingulis ætatibus ex tanta multitudine concionatorum oppido paucos exiſtere, qui ſint mediocres, & tolerabiles. Cuius eloquentium paucitatis quæ cauſa ſit, mirari deſinamus: cum ex illis rebus vniuerſis Eloquentia conſtet, in quibus ſingulis elaborare permagnum fuerit?

l Concionatores abſoluti, pauciſſimi: & quamobrẽ.

Difficultati periculum adiungitur: *m* ne popularem auram, lucellumne captans Eccleſiaſtes, indigeſta rerum confarcinatione, aut affectata verborum elocutione auribus Auditorum prurientibus tantum obſequatur; & nihil agat minus ille, cui ex officio incumbit animarum ſalus, quam panem verbi frangere paruulis, atque ad vitę integritatem mouendo perducere. Periculum etiam, ne, vitæ doctrina repugnante, Deum Dei legatus inhonoret; ne veritatem infamet, virtutem reddat imperſuaſibilem; & quos ad Chriſtum inuitat verbo, repellat exem-
12 *1. Cor. 9.* plo; ne denique ſui 12 detrimentum patiatur, reprobus effectus, cum alijs prædicauerit. 4

m Concionatorum pericula.

At vero ſi, quemadmodum docet, officium ſuum fecerit; maximum ipſe quoque fructum perceperit, lætuſque dicentem ſapientem
13 *Prouerb. 12.* audierit: 13 *De fructu oris ſui vnuſquiſque replebitur bonis.* Vt enim ſileam de commodis temporalibus, abundantia victus, & honore; de quibus
14 *1. Tim. 5.* agunt 14 Apoſtolus, & 15 S. Clemens: *n* conſequetur primum concio-
15 *Clem. Ro. lib. 2. conſt. Apoſt. c. 28.* nator ſpirituali hac eleemoſyna, quæ peccatum extinguit, impenſa proximis, ſuorum veniam peccatorum, vt merito 16 Iacobus edicat: *Qui*
16 *Iacob. 5.* *conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſaluabit animam eius à morte, & o-*
17 *Timot. 4.* *periet multitudinem peccatorum.* 17 Et Paulus, *Attende tibi, & doctrinæ; hoc enim faciens, & teipſum ſaluum facies, & eos qui te audiunt. Qui tot ſeruat, non*
18 *Chryſoſt. ho. 18. in Act.* *ſeruabitur*, 18 inquit Chryſoſt. *cum qui vnum ſcandalizat tantas pœnarum minas exaudiat?* *o* Occaſionem deinde, ac materiam habet magnorum meritorum, gratiæque amplificandæ, & conſequenter vberioris gloriæ eſſentialis conſequendæ: cum in opere verſetur multiplicis maximæque in Deum proximumque charitatis. *p* Præterea virtutibus perenniter vernat, ac Spirituali vnctione pingueſcit: dum in aſsi-
19 *Greg. Naz. orat. 2. in paſch.* dua Sanctorum virorum lectione eſt; dum quæ eſt dicturus ad populum, meditatione prius concoquens, conuertit in ſuccum ſuum; &
20 *Chryſoſt. ho. 18. in Gen.* cum deinde dicit, alios commouendo, ſe permouet. Legendi ſunt
21 *Clem. Alex. lib. 1. ſtrom. initio.* 19 Gregorius Nazianzenus 20 Chryſoſtomus, 21 Clemens Alex, & alij. Iam vero ſingulari quadam ratione particeps efficitur omnium bonorum operum, quæ Fideles per ipſius adhortationes operantur: vt
22 *Cypr. lib. 4. ep. 16.* eſt apud S. 22 Cyprianum. *q* In cælo denique 23 Aureolam Aureæ ſu-
32 *Ex c. 25. exo.* per additam conſequetur, id eſt, præter eſſentialem beatitudinem, habebit in anima peculiare gaudium, ex quo peculiaris decor in corpus 5

n Concionator fructuoſus veniam ſuorum peccatorum conſequitur.

o Magna merita cõcionatorũ.

p Concionatores ſpiritualiter pingueſcũt.

q Aureola concionatorum.

redundét, de profligato regno diaboli: adeo vt 24 qui fecerit & docuerit magnus appelletur in regno cælorum, & præ ceteris 25 quaſi ſtella in perpetuas coruſcet æternitates.

24 Mat. 5.
25 Daniel. 12.

CAPVT II.

TALENTVM.

6 CVm ſine dubio concionandi munus, hoc eſt, præcipuum inſtrumentum eſſe gloriæ Dei, & ſalutis hominum, à Deo ſit; qui Prophetas primum, & nouiſsime Filium miſit; quique primum in Prophetis, tum in Apoſtolis, & aſsidue deinceps in ſacris concionatoribus miniſtris ſuis per Spiritum ſuum locutus eſt: multis vtique naturæ, induſtriæ, gratiæque donis exornatos eſſe oportet eos, qui ad tantam à Deo prouinciam deſtinantur. *a* Hæc nos naturæ, gratiæque beneficia, Talentum concionandi appellamus.

a Talentũ concionandi, quid ſit.

7 *b* Et quidem ad percipiendam, & cum laude exercendam inſtructionem quam tradimus, adeo requirimus naturam, mediocriter ſaltem habilem: vt cum Quintiliano 1 edicere, atque ante denunciare non vereamur, cui deſit ingenium, non magis hæc ſcripta eſſe, quam de agrorum cultu ſterilib. terris. *c* Nam idcirco forte 2 Iſocrates magnus ille rhetor, & rhetoricæ præceptor, optimarumque ſcriptor Orationum numquam publice orauit: defectu videlicet quarumdam naturalium proprietatem ad dicendum requiſitarum, animoſitatis præſertim, ac vocalitatis.

b Natura habilis, ad dicẽdi munus requiritur.
c Iſocrates quare nunquam ad pronunciãdum aſcenderit.

1 Quintil. ad finem proœm. & lib. 1. cap. 3. & lib. 2. ca. 20. inſt. Orat.
2 Plutarch.

8 *d* Habeat igitur Eccleſiaſtes (quod in ſuperiori 3 capite ex Concilo Colonienſi innuimus) ingenium perſpicax, acre iudicium, tenacem memoriam, propenſionem ad ſcientias, præſertim ſacras addiſcendas, affectionem ad virtutem & res diuinas; promptum magnumque animum, cum modeſtia & grauitate coniunctum, & affectibus facile concitabilem; naturalem 4 quamdam facultatem ad dicendum, quæ proditur lepore quodam, facilitate, perſpicuitate, atque efficacia ſermonis: cum videlicet ſermo totus alacer, viuus, erectus eſt, & allicientem quamdam gratiam veneremque ſpirans. Lingua ſit ſoluta, atque volubilis. Vox nõ ſit vel rauca, vel aſpera, vel anguſta & obtuſa, vel exilis & effeminata, vel parum flexibilis, vel ingrata: ſed clara, lepida, virilis, magna & quæ poſsit in plena concione exaudiri. Fauces, & latera firma; vbi vocis contentione vſus erit. Integra corporis habitudo. Oris dignitas, & maieſtas: hoc eſt, ſpecies ad aſpectum decora & grauis. *e* Aetatis maturitatem ad experientiam, prudentiam, virtutum ſtudium, & grauitatem exigit 5 S. Gregorius; exemplum afferens Chriſti Domini. Eius tamen defectus aut obedientia, aut morum mentiſque canitie, & aſpectus grauitate ſuppleri poteſt.

d Naturales concionatorum dotes.
e Ætas cõcionatoris.

3 Cap. prædicti in muneris difficultate.
4 Quintil. lib. 11. c. 3.
5 Greg. ho. 2. & 3. in Ezec. & 3. part. Paſtor. admon. 26. de ætate orat. lege Quintil. lib. 12. c. 6.

f Hinc

f Hinc eſt, vt, ſi quis naturales defectus maximi impedimenti, & nullo fere labore atque arte corrigibiles patiatur; vt ſunt vox tenuiſſima, nimiumque abſona, monſtroſa corporis deformitas, intolerabilis in pronunciando inamœnitas, memoria infirmiſsima, ingenium inhabile ad addiſcendum, iudicium ita deprauatum, vt in nullo quid deceat, dignoſcat: iſte, niſi vltro à legitimo ſuperiore cogatur, aut proprij muneris onere vrgeatur, deponat animum ab arte concionatoria, illumque potius ad ea, ad quæ ſe habilem viderit conuertat. Excepi obedientia, vel animarum cura aſtrictos; quia Deus ille, in 6 cuius tunc verbo laxant rete, quique dicit eis, quod olim Moyſi, 7 *Quis fecit os hominis? aut quis fabricatus eſt mutum, & ſurdum? videntem & cæcum? nonne ego? perge igitur, & ero in ore tuo, doceboque te quid loquaris*: Deus, inquam, ille maiorem eis concurſum debere videtur, vt mirabilia in ipſis præſtet, ac linguas infantium diſertas reddat. Sin autem naturæ vitia non adeo fuerint immedicabilia; nullus deſperet. Ars enim, *g* labor, atque induſtria in omni re multum valent: in noſtra præſertim, *h* in qua Orator fieri dicitur; quemadmodum exemplo ſuo *i* maximus Oratorum 8 Demoſthenes comprobauit, multa & nec leuia ſuperans impedimenta naturæ. Quod ſi vitia fuerint quidem curatu difficillima, non maximi tamen momenti, & alioquin multis naturæ dotibus ac virtutib. compenſata: tergat per Artem homo defectus ſuos & relictis iis partibus, in quib. parum valet, illis inuigilet, in quibus pollet. Exempli gratia, ſi viribus imbecillis, tenuique ſpiritu fuerit, ſcienter (vt Cottam 9 Cicero laudabat) ad virium imbecillitatem dicendi genus accommodet. Si memoria non ſit admodum felici, omittat enumerationes quaſdam copioſas ac concitatas, & memoriæ miracula edere velle non audeat. Si 10 parum animi affectu valeat, nec voce, aut modo ad illum accommodatis; ne laboret ex oculis Auditorum excutere lacrymas, ne forte pro lacrymis riſum eliciat. In ſumma: 11 *Nemo quid inuita dicat, faciatque Minerua.* *k* Denique ſi quis talento quidem recte pronunciandi, non autem excogitandi & conſcribendi ſit prædıtus: hic, ſi iuſſu obedientiæ vrgeatur, aut ſatorum verbi Dei penuriam viderit, ſumat, iuxta indulgentiam D. 12 Auguſtini, quæ ſunt ab alijs (libentibus tamen ipſis) eloquenter ſapienterque compoſita; memoriæ bene intellecta commendet; atq; ad populum cum energia & ſpiritu proferat. Atq; hæc de naturæ ſuffragijs.

9 *f* Iudicium de naturalibus defectibus.

g Diligentia, quid poſſit

h Orator fit.

i Demoſthenis induſtria.

k Quinam aliorũ conciones dicere poſſit.

6 *Luc. 5.*

7 *Exo. 4.*

8 *Plut. in eius vita.*

9 *Cice. de clar. Orat.*

10 *Quintil. lib. 1. c. 2.*

11 *Horat. de Arte.*

12 *Auguſt. lib 4. doctr. Chriſt. c. 29.*

l Donis vero S. Spiritus, vt cum dignitate ac fructu munere ſuo perfungatur ſacer Orator, his opus habet: excellentibus morum virtutibus, de quibus ſuo 13 loco dicendum eſt. Præterea chariſmatis ſapientiæ, ſcientiæ, & prophetiæ, eius, de qua loquens 14 Apoſtolus ait: *Aemulamini ſpiritualia; magis autem vt prophetetis: nam qui prophetat, hominibus loquitur ad ædificationem, & exhortationem, & conſolationem: qui enim*

10 *l* Quænam gratiæ dona concionatoribus neceſſaria.

13 *Huius libri cap. 4.*

14 *2. Corint. 14.*

Digitized by Google

prophetat, Eccleſiam Dei ædificat. Ad hæc, ſermonis dono: quod ſpirituale quoddam dicendi talentum nuncupatur: & quod S. 15 Thomas inter gratias gratis datas recenſet, Gratiamque ſermonis appellat, iuxta illud 16 Eccleſiaſtici: *Lingua eucharis* (id eſt, gratioſa) *in bono homine abundabit.* Quæ eſt illa gratia, ſecundum quam Spiritus Sanctus ad tria illa dicendi munera, quæ ſunt docere, delectare, flectere, linguam concionatoris excellentius mouet, quam vlla vel natura, vel Ars valeat.

15 D. Th. 22. quæſt. 177.
16 Eccli. 6.

11 *m* Poſtremum Dei donum eſt actualis delegatio ipſius muneris ad quod non propria ſe ſponte, ambitione, aut cupiditate intrudere; ſed deſtinari ac mitti debet: *Quomodo prædicabunt, niſi mittantur?* inquit D. 17 Paulus. Sit vnus Chriſtus omnium inſtar exemplorum: qui 18 non à ſe veniſſe, ſed miſſum ad Euangelizandum fuiſſe, planiſſime profeſſus eſt. Quorſum autem hæc miſsio requiritur? tum quia 19 nemo aſſumere ſibi honorem tantum debet, niſi, qui vocatur à Deo tamquam Aaron: tum vt de talento ad concionandum neceſſario certus fiat.

m Miſſio neceſſaria concionatorii.

17 Rom. 10.
18 Luc. 4. Ioan. 7. & alibi.
19 Hebr. 5.

12 Iam vero iſta miſsio debet eſſe à Deo, cuius inſtrumentum ſunt concionatores. *n* Deus autem quoſdam quidem extra communem ordinem per ſe ipſe immediate vocat ac deſtinat, ſeu per reuelationem, ſeu per internum impulſum, ſeu per Angelicum internuncium: vt S. Ioannem Baptiſtam, ceteroſque Prophetas; vt D. Paulum cum reliquis Apoſtolis. Alios vero (& hic modus ordinarius eſt) per alios, quibus mittendi poteſtatem cõmunicauit, vicarios ſuos delegat. Ex hac claſſe, quidam aſciſcuntur ad officium diſſerendi verbi Dei, ex cura ac præfectura animarum, ad quam rite electi ſunt: vt Epiſcopi Apoſtolorum; vt alij curati ſacerdotes ſeptuaginta duum diſcipulorum ſucceſſores. Quibus pariter quantum onus incumbat concionatorij muneris per ſe obeundi, legant apud 20 Carolum Regium, doctum, pium, & prudentem virum. Quidam vero eccleſiaſticis roſtris deputantur, non ex annexo alio munere, verum ſolius miniſterij huius delegatione à ſuperiorib. & Prælatis Eccleſiæ. A quibus porro, vel ſe minime ingerentes mittuntur, vel ſe illis ex charitate diuinæque gloriæ deſiderio offerentes. Atq; hi quidem omnes legitime vocantur ad hoc munus. *o* Illi vero illegitime: qui aut ambitione, pecuniæue cupiditate ſe non vocati intrudunt; vi, fauore, precib. importunis id quod cupiunt extorquentes: vel qui omnino à Prælatis non miſsi, magiſterium hoc aſſumunt, ſibi ipſi, vt faciunt Hæreticorum Miniſtri.

n Legitima miſſio à quonã fit, & quotuplex.

o Illegitimi concionatores.

20 Carol. Reg. Chriſt. Orat. lib. 1. & cap. 14.

13 *p* Hinc exiſtunt quatuor illa Prædicatorum genera, quæ S. 21 Hieronymus enumerat. Primum eorum, qui neq; ab hominibus, 22 neq; per hominem, ſed per Ieſum Chriſtum vocati, & miſſi ſunt: alterum eorum, qui à Deo per hominem: tertium ab homine, nõ à Deo: poſtremum

p Quatuor genera concionatorũ.

21 Lib. 1. in epiſt. ad Gal. initio.
22 Lege Ier. 14. & 13. Chryſoſt. ho. 30 in Act. Bern. ſer. 58. in Cant.

Digitized by Google

mum neq; ab homine, neq; à Deo, ſed à ſe. Primum, & ſecundum genus Eccleſiam ædificat: tertium ſeipſum, aut ſibi ipſi prædicat: quartum ſerit hereſes, & zizania.

q Quod autem dicimus de miſsione, ac delegatione muneris, intellectum quoq; volumus de miſsione ad hæc vel illa oppida, hæc vel illa pulpita: cum par ſit ratio: & Chriſtus Apoſtolis 23 prædicare Euangelium omni creaturæ præceperit; 24 exemploq; ſuo circuire pagos & oppida, maximeq; 25 pauperibus euangelizare docuerit. 14

q Concionatorũ indifferentia circa oppida, & pulpita.

23 *Marc.16.* 24 *Matt.4. Luc.4.* 25 *Matt.11.*

CAPVT III.

Vitæ Integritas.

CVm talento, id eſt, cum naturæ gratiæque donis induſtriam ſuam coniungat Eccleſiaſtes neceſſe eſt. Ac primum, antequam in publicum prodeat, vitæ ſanctimoniam coluiſſe debet, & omnium virtutum lautam ſolidamq; ſuppellectilem odornaſſe. *a* Etenim ſi ciuilem Oratorem, vt iudicibus de ſtillicidiorum, aut parietum iure differens perſuadeat, virũ bonum dicendiq; peritum (finitore M. Catone) 1 veteres poſtularunt: quãto maiori polleat integritate Chriſtianus Eccleſiaſtes, veræ pietatis magiſter, vitiorum euerſor, virtutum ſator, morum excultor? is, qui lux eſt, & ſal populorum? qui pro Chriſto legatione fungitur? qui ad ſaluandas animas, Dei miniſter eſt, ac inſtrumentum? 15

a Orator, vir bonus dicendi peritus.

Requiritur ergo vitæ innocentia. Primum, 2 vt non vituperetur per ipſum tantum miniſterium: potius autem reddatur illuſtrius. *Aureum veſtimentum* (inquit 3 os aureum) *pulchrum quidem eſt, etiam cum videtur; multo pulchrius autem noſtro circumpoſitum corpori apparebit: ſic, & mandata Dei pulchra quidem ſunt, etiam cum laudantur; multo autem pulchriora, cum & explentur, apparent.* 16

Deinde, ne, Iudæ inſtar, 4 cum prædicauerit alijs, ipſe tandem reprobus efficiatur, *b* ex ore ſuo condemnandus. Vere enim idẽ 5 Chryſoſtomus: *Bene viuendo,* inquit, *& bene docendo, populum inſtruis, quomodo debeat viuere: bene autem docendo, & male viuendo, Deum inſtruis, quomodo te debeat condemnare.* Cui 6 Gregorius his verbis conſonat: *Viri arrogantes, & docti, cum non recte viuunt, & tamen recta dicere doctrinæ impulſionibus compelluntur; ipſi damnationis ſuæ aliquo modo præcones fiunt: quia dum ea, quæ agere reſpuunt, prædicantes inſinuant; ſuis ſe vocibus damnatos clamant.* Et quidem ſeruus ſciens, atq; adeo prædicans alijs Domini ſui voluntatem, & non faciens, quam 7 multis, obſecro, vapulabit? 8 Pondus quoque, & pondus, menſura, & menſura, quam Deo abominabilis? 17

b Ore ſuo condemnatur malus Eccleſiaſtes.

1 *Ariſt. lib. 1 rhet. ca. 12. Cic. Sen. in proœm. de clam. Quint. proœm. lib. 1. & lib. 12. c. 1. Plut. in polit. Aug. lib. 4. doct. Chr. ca. 27.* 2 *Corinth. 6.* 3 *Chryſoſt. ho. 5. ad pop.* 4 *Corinth. 9.* 5 *Chryſoſt. hom. 23. in Matth.* 6 *Greg. 27. moral. c. 27.* 7 *Luc 12.* 8 *Prou. 20.*

Tertio, ne diuinam ſapientiam ad hoc mũnus tam neceſſariam ab anima ſua maleuola, & ſubdita peccatis abarceat: imo potius ſe faciat 18

habile

habile inſtrumentum ad conuerſionem animarum, cui primus motor præter ceteram ſcientiam, conferat etiam 9 ſermonis gratiam; id eſt, artem dicendi efficaciorem infundat.

9 *Lege ſup. cap.* 2.

19 Quarto, ne frigeat, ne titubet atq; hæreat, 10 trepideq; formetur in lingua Oratio: cui cor aduerſatur. *c* Quomodo enim cum efficacia 11 non furandum prædicet, qui furatur? & 12 delicatus magiſter de ieiunijs diſputet pleno ventre? Qualis enim quiſque eſt, ita loquitur: & ſolus vir bonus eſt, qui loquitur tanquam poteſtatem habens, atq; annuntiat verbum Dei cum fiducia. Nam in ore prauorum hominum Domini verbum, quod ignis alioquin eſt, & 13 quaſi malleus conterens petram; niue peius, & folio, gelaſcit, flaceſcit. Cum ſiquidem præcipuum munus Eccleſiaſtæ verſetur in explicanda natura virtutum ac vitiorum; 14 quis intelligere hæc, aut loqui commodius poſſit, quam is, qui perpetuum cum vitijs bellum geſsit, virtuteſque ſectatus eſt? 15 Qui mare nauigant, narrant eius pericula; & illud cum imperio docetur, quod prius agitur, quam dicatur. 16 Efficacior item eſt operis vox, quam oris: & voci tuæ dabis vocem virtutis, ſi, quod ſuades, prius illud tibi perſuaſiſſe cognoueris, iuxta dicendi præcepta, quæ 17 poſtea trademus. Et in ſumma iure merito diuinus 18 Dionyſius populorum Sacerdotes poſtulat, vt ſint ſacri, & ſacrantes, perfecti, & perficientes, illuminati, & illuminantes.

c Malus cõcionator, inefficax.

10 *Quintil. Lb* 12. *c.* 1.
11 *Rom.* 2.
12 *Hieron. epiſt.* 2. *ad* Nepot.
13 *Ierem.* 23.
14 *Didym. lib. de Spir. S.*
15 *Eccli.* 43.
16 *Bern. ep.* 202. *ad Baldu & Ser. de Reſur. & ſer. de S. Bened.*
17 *lib.* 2. *ſect.* 3. *cap.* 1. *& alibi ſæpe.*
18 *Dion. de eccleſ. hier.*

20 Quarto conſequenter, vt fructum in Auditoribus pariat: quos, ſi ad Chriſtum inuitat verbo, non deterreat exemplo; nec quaſi altera manu trahat, altera 19 repellat. 20 Mali *d* enim viri doctrina, ſimul cũ vita contemnitur. Nec quidquã proficit, qui diuino influxui peccatorum opponit impedimentum: quique nec precibus, nec recte factorum meritis proximorum profectum promouet apud Deum. Quid, quod exhortationes & inuectiones eius; potius oratorie, per quandam exaggregationem factæ exiſtimantur; quam quod ad praxim fugiendorum agendorumque pertineant? dicente 21 Chryſoſtomo: *Si non habueris opera, & locutus fueris; non tantum non profuiſti, ſed & potius læſiſti. Melius eſt tacere. Quare? quoniam opus mihi reddis impoßibile. Cogito namque, ſi tu tanta differens, non efficis; multo magis ego venia dignus ſum.* 22 Qui enim dicunt, & non faciunt, alligant alijs onera importabilia. Immo vero, ex ſententia quoque 23 Ariſtotelis, ab eo, qui non perinde viuit, vt loquitur, autoritas virtuti detrahitur, & veritas perimitur. 24 Homines enim oculis magis, quam auribus credunt; & 25 virtutem in abſtracto propoſitam quis videat, quis immitetur? De opinione probitatis neceſſaria ad perſuaſionem dicemus iterum ſuo 26 loco.

d Improbus concionator infructuoſus.

19 *Greg.* Naz.
20 *Lact. diu. inſt. li.* 4.
21 *Chryſoſt. ho.* 38. *ad pop.*
22 *Mat.* 23.
23 *Ariſt. li.* 10. *Eth. c.* 1.
24 *Sen. epiſt.* 6.
25 *Le. Chryſ. ho.* 8. *in Gen. & Proſp. de vit contempl. lib.* 1. *c.* 15.
26 *li.* 2. *ſect.* 2. *cap* 9.

21 Nam quamuis interdum Deu vt 27 Balaami, vt aſinæ linguam, ita malorum quoque concionato..um ad ædificationem ſuorum electorum

27 Numer. 22. & 24.

ctorum mouere atq; agere ; nec non frigida dicentis verba in Audito-
ris aure calefacere atque efficacia reddere poſsit,& vero ſolitus ſit : ta-
men impedimento diuinis donis eſſe poſſe malos prædicationis mini-
28 *Iſidor. li. 3. de ſu. 60. cap 3.* ſtros, ex dictis iam conſtat, atq; oſtendit 28 Iſidorus in hæc verba. *Ar-*
cus peruerſus eſt lingua miniſtrorum docentium bene, & viuentium male. Quos
29 *Chryſoſt. ho. 19. ad pop.* 29 Chryſoſtomus enſi comparat, argenteo quidem capalo, ſed ferro
30 *Pſal. 49.* plumbeo. Ideo cum peccatore expoſtulat Deus. 30 *Quare tu enarras*
iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum : tu vero odiſti diſci-
plinam, & proieciſti ſermones meos retrorſum ? Quibus conformia ſunt ver-
31 *Chryſoſt. in 5. c. Matt.* ba 31 Chryſoſtomi : *Si in terra eſt animus tuus, vt quid de cœlo loqueris ? ſi*
autem de cœlo loqueris, in cœlo conſiſte ; vt poſſis cum Paulo dicere, Noſtra con-
uerſatio in cœlis eſt. Aut vbi ſtas, inde loquere : aut vnde loqueris, ibi ſta. Quid
ergo mirum, ſi in tanta concionatorum, eruditorum alioquin, & elo-
quentium turba fructus tam exiguus: e contra vero pauci viri nec do- e Fructus ſanctorum concionatorum.
cti admodum, nec ætate graues, ſed tamen opinione virtutis, ac ſancti-
monia venerabiles integra oppida integras ad Chriſtum prouincias
32 *Pſal. 118.* perduxere? cum vere dicat 32 Propheta : *Super omnes docentes me intel-*
lexi, quia teſtimonia tua meditatio mea eſt : ſuper ſenes intellexi, quia mandata
tua quaſiui.

f Sexto tandem, quemadmodum miſericors non eſt, qui pecu- 22
33 *Quintil. lib. 12. c. 1.* niam, nec ex virtute largitur : ita Prædicator non erit is, 33 qui ſuum *f* Concionator non probus, concionator non eſt.
officium non ſecundum virtutem perfecerit. Propterea Chriſtus Do-
34 *Act. 1.* minus, exemplum, & forma concionatorum, prius 34 cœpit facere,
& deinde docere. *g* Et SS. Patres ad vnum omnes ſerio monent, vt
35 *Bern.* docendi pruritum caueant, qui non ſatis didicerunt : vt 35 infundi *g* Concionator ſe prius, quam alios perficiat.
magis, quam effundere; & conchæ fieri, quam canales curemus ; ni-
mirum vt ſemper ipſi pleni, tantum quod redundat, refundamus &
36 *Paul. 1.* communicemus : vt 36 plantati ſecus decurſus aquarum, fructum
demus, non quidem ſtatim, ſed in tempore ſuo; cum videlicet ad iu-
ſtam magnitudinem peruenerimus, imitantes in hoc ipſas quoque a-
nimantes, quæ, cum perfectæ ſunt ætatis ac conſiſtentiæ, tunc fœtifi-
cant: ita probata iam & corroborata virtus ſit oportet, quæ virtutem
in alijs ingenerare debet. Quam veritatem Spiritus Sanctus expreſsit
in die Pentecoſtes: cum idoneos Euangelicæ prædicationis miniſtros
effecit Apoſtolos, per exuberantem gratiæ infuſionem. Pudeat iam,
in ſuggeſto Apoſtolos exprimere affectare, & reliquo tempore vitam
minime Apoſtolicam velle profiteri.

37 *1. part. Paſt. c. 7.* *h* Ex his rectum eſſe conſtat 37 Magni Gregorij conſilium : *Quia* 23
difficile valde eſt, purgatum ſe quemlibet eſſe cognoſcere, prædicationis officium *h* Prædicationis officium tutius declinatur, quam arrogatur.
tutius declinatur : nec tamen declinari pertinaciter debet, cum ad ſuſcipiendum
hoc ſuperna voluntas cognoſcitur. In exequendo vero miniſterio, ea mo-
38 *1. Tim. 4.* deratione concionator vtatur ; vt iuxta conſilium 38 Apoſtoli & ſibi

Digitized by Google

attendat, & doctrinæ. Legat ideo attentiſsime 39 Bernardi Libros de conſideratione, ad Eugenium ſcriptos. 39 *Bern. in libb. de conſiderat.*

CAPVT IV.

Præcipuæ Virtutes.

24 VItæ integritas virtutum robore conſtat. Iam vero quonam ſplendore virtutum non ſit ille inſignis, qui poſitus in loco ſuperiori, in omnium eſt oculis: quique publice, & magna cum libertate vitia reprehendere, virtutes commendare debet? *a* S. 1 Bernardus ſeptem in concionatore virtutes requirit, 1. compunctionem, 2. deuotionem, 3. laborem pœnitentiæ, 4. pietatis opus, 5. orationis ſtudium, 6. contemplationis otium, 7. plenitudinem dilectionis. Quibus virtutibus comprehendi, aut adiungi ad eas poſſunt aliæ: vt religio, Synceritas animi, ſollicitudo iuuandorum proximorum, libertas in dicendo, iuſtitiæ zelus, temperantia, honeſtas; modeſtia, & humilitas; moderatio animi ad honores, opes ac dignitates; fortitudo animi, patientia, & magnanimitas; prudentia; mortificatio, tam interna prauarum affectionum, quam externa corporis cum diſcretione; ſolitudo, & cautela in conuerſatione, &c. Ex quibus paucas aliquas latiuſcule proſequemur.

a Septem concionatoris virtutes ex D. Bernardo.

1 *Bern. ſer. 18. in Cant.*

25 *b* Ac primum quidem habeat Eccleſiaſtes in paſſendo, tractandoq; ſuo munere puritatem intentionis: nimirum vt nihil aliud intendat in eo, quam finem concionum, qui eſt diuina gloria, & animarum ſalus: Nam qui errat in fine, præpoſterus quoque eſt in mediis. *c* Vitiatur 2 intentio, vel ambitione propriæ gloriæ, vel cupiditate lucri temporalis: cum ſe quis, vel ſibi magis, quam Deum, proximoue prædicat. 3 Hinc adulteratio verbi Dei: vt magis ad plauſum placitumue dicatur, quam ad pietatem & fructum: cumque plures annos exerceatur verbi miniſterium, vix vnius animæ conuerſio appareat. Hinc ex vna parte affectata ad pruritum aurium eloquentia, doctrinarum & eruditionum indigeſta confarcinatio ad oſtentationem, celebrioris pulpiti & frequentis concionis ambitio cum magni nominis deſiderio: 4 ideoque metus ignominiæ, ſolutio membrorum, genuum tremor, dentium colliſio, titubatio linguæ, labiorum concurſus, memoriæ perturbatio, puſillanimitas, & prope dementatio. Ex altera parte ſtipendiorum pinguium conquiſitio atque captatio, commoditatum ſtudium, curandi corporis anxietas, murmuratio, fauor, adulatio: & ſexcenta alia peccata. Quam autem graue ſit in intentione, & adminiſtratione verbi delinquere; hinc intelligatur. *d* Cum enim non ſit in Eccleſia ad deterrendos conuertendoſque peccatores prius aut efficacius medium verbo Dei in publicis populi conuentibus habito; quid fiet illi, qui

b Recta intentio, & finis Sacri Oratoris.

c Ambitio & auaritia concionatorem corrumpunt.

2 *Lege Gul. Pariſ. ca. 8. de moribus.*

3 *Lege Greg. 22. moral. ca. 7.*

4 *Sen. epiſt. 11.*

d Peccatorum cõuerſio ad concionatores propriе ſpectat.

qui cathedram occupat, & non annunciat, ſicut eſt vere verbum Dei:
pereuntibus interim tot Auditorum animabus defectu feriarum admonitionum, & ignitarum hortationum? ſanguis certe eorum de
manibus eius exquiretur. Poſſem hunc locum multa ſcripturarum,
Patrum, aliorumque Doctorum autoritate firmare: verum ſtudio
breuitatis prætereo. Tantum concionatores moneo, vt continenter
per aſsiduas preces hanc à Deo, cuius eſt donum, intentionis rectitudinem efflagitent. *e* Atque in antidotum quidem vanæ gloriæ ver- *e* Remediũ aduerſus inanem gloriam.
ſent identidem corde & ore verba illa prototypi omnium concionatorum:
5 Ioan. 8. torum: 5 *Ego non quæro gloriam meam, ſed eius, qui miſit me, ſi ego gloriam*
6 Pſal. 113. *meam quæro, gloria mea nihil eſt.* Dicat cum Pſalmiſta. 6 *Non nobis Domine,*
7 Bern. ſer. 59. in Cant. *ne, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam.* Aures præbeat 7 Bernardo dicenti.
centi. *Illius doctoris libenter audio vocem; qui non ſibi plauſum, ſed mihi planctum*
8 Proſp. lib. 1. de vit. contempl. *ctum moueat.* Et 8 Proſpero monenti: *Prædicator non 9 vocibus delectetur*
tur populi clamantis, ſed fletibus. *f* Aduerſus autem auaritiam reputet ſe- *f* Antidotũ Auaritiæ.
9 Lege inf. li. 1. ſect. 3. c. 3. in fine. cum verba 10 gloſſæ Interlinearis in illud Geneſis: *Non comedam, donec*
loquar ſermones meos. Quod ſeruus Abraham protulit in domo Rebeccæ:
cæ: *Non quærit famulus* (inquit gloſſa) id eſt, concionator, *quæ ſua ſunt:*
10 Gloſſ. interl in c. 24. Geneſ. *non vult metere carnalia, niſi prius ſemina: verit ſpiritualia, ſi quidem fidelis*
concionator non concionatur vt comedat, ſed comedit vt concionetur. Vnde &
11 Num. 24. cum 11 Balaam dicet: *Si dederit mihi Balac domum ſuam plenam auro, non*
potero loqui aliud, quam quod mihi præcepit Deus. Satiſque habebit ſi lucratus
tus fuerit fratrem ſuum. *Quis mihi det, antequam moriar* (exclamat magnus
12 Greg ep. 230. gnus Pontifex 12 Gregorius) *quis mihi det videre Eccleſiam Dei, ſicut in diebus*
bus antiquis: quando Apoſtoli laxabant retia, non in capturam argenti vel auri,
ſed in capturam animarum.

Quoniam vero recta intentio, & finis Sacri Oratoris eſt Dei zelus, 26
& animarum ſalus, id eſt, charitas, *g* ſedulam dabit operam, vt in hac *g* Zelus charitatis concionatori perneceſſarius.
virtutũ flammeſcat, ſine hac, nullus miniſteriũ iſtud exerceat dicente
13 1. Corinth. 13. 13 Paulo. *Si linguis hominum loquar, & Angelorum, charitatem autem non*
habuero; factus ſum velut æs ſonans aut cymbalum tinniens, id eſt, inane ac
mortuum inſtrumentum. Neque Spiritus Sanctus, niſi per linguas igneas
gneas Apoſtolos fecit prædicatores. *Qui perfectam habet charitatem*, inquit
14 Bern. ſer. 15. in Cant. quit 14 Bernardus, *prædicet, fructificet, innouet ſigna, immutet mirabilia.*
Nam ad ſupernorum deſiderium, vt autor eſt 15 Gregorius inflammare
mare Auditores nequeunt verba, quæ frigido corde proferuntur: nec
15 Gregor. enim res, 16 quæ in ſe ipſa non ardet, aliam accendit. Et recte 17 quidam
16 Leg. Gul. Pariſ. c. 8. de moribus. dam ait, in auribus ſolum conſiſtere orationem, quæ tantum ex ore
manat: erumpat è pectore, vt deſcendat in pectore. *h* Neq; vero quis *h* Charitas non poteſt artificio Rhetorico ſimulari.
17 Car. Reg. in cenſ. Orat. num. 28. ſperet, per artem ſimulato ardore munus ſe charitatis implere poſſe;
vt Auditores ſentiant, ipſum eo affectu commotum dicere, propterea
quod elata voce, & clamoribus agat, corpus exagitet, ſuggeſtum ver-

B 2 beret,

beret, gemitus atq; eiulatus emittat, nam ſi cum vita non cohæret oratio; prodit ſe, teſte 18 Fabio, quantumuis cuſtodiatur ſimulatio; nec tanta vmquam fuerit eloquendi facultas, vt non titubet atq; hæreat, quoties ab animo verba diſſentiunt. Etenim ſi ars non vſque eo pertingit, vt naturam perfecte exprimat: quonam modo Spiritus energiam, quæ ſupra naturam eſt, conſequetur? Et certe verus, non ſimulatus ignis eſt, qui incendit. *i* Quo ſi cor ferueat, non eſt cur magnum præſidium ab artis humanæ præceptis deſideretur: exercente magiſterium Spiritu Sancto. Amor enim per ſe eſt acutus, ingenioſus, efficax; omnes perſuadendi rationes, omnes ad mouendum machinas adhibet; affectus excitat, ſuſpenſos Auditorum animos tenet, arguit, obſecrat, terret, exclamat; atq; in omnes ſe dicendi figuras cum vera eloquentia transformat. *k* Rogatus olim B. Dominicus, ex quo penu res pulcherrimas quas dicebat, educeret; quaque arte in admirationem raperet Auditores: reſpondiſſe fertur, ea ſe in Ieſu Chriſti, & Sanctæ charitatis libro didiciſſe. Ad hunc porro charitatis affectum excitandum & inflammandum iuuant recta intentio, de qua diximus: orationis & contemplationis perpetuus vſus: humilitatis ſtudium, qua non in arte, aut eruditione, aut talento ſuo quis confidat; ſed in Domino Deo, qui debet animare inſtrumentum ſuum, & carbones ad comburendum incendere: denique aſsidua cultura omnium virtutum; earum enim frequenti plenoque choro Regina charitas oblectatur.

18 *Quintil.*

i Charitas magnã partem Rhetoricæ artis per ſe ipſa exequitur.

k Dominicus ordinis prædicatorij inſtitutor, charitate eminebat.

27 *l* Et quidem haud ſine ratione ad virtutum omnium apicem charitatem neceſſariam eſſe duximus earum omnium fundamentum humilitatem. Quo nimirum concionator virib. ac talento ſuo non confidat; ſed in adiutorio Dei, qui primus motor & principalis cauſa eſt fructus diuini ſermonis. quo item gloriam, adeo non appetat aut captet, vt ſpernat etiam, oblatamque reſpuat. Atque hoc eo fœnore, vt Dei ſapientia & gratia repleatur; vt Auditoribus gratum ſe magis atque amabilem reddat; vt ne perdat mercedem ſuam. Ergo virtutem hanc, vt compos illius fiat, enixe à Deo exoret: recolat peccata, negligentias, & ignorantias ſuas: nunquam de ſe ſuiſque rebus magnifice loquatur: non ambiat loca nobiliora: audiat libenter monitiones omnes; verum conſilijs tantum peritorum ſe regat.

l Humilitas concionatoris.

28 *m* Ad hæc orationis & contemplationis ſtudium prorſus neceſſarium eſt officio Prædicatoris; *n* cuius vita mixta eſt, nempe actiua, & ortum habens à contemplatiua. 19 Quos enim audeat de Deo, ſine Deo dicere? Idcirco Chriſtus in exemplum noſtrum, 20 populos inſtruebat interdiu, noctu in oratione pernoctabat. Apoſtoli: 21 *Nos vero* inquiunt, *orationi, & miniſterio verbi inſtantes erimus.* Et 22 S. Paulus raptus eſt in tertium cœlum: vt inter Angelos diſceret, quod poſtmodũ inter

m Oratio, & meditatio.

n Concionatorum vita miſta.

19 *Gregor. Naz. orat. 27. in Maximum. Greg. Magn. lib. 6. mor. cap. 17.*
20 *Luc. 6.*
21 *Act. 6.*
22 *D. Max. ho. de SS Pet. & Paul.*

inter homines prædicaret. *o* Ad quid autem neceſſaria concionatori oratio? Primum 23 vt poſtulet à Deo ſapientiam, & per contemplationem affatim concipiat: quam deinde in populos effundat. *Quia quo amplius*, inquit 24 Gregorius, *in ſecreto contemplationis latuit; verbi Dei theſauros ad eos qui ſe expectant, ditiores trahit: ille enim poteſt multa bona in infimis dicere, cui per ſecretum mentis intuitum conceditur ſumma videre.* Deinde, 25 vt dicat cum feruore charitatis: cuius ignis in meditatione exardeſcit. Tertio, vt iuxta Rhetorum placita, res dicendas bene per conſiderationem concoquat, ſibique perſuadeat, ac ſe permoueat: quo viua deinde oratione Auditorum animis imprimat. Quarto, vt pro ſuorum Auditorum fructu Deum enixe deprecetur: nam pietate magis orationum, quam Oratorum facultate valere vult ſacrum eloquentem 26 D. Auguſtinus: vt orando pro ſe ac pro illis, ſit Orator antequam Dictor. Quinto, vt peruideat, quonam pacto prudenter, & cum decoro tantum miniſterium exerceat, omneſque difficultates peruincat. Denique, vt tam multas virtutes, quibus ornatus eſſe debet, orando & meditando conſequatur. *p* Vere quippe omnino ſic habet 27 Chryſoſtomus: *Cum video quempiam non amantem orationis ſtudium; continuo definio, nihil eum egregii in animo poſſidere: rurſum, vbi quem conſpexero inſatiabiliter Deo adhærere, in ſummis damnis numerantem ſi non continenter orauerit; certo affirmo, talem Dei amicum, omniumque virtutum cultorem.* Et 28 S. Bernardus. *Nunc manent*, inquit, *tria hæc, verbum, exemplum, oratio: maior autem horum eſt oratio.* 29 Ea namque operi & voci gratiam atque efficaciam promeretur. *q* Eccleſiaſtes igitur habeat quotidie certũ orandi tempus, tum aſsidue quoq; in ceteris actionibus oret per iaculatorias oratiunculas, antequam concionem conſcribat, oret aliquantiſper, oret etiam priuſquam ad ſuggeſtum dicturus accedat. Denique ſemel quotannis deligat dies aliquot: in quibus totum ſe ſolis rerum ſpiritualium commentationibus impendat. 30 Quidam ex recentioribus hortatur, vt non niſi cœleſti pane Sacroſanctæ Euchariſtiæ ante refectus, Angelicum hoc miniſterium actu exerceat.

o Quare neceſſaria ſit oratio concionatori.

p Oratio fons bonorum omnium.

q Quando concionator ad orandum ſe colligat.

23 *Iacob.1.*

24 *Greg. lib. 4 in 1. Reg. 9.*

25 *Lege lib. 2. ſect. 4. ca. 1. & 3. & alibi ſæpe.*

26 *Aug. lib. 4. doctr. Chr. cap. 15.*

27 *Chryſoſt. lib. 1 de orando Deo.*

28 *Bern. ep. 201.*

29 *Auguſt. lib. 4 doctr. Chriſt. ca. 15.*

30 *Auguſt. Valer. lib. 3. Rhet. Eccl. cap. 5.*

r Quoniam vero innocentis exemplum vitæ, atque opinionem virtutis neceſſariam illi eſſe, qui perſuadere contendit, iam 31 oſtendimus, 32 & iterum inferius oſtendemus: propterea ſtudeat etiam atque etiam Eccleſiaſtes, conuerſationes familiares, crebras viſitationes, & colloquia non neceſſaria declinare: ametque ſolitarius eſſe. Nimia enim familiaritas contemptum parit: quia næui, atque maculæ, quas in vultu oculus eminus non diſcernit, apparent cominus. Quid, quod periculum eſt, ne conſuetudini ſæcularium aſſueſcens, ſæcularium mores referat, ac deuotio inter colloquia euaneſcat? Tempus quidem certe ſtudijs & contemplationi inſumendum, amici ſuffurantur.

29 *r* Concionator, ſit ſolitarius.

31 *Sup. c. 3. n. 20.*

32 *Li. 2. ſect. 2. c. 9. à num. 105.*

rantur.

f Cauteła in conuerſando.

rantur. *f* Quod ſi ſpiritualis neceſsitas aliquando prodire cogat; ſeruet agendi modum, qui ſimplicitatem Euangelicam, Chriſtianamq; affabilitatem, non qui vrbanitatem aulicam, & ſpiritum ſapiat huius mundi, abſtineat ridiculis: & verba ſint ſolum de Deo. *t* Hinc multo minus ingerat ſe; vel quamuis rogatus, intendat aliorum negotijs: dicente 33 Apoſtolo. *Non miſit me Dominus baptizare* (ecce quale negotium) *ſed euangelizare.* Nec ſe ſpectaculis ſiſtat: non villas, aut ruſticationes cum ſæcularibus ineat, non adeat conuiuia, niſi iuxta conſilium 34 Hieronymi: *Vt nunquam petentes, raro conuiuia accipiamus rogati: neſcio enim quo modo qui deprecatur vt tribuat, cum acceperis, viliorem te iudicat; mirum in modum, ſi eum rogantem contempſeris, plus te poſtea veneratur.*

t Negotia, conuiuia, ſpectacula fugienda.

33 1. Corin. 1.

34 Hier. ep. 2. ad Nepot.

30 De prudentia, quandoquidem virtus eſt omnia dirigens, omnia temperans, omnia condiens: varijs locis pro re nata interſpergemus: atq; ad totius operis finem 35 dicemus ex profeſſo.

35 Li. 3. ſect. 7. nu. 427.

CAPVT V.

Scientia.

31 QVemadmodum doctrina ſine vitæ integritate Eccleſiaſticum doctorem arrogantem facit, vt inquit 1 Iſidorus: *a* Sic vita ſine doctrina inutilem. Hac enim ratione, canis quidem per zelum erit: ſed mutus tamen, & latrare non valens. Nam quo pacto Scripturas explicare, fidei dogmata exponere; de moribus, virtutibus, vitijs apte, ac ſine famæ conſcentiæque ſuæ, & aliorum ſalutis diſcrimine diſſerere poteſt: niſi multa, variaque doctrina ſit præditus? Etiam enim popularia & planiora quæ dicuntur, ſæpe implicita ſunt, & maximis difficultatibus cohærent. In ſumma, nihil proderit noſſe locos Dialecticos (vt 2 inferius quoque declarabimus) ad inueniendum quid dicas, definitionem videlicet, paſsiones, affectiones, cauſas, effectus, &c. niſi rei, cui ſunt hæc applicanda, plenam ſcientiam habueris. Denique temeraria erit, ſine doctrina, omnis oratio. Neque ad docendum, dicendumque modo neceſſaria eſt ſcientia: verum etiam (quod alibi dicendum eſt 3 iterum) ad perſuadentis autoritatem & fidem maxime conducit opinio doctrinæ. Quare omnino vere ait 4 quidam, *Oratorem non poſſe aliter exiſtere, nec extitiſſe vnquam confirmo; niſi eum, qui tanquam in aciem omnibus armis inſtructus, ſic in foro omnibus artibus armatus exierit: & hanc primam præcipuamq; cauſam arbitror, cur tantum ab antiquorum eloquentia Ortorum receſſerimus.*

a Doctrina Prædicatori neceſſaria.

1 Iſid. lib. 3. de ſum. bon. cap. 16.

2 Li. 2. ſect. 2. ca. 10. à nu. 112.

3 Lib. 2. ſect. 2. ca. 9. nu. 105.

4 Autor dialog. de cauſ. corrup. eloq.

32 Primum igitur ad S. Scripturæ ſtudium vſque adeo ſit affectus in eoque verſatus Eccleſiaſtes: *b* vt memoriæ totam, ſi fieri poteſt, 5 impreſſam gerat: ac proinde, vt Apoſtolicus concionator, &, quemadmodum Antonius ille, Arca teſtamenti iure merito audire poſsit.

b Scripturæ Sacræ profunda cognitio.

5 S. Auguſt.

Non

Digitized by Google

Non ſolum quia ipſa eſt verbum Dei, quod populis annunciandum eſt; & in ſcripturis ſolis affatim ſuppetunt quæ dici debent de Chriſtiana Philoſophia, cum 6 ex Pauli ſententia, *Omnis Scriptura vtilis ſit ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia:* 7 verum etiam ad omnia fere, quæ dicimus, diuinis teſtimoniis roboranda. *c* Recte 8 Chryſoſtomus, *Si quid*, inquit, *dicitur abſque Scriptura, Auditorum cogitatio claudicat, aut ſermonem vt friuolum auerſans, aut adſummum vt probabilem recipiens: verum vbi ex ſcriptura diuinæ vocis teſtimonium prodiit; & loquentis ſermonem, & audientis animum confirmat.* Quibus conſentanee ſcripſit 9 Auguſtinus. *Sapienter dicit homo, tanto magis vel minus, quanto in Scripturis Sanctis magis minuſue profecit.* *d* Quid, quod ipſa Artis dicendi præcepta magnam partem, 10 Ambroſij ſententia, de ſcripturarum eloquentia ſunt educta?

6 1. Tim. 3. 7 Li. 2. ſect. 2. c. 8. n. 102. & 103. 8 Chryſoſt. in pſal. 95. 9 Aug. li. 4. doctr. Chriſt. cap. 5. 10 Ambroſ. li. 8. epiſt. 63. ad iuſtum.

c S. Scriptura in concionib. dominatur. *d* Ars dicendi ex S. Scriptura.

e Lectitet autem Scripturas cum intentione diuinæ gloriæ: atque 33
vt cum ipſe, tum alij ab ipſo proficiant. Et legat quotidie cum meditatione: conſiderans circumſtantias, & ponderans verba. Quorum exponendorum nonnullas regulas fructuoſe tradit 11 recentior quidam Concionatoriæ Scriptor: & S. literarum interpretes multo plures obſeruarunt; ex quibus nos 12 commodiori loco pauca quædam perſtringemus. Intelligat primum literalem ſiue hiſtoricum ſenſum, proprium, vel figuratum: deinde ſenſum ſpiritualem ſiue myſticum eliciat, *f* qui triplex eſt, allegoricus, tropologicus ſiue moralis, & anagogicus; nec ſpernat ſenſus accommodatitios, ſi qui apti videbuntur. De quibus omnibus late Scripturarum explicatores. Ea propter calleat Hebraiſmos & Græciſmos: variaſque verſiones ſiue lectiones, tamquam commentarios adhibeat, quæ noſtram vulgatam aſtruant, & exornent. Norit S. literarum conſuetudines, & regulas: ſciat Scripturam per Scripturam interpretari, diſſidenteſque locos conciliare. In quibus omnibus fidei dogmata, traditiones, ſenſum vſumque Eccleſiæ, & Patrum conſenſum ſequatur. Ad horum porro intelligentiam adhibeat Sacrorum codicum explanatores: *g* vtantur Bibliorum concordantiis, & Oeconomiis ſi quorum vſum docent inter alios 13 Franciſcus Ribera, & 14 Sixtus Senenſis: indice quoq; Biblico, & alijs eiuſdem induſtriæ voluminibus.

11 Paul. Aret. art. con. lib. 1. cap. 16. 12 lib. 2. ſect. 2. c. 8. & li. 3. ſect. 2. c. 4. a num. 56. 13 Rib. prolog. in Habac. 14 Sixt. bibl. ſa. li. 3. in methodo ſyllab.

e Scripturæ ſtudium quale. *f* Scripturæ S. varii ſenſus. *g* Concordantiarum biblicarum vſus.

h Secundum ſcripturæ ſtudium, lectioni SS. Patrum apprime in- 34
cumbat. Hi enim ex ſcripturas cum fructu exponunt; & res morales cum Dei ſpiritu tractant, ac perſuadent; & fidei dogmata cum ſoliditate ſtabiliunt. *i* Seligat, quos, & quos eorum tractatus primum, quos deinde verſet, nimirum Sacrorum librorum expoſitiones primum, deinde moralia, denique dogmatica, & controuerſa. Quæ in ipſis legit, animi aduerſione bene mandat ac concoquat. id eſt, multum potius, quã multa legat. Inter legendum, obſeruat Sanctorum ſpiritum; vt ædi-

h Lectio SS. Patrum. *i* Ordo in legendis Patribus.

vt ædificetur, aut æmuletur. Deniq; ex omnib. Patribus vnum aliquem deligat ingenio ſuo congruentiorem: quem frequentius legat, verſet, imitetur.

35 *k* Iam vero Scholaſticæ Theologiæ ſtudium neceſſarium eſt, ad Scripturæ verum ſolidumque intellectum: ad vberrimam rerum ſacrarum cognitionem, Dei, Chriſti, Sacramentorum, præceptorum, legum, dogmatum, fidei, virtutum, vitiorum: ad dicendum quoq; in roſtris abſq; timore, errandiq; periculo. *l* Sit autem in hoc genere maxime affectus ad S. Thomæ Angelicam Doctrinam, tam ſolidam, tam copioſam, tam enucleatam, tam variam & omnis generis rerum; vt nihil illa melius deſiderari poſsit.

k Theologiæ ſcientia.

l Doctrina S. Thom. ſolida.

36 In Catechiſmi cognitione, ad informandos rudes; in controuerſiis fidei, ad refellendos hæreticos; *m* in aſceticis, myſticaque theologia, ad Religioſos ſtudioſoſque perfectionis inſtruendos, ſit bene verſatus. Hiſtoriarum ſacrarum, exemplorumque eruditio ad exornandas conciones, ad permouendos animos multum iuuant. Apud recentiores ſcripturarum elucidatores, & apud eos, qui communes locos ediderunt, multam huiuſmodi eruditionem, ſiluamque rerum eſt inuenire.

m Cetera Sacra eruditio.

37 *n* Philoſophiam 13 de moribus, & prudentiam, tam monaſticam, quam œconomicam, & politicam teneat neceſſe eſt: ſed tanquam Euangelio ſubiectam atq; adminiſtram. Cum hac adiungat peritiam rerum politicarum ac ciuilium ſuæ prouinciæ, negotiorum, contractuũ, conſuetudinum, ſtatuum, artificiorum, &c. Concionator enim communis eſt omnium magiſter. Philoſophia quoque rerum naturalium, ad cognoſcendas rerum naturas, partes, proprietates, genera, ſpecies, cauſas, effectus, &c. maximo vſui eſt.

n Vtraque Philoſophia.

13 *Le. Quintil. lib. 12. c. 2.*

38 *o* Cognitione vero prophanarum hiſtoriarum, poëſi, ceteriſq; artibus liberalibus, & ſi præparce ac ſine oſtentatione; vtendum tamen eſt aliquando, ad veritatem ſiue ornandam ſiue confirmandam, ſiue amplificandam: Deus enim eſt, qui illuminat omnem hominem. Atq; hoc eſt, iuxta 14 Auguſtinum, ſpoliare Aegyptos. Et recte 15 Clemens Pontifex: *Cum ex diuinis Scripturis*, inquit, *integram quiſque & firmam regulam charitatis ſuſceperit; abſurdum non erit, ſi etiam aliquid ex eruditione communi, & liberalibus ſtudiis ad aſſertionem veri dogmatis conferat.* Ita enim ſponſæ 16 murenulæ illæ aureæ, argento vermiculatæ conflabuntur: & offerentur Deo primitiæ mellis, vetiti alioquin in ſacrificijs; nimirum, ſecundũ 17 Eucherium, & 18 Heſychium, de eloquentia ſcientiaque Gentilium, tantum, quantum ad referenda diuina myſteria opus fore iudicabitur, deſumetur.

o Cetera ſæcularis eruditio.

14 *Aug. li. 2. doctr. Chriſt. cap. 40.*

15 *Diſt. 37. cap. Relatum.*

16 *Cant. 1.*

17 *Eucher. quæſt. in Leuit.*

18 *Heſych in 2 Leuit.*

39 *p* Denique in Oratoria, ac Dialectica facultate ſit accurate inſtructus. Hæ namque ex 19 Ariſtotelis ſententia finitimæ ſunt; &, vt quidam

p Dialectica, & Oratoria.

19 *Ariſt. li. 1. Rhet.*

20 *Arias Mont.*

q Gemellæ ſunt, & ex ambabus conflatur ars vna dicendi.

dam 20 ait, *q* gemellæ: atqueambæ ad dicendum inſtruentes: altera quidem argumenta, vires, neruos tribuendo, & intellectum conuincendo; altera viuos colores adhibendo, amplificando, & expugnando voluntatem. Quo fit, vt ex ambabus vna Dicendi ars conflетur; nec ſine Dialecticæ præſidio, quæ quaſi contracta & aſtricta eloquentia cenſenda, Rhetorica quidquam poſsit. Iam vero bene dicere velle, ſine arte bene dicendi, obſecro, quàm abſurdum eſt? *r* Quamuis enim idonea natura multum poſsit; & Dei Spiritum ſequi ducem potius, quam vllam humanam artem debeat Eccleſiaſtes: nihilominus ad corrigenda vitia, ſine quibus naſcitur nemo, & ad perficienda ea ſemina, quæ natura nobis ingenita ſunt; atque ad non tentandum Deum, neceſſaria Ars videtur. Quæ circa quamcunque materiam docet, quomodo cum facilitate inuenias quæ dicas, quo diſponas ordine, qua ratione tractes atq; eloquaris, memoriter addiſcas, pronuncies. *Natura enim, abſq; diſciplina ſi ſit, cæca eſt* (inquit 21 Fabius:) *quemadmodum diſciplina, ſi à natura deſtituatur, defecta.*

r Artis dicendi neceſſitas, & fructus.

21 *Quintil.*

22 *Quintil. li. 8. in proœ. lib. 10. c. 7.*

ſ Cum 22 arte Rhetorica merito coniungitur tamquam pars eius 40
ex præcipuis, perfecta cognitio idiomatis eius, in quo dicendum eſt; vt poſsit ornate, ſecure, ardenter dici. Quare concionator, ad idoneorum verborum copiam & varietatem velut in procinctu habendam multa eorum librorum (modo ne ſint impuri) lectione opus habet, qui ornatiſsime patrio ſermone conſcripti ſunt. Vnde ipſe notabit, memoriæque committet; ac, ſi volet, in priuatum codicem referet verba propria rerum, eorumque Synonyma, tam propria quam metaphorica, epitheta, antitheta; phraſes ac dicendi formulas; particulas, coniunctioneſque orationis; rationem ſyntaxeos, 23 &c.

ſ Linguæ, in qua dicendum eſt perfecta cognitio.

23 *Lege inf. li. 3. ſect. 3. ca. 1 à nu. 85.*

24 *Rob. Bel. in quodam manuſcr.*

t Ergo prudenter 24 quidam ad finem, concionatoris tria hæc, 41
feruorem ſpiritus, ſapientiam, eloquentiam poſtulauit. Si quidem eloquentia ſine charitate ac ſapientia, eſt cymbalum tinniens, & inanis garrulitas: ſapientia & eloquentia ſine charitate, res eſt plane humana & mortua: charitas ſine ſapientia & eloquentia inſtar eſt viri fortis, ſed inermis.

t Concionatorē tria perficiunt, Spiritus, Sapientia, eloquentia.

25 *Iul. Mazar. in praxi conc. Paul. Ares. lib 4. ca. 27. Lege etiam Poſ. Seu. bibl. ſelec.*

u Si quis autem noſſe cupit, quibus nominatim ſcriptoribus & li- 42
bris ad omnem ſuam eruditionem vti poſsit; legat 25 quoſdam ex recentioribus, qui in arte concionandi quam tradunt, commodam quoque bibliothecam inſtruunt.

u Quinam libri vſui ſint concionatori.

26 *Lege Sen. epiſt. 2. Quintil. Lud. Gram. Paul. Ares. Iul. Maz.*

27 *Iſid li 1. de ſu. bo. c. 14.*

x Porro librorum lectio, vt ex illa proficiamus, 26 debet eſſe cer- 43
ta, non vagans, aut fortuita; ordinata, & conſtans; attenta, ac tacita; meditatione verſata; communicata; ac tandem in rebus memorabilibus breuiter transſcripta, atque ſeruata. Communicatam, inquam; nam ſi qui duo ſint, qui conueniant, aut quæ ſinguli ſeorſum legunt, inter ſe mox communicent: næ iſti ex 27 Iſidori conſilio, mirum in

x Lectio fructuoſa quænam.

Digitized by Google

modum breui proficiant, dum viciſsim, viua voce alter explicando, memoriæ infigit quæ legerat: alter, quæ non legit ipſe, breuiter, & ſine labore diſcit ab altero. *Mutuo enim iſta fiunt*, inquit 28 Seneca; *& homines, cum docent, diſcunt.* 28 *Sen. epiſt. 6. & 7.*

44 *y Concionatorum libelli memorabiles.* y Denique tranſcriptam lectionem appellaui. Etenim ſi quæ in hoc ſtudio noua, apta, pulchra, digna roſtris iudicarit Eccleſiaſtes, referre debet in aduerſaria ſiue libros memorabiles, tamquam in theſauros: digerens per communes locos, & capita virtutum, vitiorum, dogmatum, materiarum, Euangeliorum, feſtorum. Quorum omnium varios indices ac methodos diligentes 29 quidam autores ex recentioribus deſcribunt. Cuius calami ſtylíue vſus neceſſarius eſt: quo habeat Orator in aduerſariis ſuis ad manum penu quoddam, & promptuarium pleniſsimum.

29 *Laur à Villan lib. 3. de formando Theolog. ſtudio.* *Autor lib. de copia verb. & rerum lib. 2. de ratione colligendi exempla.* *Iul. Maz. in praxi. Paul. Areſ. lib. 4. cap. 28.*

CAPVT VI.

Ars, Imitatio, Exercitatio, Directio.

45 PRæter ſpiritum ac virtutes, præter idoneam naturam, præter multam rerum ſcientiam & eruditionem, quatuor alia ſunt neceſſaria Eccleſiaſtæ ad bene concionandum, ars, imitatio, exercitatio, directio.

46 *a Artis neceſſitas, & fructus.* a Ars quam ſit neceſſaria ad emendandam perficiendamque naturam, ad leuandum laborem, ad certius collineandum; iam non ſemel diximus, præſertim præcedenti capite, vbi de eruditione concionatoris egimus: dicturi in ſequentibus libris de præceptis eius. *b Adoleſcētia tempus eſt opportunum diſcendæ Rhetoricæ.* Quæ curet Orator b ſuo tempore, hoc eſt in adoleſcentia, quemadmodum in præfatione declaratum eſt, cum magna ſpeculatione atque animaduerſione bene ſemel intelligere, vim eorum penetrare, & practicis Exemplis quam plurimis per ſe adinuentis ſibi declarare, ac mente infigere; mox per interualla continenter recolere: Si futurum vult, vt admirabilem in dicendo vbertatem, delectationem, energiam, cum Summa facilitate conſequatur.

47 *c Imitatio, quanti facienda.* Arte accepta, imitationi ſtudiat. c Quam tanti S. 1 Auguſtinus facit; vt eam, ſine arte in officinis Rhetorum deſumpta, facere poſſe eloquentes; artem vero ſine imitatione, non poſſe confirmet: facilius enim adhærere eloquentiam legentibus & audientibus eloquentes, quam eloquentiæ præcepta ſpectantibus. Quod tamen dictum intelligitur, ſi perſonæ imitandæ, fuerint vndequaque in arte perfectæ, *d Imitatio, ſine Arte periculoſa.* aut qui imitatur, ſit eius prudentiæ, vt ad viuum dignoſcat inter dignum & indignum, aptum & ineptum. d Ceteris enim, præſertim ado- 1 *Aug. li. 4. doctr. Chriſt. cap. 3.*

Digitized by Google

adoleſcentibus, idem Pater tantum non iniungit, vt ſint in arte accurati: ſine qua minus vtilis, & valde periculoſa ipſis imitatio redderetur. *e* Cum Ars ſit lapis Lydius ad quem omnis recta eloquentia probatur.

e Omnis vera eloquentia Arte probatur.

Legat igitur Eccleſiaſtes, atque audiat concionatores: vt in iis obſeruet præcepta dicendi, iam ad praxim deducta, & quaſi concreta. Tum omni affectione atque ambitione liber, imitetur quod optimum ſuęque naturæ accommodatiſsimum ſecundum artem indicauerit. *f* Atq; vt de prophanis Oratoribus, Demoſthene, Iſocrate, Cicerone, &c. taceam; quibus tamen ipſis non parum arte & prudentia proficere poteſt: habet in diuinis voluminibus optimos eloquentiſsimoſque concionatores, Sanctos Prophetas, Ieremiam præſertim, & Iſaiam: Sanctos item Apoſtolos, & in iis D. Paulum. Quem 2 Chryſoſtomus Chriſti Rhetorem appellat: eiuſque rhetoricum artificium explicat in Homiliis ſuper ipſius Epiſtolis. De quo 3 Hieronymus: *Paulum*, inquit, *quotieſcunque lego; videor mihi non verba audire, ſed tonitrua.* Quare non ſine occaſione 4 Lycaonij, qui Gentiles erant, & idololatræ, cum illum audierunt, Mercurium eloquentiæ Deum exiſtimantes appellarunt. 48

f Imitandi præcipue Propetæ, Apoſtoli, SS. Patres.

2 *Chryſoſt. ho. 6. de pænit.*

3 *Hieron. in apol. ad Pammachium epiſt. 50.*

4 *Act. 24.*

g Sancti Patres fuerunt ad vnum omnes perfectiſsimi Oratores: in quibus, præter Spiritus vehementiam, & ſapientiam admirabilem, quæ in omnibus eminet; ſingulis ineſt quiddam proprium, & veluti nota eloquentiæ ſingularis. Quid enim Nazianzeno, & Ambroſio neruoſius? Quid Baſilio, & Hieronymo in copia ſententiarum ornatius? Quid acutius Auguſtino? grauius & numeroſius Leone? candidius, elegantius, ſuauius Cypriano? Gregorio prudentius? Bernardo dulcius? Denique vt reliquos prætermittam, quid ſic eminet, vt Chryſoſtomus: medius, vt 5 quidam obſeruat, inter Iſocratem, & Demoſthenem: os vero aureum, & forma concionatorum? cuius fuſa, & ad perſuadendum aptiſsima eſt oratio: qui in argumentorum excogitatione eſt feraciſsimus, in tractatione & elocutione mirabilis, in amplificatione & motu præpollens: qui deniq; vnus concionatori ſatis eſſe, & inſtar omnium poteſt. 49

g SS. Patres varia eloquentia.

5 *German. Brixius præf. in libr. Chryſoſt. contra Gentiles.*

h In iis, qui ſub noſtra tempora Conciones ſcripſere, & Sermonarij vocantur, quorum vulgus magis, ac magis in dies augetur, non eſt cur multum operæ legendo & imitando inſumamus. Non ita multi veræ eloquentiæ cultores ſunt: & nec pauci Scripturis perperam vtuntur; ſua commenta, aſcribunt Patribus; hiſtorias comminiſcuntur. Quare habeatur delectus. Qui non minus eſt neceſſarius in imitandis iis, quos de ſuggeſtu prædicantes audimus: debent enim eſſe ſpiritualiter eloquentes; id eſt, ſapientes, cum ſuauitate, copia, atq; ardore loquentes. 50

h Sermonariorum, & eorum qui viua voce concionantur, delectus.

Digitized by Google

51 i In quibus ipſis, ſecundum 6 Ciceronis, & 7 Quintiliani conſilium, non imitetur omnia, etiam vitia: ſed tantum quæ maxime excellunt, & accommodata ſunt ingenio, viribus, & facultati ſuæ. Quamobrem non curet eſſe hiſtrio, aut tanquam ſimia inſignis cuiuſpiam viri: vt omnia, etiam vocis ſonum, etiam balbutiem exprimere ſtudeat: *Error enim eſt* inquit 8 Fabius, *ſeſe totum in alios transferre: nimiumque timida imitatio eſt, quæ nihil audet ſine autore.* l Neq; vero Ars, & imitatio mutare naturam debent, ſed tantum perficere: *Nec enim dicenda eſt eloquentia*, inquit 9 Auguſtinus, *ſi perſona non congruat loquentis.*

i Imitatio cauta, & moderata.

l In imitãdo, habeatur ratio propriæ naturæ.

6 Cicer.
7 Quintil. lib.10. cap.2. & 2.
8 Quintil. lib 10. cap.2.
9 Auguſt.

52 m Denique 10 aduertant concionatores: vt in iis, quos legunt, audiuntue ad imitandum, non ſint nuda rerum cognitione contenti: ſed obſeruent potius, atque expendant dicendi rationem, inuentionem, elocutionem, amplificationes, figuras, verba, phraſes, numerum, &c. diſſoluant totam aliquam concionem, iterumque componant. Nam hac ratione, vt aiebam, Artis præcepta in praxi expreſſa, melius percipiuntur; & ad eamdem praxim exemplo nos ducunt.

m Quid potiſſimum imitandum.

10 Quintil. lib.10.c.2.

53 n Neque 11 ſolum imitatione contenti ſint: verum etiam ad ſummum pefectionis aſpirantes, vbi erunt in dicendi exercitatione prouecti, ſtudeant pro menſura talenti ſui, quos prius imitabantur, æmulari, & ſuperare conari.

n Non ſolũ imitãdi, ſed & æmulandi autores.

11 Quintil. ibid & c.4.

54 o Familiaria quoque & perſpicua reddit Artis præcepta, efficiendique facultatem præſtat (& quidem potiſsima ratione) exercitatio, cum pertinaci ſtudio ac labore. *Subacto enim ingenio eſt opus*, ait 12 Cicero; *vt agro, non ſolum arato, ſed nouato, & iterato.* Quo meliores fructus poſsit, & grandiores edere, cum admiratione Auditorum. 13 *Etenim quæcunque diſcuntur operis gratia, præcipue diſcuntur etiam ex ipſo opere: nec vlla res efficacius recte nos facere docet, quam vt ſæpe faciamus.* Et omnino, in aliqua docenda, diſcendaque arte, modice ac dilucide præcipiendum: multum vero, & continenter exercendum.

o Exercitatio, ad faciendũ Oratorẽ efficaciſſima.

12 Cic. lib.2. de Orat.
13 Rodolph. Agric. lib.3. cap. vlt.

55 p Exercitatio vero primum fit in cognitione ac commendatione: quæ eſt tanquam naturalis calor ventriculi, cibum concoquens, atque conuertens. Cogitet ergo Orator ea, quæ dicturus eſt: vt ſecundum artem dicat. q Neque 14 ex tempore concionetur, vt quorumdam eſt ambitio; qui, vt cum Fabio loquar, *Dum ſtultis eruditi videri volunt, ſtulti eruditis videntur.* Quippe qui inanem tantum loquacitatem oſtentabunt. Cogitationi adiungat ſcriptionem ſiue ſtylum: 15 qui, vt laboris, ſic vtilitatis etiam longe plurimum affert; r Quemque Oratorum effectorem optimum, dicendique magiſtrum appellat apud 16 Tullium Graſſus. Cuius etiam ſententia, tantum vincitur à ſcriptione commentatio, quantum ſubita fortuitaque oratio à commentatione.

p Exercitatio conſtat meditatione, ac ſtylo.

q Extemporanea dictio reprehenditur.

r Stylus & ſcriptio, Oratorũ magiſter.

14 Quintil. lib.10. c.3.6. & 7.
15 Quintil. lib.10.c.3.
16 Cic. lib.1. de Orat.

Digitized by Google

17 *Lege inf. lib. 1. ſec. 4. c. 6. n. 279.*

ſ Scriptio ſit conſiderata, & artificioſa.

tione. ſ Scribat autem plurimum, ſed 17 conſiderate; atque vt deferbuerit ſcribendi ardor, recognoſcat rigidus cenſor, corrigatque quæ ſcripſerit. Nihilque permittat, quod præceptis Artis non conueniat: citatis ad marginem locis, figuris, &c. Quo fiet, vt multa ac diuturna exercitatione Ars in naturam vertatur: 18 vt t deinceps, quamuis arte inconſulta, maxime tamen ex arte, etiam ex tempore, dicat.

18 *Le. Quintil. lib. 5. c. 10. in fine, & lib. 10. c. 6. & 7.*

t Extemporanea dictio quādo permittitur.

56 u Quid porro ſcribat pro vmbratili præexercitamento (nam de concionibus publice habendis poſtea dicetur) erunt 19 variæ theſes & hypotheſes, locique communes, in diuerſis concionum generibus: qui ſint interdum paradoxa, quæſtioneſque confirmatu difficiles, de quibus 20 inferius. Hic ad praxim aduocet argumentorum inuentionem; eorumdemque diſpoſitionem & ordinem, tractationem, & elocutionem; amplificationem item ac motum. 21 Nec eſſet abs re, conciones SS. Patrum ad maternam linguam, vſumque traducere: 22 auctas, ornataſque alijs à ſe inuentis argumentis, figuris, amplificationibus, &c. 23 argumentationem paucis collectam, contendat explicare pluribus: ſtrictim breuiterq; dicta, copioſe; diffuſa, anguſtius dicere.

u Variæ Oratorū proluſiones.

19 *Quintil. lib. 10. ca. 4.*
20 *Li. 1. ſec. 1 nu. 4.*
21 *Quintil. li. 10. c. 4. Et Areſ. lib. 4. art. conc. c. 24. & 25. & Iul. Maz. ſer. 18 in ferm. Domini.*
22 *Cicer. de opt. gen. Orat.*

57 Iam vero quæ hoc pacto ſcripſerit, ad 24 verbum firmiter ediſcat (adoleſcentulum ac tyronem alloquimur:) x ac mox declamet coram multis, ſed intra domeſticos parietes; adhibita voce, atque actione præmeditatis. y In 25 quo aſſueſcat, obfirmetque animum aduerſus ea, quæ turbare concionatores ſolent; vt ſunt ſtrepitus, tumultus, & quæcunq; aliæ nouitates: quorum aliquid, ne in ſingulis concionibus à promiſcua turba eueniat; optandum à concionatoribus magis, quam ſperandum. z Idcirco 26 Demoſthenes, vt fori tumultus ferre imperturbatus conſueſceret; Orationes ſuas declamare prius ad littoris ſtrepitum ſolebat.

23 *Rodol. Agric. Quintil. li. 10. cap. 4.*
24 *Quintil. lib. 11. c. 2.*
25 *Quintil. lib. 10. c. 3.*
26 *Plut. in eius vita. & Quintil. ibid.*

x Priuata declamatio.
y Aſſueſcēdum in tumultu imperturbate dicere.
z Exemplū Demoſthenis.

58 a Hæc denique omnia tentanda non eſſent, ſine aliquo inſtructore ſiue monitore; viro prudente, Artiſque conſulto; & ſi fieri poſsit, in dicendi munere diu multumque verſato. *Maximam enim vtilitatem habet*, 27 Hieronymo teſte, *magiſtrorum limina terere, & artem ab artificibus diſcere.* b Ab hoc 28 inſtructore concionator amet ſeuere moneri & corrigi, quidquid perperam & contra artem in ſcribendo, dicendoque effuderit: ſi errauerit in doctrina: ſi non ad rem, ſcopumue dixerit: ſi res, aptaque ad confirmandum argumenta inuenire neſcierit: ſi motum, affectuſque ſuo loco non excitauerit: ſi diſpoſitionem, & ordinem non adhibuerit: ſi aridus ac ieiunus in confirmando aliquo, aut eloquendo fuerit; vel contra (quod 29 tamen vitium, in adoleſcentibus tolerandum) nimis vber, fœcundus, ac redundans: ſi ſe idiomatis bene callentem non oſtenderit: ſi decorum in aliquo non ſerua-

a Inſtructoris neceſſitas.
b In quibuſnā monendus ac dirigendus concionator.

27 *Hierony. Apol. contra Ruff.*
28 *Quintil. lib. 10. c. 5.*
29 *Cic. lib. 2. de Orat. Quintil. li. 2. cap. 4.*

Digitized by Google

ſeruauerit: ſi quid in voce, geſtuq; deliquerit: ſi ex animo, cum pondere, cum feruore Spiritus non pronunciauerit. Et huiuſmodi multa alia. Atque hæc eſt via ad Artem capeſſendam compendiaria: quæ ſub magiſtro breuius, commodius, facilius, tutiuſque perdiſcitur.

59 *c* Quare in ſingulis academijs, præſertim Religioſorum, inſtructor aliquis huiuſmodi atque præceptor conſtitui deberet: qui tempore vacationum ab alijs ſtudijs Artem hanc ſcholaſticis adoleſcentibus explicaret: binas ternaſue conciones ſingulis, ex arte & accurate conſcribendas præciperet: conſcriptas corrigeret, iuberetque memoria teneri. Quo deinceps toto anno ſtatis diebus, ſuper menſam, aut alio loco ſine iactura ceterorum ſtudiorum, liberius, ac ſecurius, & cum certiori deprehenſione talenti pronunciarentur.

c Academia Concionatorum.

Finis Libri Primi.

DE

DE SACRO ECCLE-SIASTE

LIBER SECVNDVS.

IN QVO AGITVR DE EIVS Officio circa rerum dicendarum inuentionem.

ITA præparatum inſtructumque Eccleſiaſten, informemus iam Artis præceptis, totaque ſcribendi, dicendique praxi: quo non tantum vmbratili exercitationi, ſed ſoli etiam, atque aciei aptus eſſe poſsit. Num. 1.

a Iam vero cum Chriſtiani Oratoris finis (de fine proximo loqui- 2
mur; nam remotum ſiue vltimum, iam 1 eſſe diximus ſalutem animarum, & Dei gloriam) cum, inquam, Chriſtiani Oratoris finis, idem, qui omnium Oratorum, ſit, Perſuadere dictione: eius vtique officium conſequenter erit, Appoſite ad perſuadendum dicere; hoc eſt, inuenire quid dicat, inuenta ordinare ſiue diſponere, diſpoſita eloqui & in orationem concionemue formare, ſcriptam concionem ediſcere memoriter, ac tandem pronunciare. Ex quibus quinque muneribus primo hunc librum, alterum quatuor reliquis deſtinamus.

1 Lib. 1. n. 1. & 25.

a Finis, & officium Sacri Oratoris.

b Quoniam vero in quatuor verſatur inuentio; vt excogitet ma- 3
teriam ſiue quæſtionem de qua vult docere & perſuadere; vt poſtmodum inueniat res & argumenta ad docendum, & fidem quæſtioni, ſine materiæ faciendam idonea, quo euicto rationibus intellectu, motus & perſuaſio voluntatis facilius conſequatur; vt, facta iam fide, inueniat deinde quibuſnam rationibus moueat expugnetque voluntates, id eſt, perſuaſionem, qui finis Oratorum eſt, aſſequatur; denique vt in his omnibus delectet Auditores: idcirco quatuor librum in ſectiones partiemur, primam de inuenienda quæſtione, alteram de fide, tertiam de motu, poſtremam de delectatione excogitanda. *c* Vt hac ratione 2 triplici illi ſuo muneri ſatisfacere orator poſsit, docendi, mouendi, delectandi. Quorum primum. Et ſi magis in reb. eſſe, poſteriora duo magis in modo dicendi, affirmet Auguſti-

b Inuentio quadruplex. Quæſtionis, fidei, motus, delectationis.

2 Quintil. libr. 8. in proœm.

c Oratoris munus triplex.

Digitized by Google

Auguſtinus : tamen & hæc quoque in rebus verſari (quarum quaſdam ad motum , quaſdam ad delectationem conducere , ſuis locis oſtendemus) non inficiandum.

SECTIO I.

De Quæſtione inuenienda.

4 *a* Thema concionis, quare appellatur quæſtio.

PRimum, quod inuenire oportet Oratorem , eſt thema , ſine materia, de qua dicturus eſt. *a* Quæ vt plurimum eſt aliqua propoſitio, ſiue aſſertio : cuius veritas nō eſt adeo manifeſta, & per ſe nota, vt ſimplici explicatione abſq; alia confirmatione fidem intellectui faciat ; verum argumentis ſiue documentis probanda ac certa facienda eſt, vt Auditores conuincat. Ideo enim à dicendi præceptorib. Quæſtio nuncupatur: quo nomine & nos deinceps vtemur.

CAPVT I.

Varia Quæſtionum genera.

5 *a* Quæſtio ſimplex, cōiuncta, abſoluta, cōparata.

QVæſtio 1 generali diuiſione multipliciter diuiditur. *a* Quæſtionum ſiquidem aliæ ſunt ſimplices, vt, An humilitas ſit virtus : aliæ coniunctæ, vt, An 2 Deus ſuperbis reſiſtat, & humilibus gratiam conferat. Similiter, aliæ ſunt abſolutæ, vt, Sitne bonum lætari: aliæ comparatæ, vt, ſitne 3 melius ire ad domum luctus, quam ad domum conuiuij.

1 *Leg. Quintil. lib. 3. ca. 8.*
2 *Iacob. 4.*
3 *Eccl. 7.*

6 *b* Quæſtio cognitionis & actionis.

b Item aliæ ad ſolum cognitionem referuntur & tantum fidem requirunt, vt, An Chriſtus habeat duas naturas : quas proprie petit genus concionum doctrinale: & cuiuſmodi quæſtionis tractat Cicero in libris de Philoſophia ; noſtrates quoque Philoſophi, ac Theologi in ſuis monumentis, & alij per multi. Aliæ quæſtiones præter ſcientiam, actionem ſpectant, vt, An Deo ſit latriæ cultus deferendus. Et cognitionis quidem quatuor ſunt genera, An ſit, Quid ſit, Quale ſit, Propter quid ſit: vt, exiſtantne Angeli , Quænam ſit eorum natura, ſintne corporei & mobiles, Quas cauſas cum ipſi tum eorum attributa habeant. Quas quæſtiones , ſi de re integra tractationem inſtituere voluerimus, vt de Chriſto, de prouidentia, de iuſtificatione ; proponemus, & confirmabimus omnes. Actionis vero genera ſunt duo , officium, vt, An defendenda ſit Eccleſiaſtica immunitas : & motus animi , gignendus, vel ſedandus, planeue tollendus; vt, An ſit Deus timendus, An moderata iracundia ſit vtilis , An minime timendi propter Deum tyranni.

c Præ-

Digitized by Google

c Præterea quæſtionum aliæ ſunt coniecturales: vt, Sitne, fuerit, 7
futurumue ſit aliquid, vndenam ortum habuerit. Aliæ definitiuæ: vt, An vita beata, ſit, ſecretis omnibus malis, cumulata bonorum complexio; An idem ſit deſiderium, & amor. Aliæ qualitatis ſiue accidentis: vt, An diuitiæ ſaluti officiant, An appetenda ſit virtus; An ſole beatorum corpora lucentiora erunt.

c Quæſtiones coniecturæ, definitionis, qualitatis.

d Quæſtionum denique (vt ceteras minus neceſſarias diuiſiones 8
prætercam) aliæ ſunt infinitæ ſiue vniuerſales; id eſt, nullus locorum, temporum, perſonarum, cauſæ ſiue finis, modorum, actionum, negotiorum, &c. circumſtantijs limitatæ; & Theſes, ac Propoſita etiam dicuntur; ad quod genus referendæ ſunt quæſtiones, quæ doctrinæ tantum, & cognitionis gratia proponuntur: vt, An ſit amicitia virtus. Aliæ ſunt finitæ & particulares; conſtrictæ videlicet vel omnibus, vel pleriſque, vel aliqua circumſtántiarum; & appellantur Hypotheſes, cauſæ, controuerſiæ; quod genus actuoſis quæſtionibus maxime ſeruit: vt, vtrum conciliandæ ſint hac tempeſtate inter adoleſcentulos amicitiæ.

d Quæſtio infinita, & finita.

e Finitarum porro quæſtionum tria ſunt ciuilibus Oratoribus ge- 9
nera, ex quibus tria genera Orationum exiſtunt: demonſtratiuum ſiue exornatiuum; in quo laudatur, aut vituperatur, & reductiue narratur, agúntur gratiæ, & gratulationes: deliberatiuum ſeu ſuaſorium; in quo ſuadetur, aut diſuadetur, & reductiue inſtituitur: iudiciale; in quo accuſatur, vel defenditur. Quorum trium generum, concionatori Chriſtiano, iudicialis rariſsimus, demonſtratiui non infrequens, deliberatiui frequentiſsimus eſt vſus.

e Quæſtio demonſtratiua, deliberatiua, iudicialis.

f Iam 4 vero hæc tria genera, tum inter ſe miſcentur, & aliud alio 10
aliquid participat; vt cumque integra vnius generis denominatio, ob finem præcipuum, & præualentem eius copiam, ſeruetur, vt verbi gratia, cum laudamus aut vituperamus, hortamur etiam & ſuademus ad ſequelam vel fugam: cum ſuademus vel diſſuademus aliquid, commendamus quoque aut vituperamus illud: cum accuſamus aut defendimus, vituperamus pariter aut exornamus, iudicibuſque etiam ſuademus aut diſſuademus. Tum vero etiam conficiunt quædam genera: quæ cum multum ex vno, multum ex alio participent, Miſta, proprie dici poſſunt. Quemadmodum ſunt ad rem noſtram reprehenſiuum, & funebre genera, commiſta ex ſuaſorio & exornatiuo.

4 *Lege inf. ſect. 2. cap. 13. num. 163.*

f Quæſtio miſta.

g Denique apud SS. Patres alia tria quæſtionum, ſiue concionum 11
genera eſt inuenire, enarratiuum, informatiuum, & miſtum. Primum genus, ad docendum tantum comparatum, S. Scripturam ordine pro concione exponit: & ſingulas ſententias diligenter explanat; affectus non niſi obiter, ac breuiter admiſcens: cuiuſmodi ſunt Baſilij, & Ambroſij tractatus in Hexameron, Chryſoſtomi in Geneſim, Auguſtini

g Quæſtionum ſiue concionum genera enarratiuum informatiuũ, & miſtũ.

Digitized by Google

in Ioannem. Alterum genus, totum eſt in locis communibus virtutum, vitiorum, officiorum, encomiorum tractandis, informandis moribus,& affectibus potiſsimum concitandis: quales ſunt Baſilij ſermones diuerſorum argumẽtorum, Chryſoſtomi ad populum, Theodoreti de prouidentia, plerique ſermones Auguſtini, Bernardi, & aliorum. Tertium genus, partim ſcripturas explanat, partim ad mores ædificandos digreditur: quod vſurpatum habes à Chryſoſtomo in Epiſtolas Pauli, in Matthæum, in Ioannem, in Acta; à Bernardo in Cantica, ab Auguſtino in Pſalmos, præſertim à trigeſimo deinceps; & ab alijs nonnullis. Ex his generibus, primum ad infinitam, alterum ad finitam, tertium ad miſtam ex his quæſtionem referri poteſt.

CAPVT II.

Quæſtionum Promptuarium, & Delectus.

12 *a* Quæſtiones concionatoriæ ex S. Scriptura vt plurimũ deſumendæ.

PRomptuarium, *a* ex quo prædictas quæſtiones, & materias depromet Eccleſiaſtes, eſt vna fere S. Scriptura: in qua Philoſophia Chriſtiana vniuerſa continetur. Iam enim vſus obtinuit, ad imitationem 1 Chriſti Domini; qui in Synagoga lecto ex Iſaiæ libro loco 2 illo. *Spiritus Domini ſuper me, &c.* mox plicato volumine, ſuper eo pro concione diſſeruit: vt quæſtio ſiue materia concionis, ſcripturæ ipſius verbis proferatur. vt exempli gratia, ſi miſericordiam perſuadere velimus, ſic proponamus: 3 *Eſtote miſericordes, ſicut & Pater veſter miſericors eſt:* ſi de S. Baptiſta dicere, ita auſpicemur: 4 *Iſte puer, magnus coram Domino.* Quamquam, ſi verba thematis non continent expreſſe quæſtionem quam volumus eſſe ſcopum concionis; aut non ſolam illam, ſed aliquid aliud: tunc in exordij docilitate quæſtionem ſiue propoſitum ex iiſdem thematis verbis deductum proferemus. Nam in Scripturæ verbis, quæ tractanda proponuntur aliquando vna dumtaxat quæſtio, aliquando multiplex; interdum quæſtio, cum ratione, vel rationibus illam confirmantibus, &c. continentur, vt: 5 *Diligite inimicos veſtros:* 6 *Qui ſe exaltat humiliabitur: & qui ſe humiliat exaltabitur:* 7 *Credite in lucem, vt filij lucis ſitis:* 8 *Nolite ſolliciti eſſe, Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur; hæc enim omnia Gentes inquirunt; ſcit Pater veſter quia his omnibus indigetis: reſpicite volatilia cœli, &c.*

1 *Luc. 4.* 2 *Iſa. 61.* 3 *Luc. 6.* 4 *Luc. 1.* 5 *Matth. 5.* 6 *Mat. 23. Luc. 14.* 7 *Ioan. 12.* 8 *Luc. 12.*

13 *b* Variæ Euangelicarũ quæſtionũ formæ pro concionib. antemeridianis.

Et quidem matutina concio thema ſuum atque propoſitum deſumere conſueuit ex Euangelio illo, quod in Miſſa recitatur. *b* Cuius pertractandi pro concione, modi, & materiæ variæ ſunt. Alias enim (quod grauiſsimum, & commodiſsimum eſt) de quapiam vna re, quę ſcopus, & finis Euangelij ſit, inſtituitur quæſtio ſiue propoſitio: quæ deinde tractetur per varia argumenta, de quibus 9 iam iam dicetur: per illa præſertim, quæ ex ipſis Euangelij partibus deſumuntur. Idem fere eſt, cum

9 *Sect. ſeq. an. 22.*

eſt, cum tota hiſtoria Euangelica, vel maior pars ad vnam aliquam ipſiuſmet Euangelij ſententiam reuocatur. Alias, poteſt vna quæpiam ſententia, relictis alijs, ex contextu eligi: vt in tota concione expendatur. Ex quo hoc accidet commodi: quod ex vno Euangelio plures & variæ poſſunt exiſtere conciones. Alias, tota ſeries Euangelica breui poteſt explicatione percurri; tum deligi locus aliquis maioris ponderis ac vtilitatis, in quo immoretur Oratio. Aut parapraſtice & per modum homiliæ totum Euangelium, totam per partes Orationem occupet; adhibitis ſubinde in ſingulis partibus, modicis exhortationibus & amplificationibus quemadmodum non Pauci SS. Patrum conſueuere. Alias, Euangelium in aliquot membra & ſi varia, ac diſparata, diſtribuitur; quæ per ſe ſingula conſiderentur. Alias, plures Euangelij perſonæ plures & varias materias vni concioni ſumminiſtrant. Alias, vnius ſententiæ Euangelicæ plures partes, pluresitem quæſtiones effundunt. Immo vero ſola vna vox Euangelij, quæ in S. Scriptura varias acceptationes, ac ſignificationes habeat, vberem concioni materiam ſuppeditat. Alias denique, locus aliquis Euangelicus ſecundum diuerſas Patrum expoſitiones plura & varia capita differenda præſtabit.

c In Parabolis vero, primum oportet Parabolæ ſcopum indagare: tum vero ex Symbolica Theologia philoſophari; & Parabolæ ſimilitdurines ſignificatis per illam rebus applicare. In Parabolis enim, Quæſtio Concionis videtur eſſe iſta: Quod hoc ſit illud, vel illi ſimile. 14

c Parabolarum Euangelicarũ tractatio, & quęſtio.

10 Lege Paul. Areſ. lib. 1.

10 Ex his tam variis Euangelij tractandi rationibus variæ Concionum formæ, ac methodi, & materiæ, ſiue (vt abuſiue appellant) inuentiones exiſtunt: quas acre iudicium, pro ratione Euangeliorum, rerum, temporum, Auditorum, & ceterarum circumſtantiarum variabit, intelligens, hoc ſolum in hac diſciplina perpetuum eſſe, quod nihil perpetuo fieri debeat. 15

d In pomeridianis vero cœtibus, ex inſtitutione ſua, non Oratio, ſiue Concio, ſed ſacra lectio haberi debet; qua, ex commendatione Sacroſancti 11 Concilij Tridentini S. Scriptura populo explicetur. Atque ideo quemadmodum in matutinis Concionibus motus per ſe, & doctrina propter motum; ita in iſtis per ſe doctrina, motus per accidens intenditur. *e* Aequum igitur eſſet, vt munus hoc viri grauiores, & in ſacris litteris verſatiores obirent; qui iuxta primum aut magis iuxta tertium concionum genus, à SS. Patribus vſurpatum, & à nobis ſuperiori capite relatum, librum aliquem Scripturæ S. per plures lectiones enarrent, literalem primum ſiue hiſtoricum ſenſum explicando; tum allegoricum, ananogicũ & maxime moralem ſenſus, cum ſunt eruendo; breuibus interim exhortationib. aut inſtructionib. appoſite, & ad 16

d Pomeridianæ & antemeridianæ concionis differentia.

e Sacrarum in templo lectionum vetus vſus.

11 Conc. Tri. Seſſ. 5. decr. de refor. Lege Iul. Max. ſer. 49. in ſer. Dom.

Digitized by Google

rem intermiſtis. Quo in munere, quod attinet ad expoſitionem Scripturæ; ſupellectilem, & præcepta ex illius artis profeſſoribus petat: quod autem ad exhortandum ſpectat, regendum eſt arte dicendi, quam nunc tradimus. *f* Verum enimuero ſiue ob penuriam idoneorum lectorum, ſiue quo alio caſu, ad declamationem redacta res eſt; & prouinciam hanc magis vmbratilem concionatores quoque occupauere: qui eam declamatorijs legibus, pariter vt ceteras Orationes, regunt; quæſtionem ſiue materiam ex illa vt plurimum Scripturæ parte, quæ legitur in Miſſæ Epiſtolis educentes. Ergo, dum & ante meridianis, & pomeridianis concionibus declamare volunt; eadem vtrobique præcepta obſeruent.

f Earum abuſus.

17 Et quo ad præſens negotium de quæſtionibus duo monemus. *g* Alterum vt ſciat Eccleſiaſtes diligere quæſtiones illas ſiue materias: quæ ſint populo vtiles ac ſalutares, vberes ad argumenta inuenienda, faciles ad eloquendum, ornamentorum capaces, affectuum, motuſque feraces, eductæ ex medulla Euangeliorum & Epiſtolarum Miſſæ; denique facultati ſuæ commenſæ: *Quæque*, vt inquit 12 Seneca, *capiant ingenium, & excitent*, non autem curioſæ, mere ſcholaſticæ, ſteriles, impertinentes, intractabiles, ſupra vires & captum. Atque intelligat, ingenii laudem non eſſe, inuenire materiam ſiue propoſitum, quod nemo alius delibarit: ſed illam potius eſſe laudem, ab alijs tractata, perfectius, copioſius, ac delectabilius probare, expendere, excutere, amplificare, motu impreſſo perſuadere.

g Quæſtiones concionatoriæ ſint populares, vtiles, plauſibiles, &c.

12 *Sen. epiſt. 26. Horat in Arte* " *Sumite materiam, &c.*

18 *h* Vna 13 concione, vnam quæſtionem ſiue propoſitionem vt plurimum probandam ſuſcipiat: quo rem illam verſare eloquentius, confirmare profundius, ardentius commendare intra vnius horæ fines poſsit. *i* Quod ſi aliquando plures in vna Oratione quæſtiones tractare velit, præſertim ſi contineantur in aliquo Scripturæ themate, quod aſſumpſit: non ſint eæ plane diſparatæ; ſed habeant vnitatem aliquam & ſint quaſi membra corporis vnius, vt in his verbis: 14 *Quod autem in terram bonam, hi ſunt; qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia*: tria de ſemente verbi Dei probare poſſumus; illud purgato à peccatis animo, pieque affecto atque diſpoſito eſſe audiendum; iugi meditatione confouendum; ad praxim deniq; operaq; deducendum.

h Vna vt plurimum vni concioni quæſtio ſatis.
i Quod ſi plures fuerint, non ſint diſparatæ.

13 *Lo. Quintil. li. 10. c. 4.*

14 *Luc. 8.*

19 *k* Alterum, quod monemus Eccleſiaſten, eſt; vt, ſi hypotheſin tractat, demptis circumſtantijs determinantibus, extrahat illam ad theſim; quæſtio enim infinita 15 pars quædam definitæ eſſe videtur: quæ vbi ſic vniuerſaliter pertractata fuerit, ad ſuas mox circumſtantias deuoluatur. In hoc enim latiorem rerum campum, ad ſpatiandum Orator habebit: Et facilius Orationem ordinabit, eam tractando ad modum cuiuſdã ſyllogiſmi, in quo maioris propoſitionis inſtar ſit theſis.

k Finita quæſtio ad infinitam extrahenda.

15 *Athenæus apud Quint. li. 3. c. 4. & li. 7. cap. 1. ante medium.*

Exempli

Digitized by Google

Exempli gratia ſi ſupernaturalem hominis felicitatem cõmendare velit; agat primum de felicitate omnium rerum in communi, tum de felicitate hominis naturali, ad extremum quæ ſupernaturalis beatitudinis propria ſunt perſequatur.

l Sin autem quæſtionem aliquam infinitam ſiue theſim proponat: 20
meminerit è conuerſo pertractatum propoſitum ad circumſtantias fructumq; Auditorum quibus dicit, hoc eſt, ad hypotheſim reſtringere. Morales enim quæſtiones ſiue ſermones, ex 16 Philoſophi ſententia, quo magis ad particularia deſcendunt, eo ſunt vtiliores: illique olim Oratores regnare in iudicijs, & in concionibus dominari dicebantur, qui res in vniuerſum tractatas, recte ſcirent ad ſingulares & humanas, quæ vſuueniunt, rationes transferre atque accommodare.

l Infinita quæſtio ad finitam deprimenda.

16 Ariſt. eth.

m Non igitur quæſtiones illæ tractandæ ſunt in concione, quæ ſiſtunt in vniuerſali, aut ſolam cognitionem ſpectant; nullo modo ad particularia atque actionem vergentes. Quæ cauſa fuit, cur in 17 recenſendis quæſtionum concionumue generibus, didaſcalicum ſiue doctrinale prætermiſerimus: *n* reducentes illud ad primum genus eorum, quæ SS. Patres vſurparunt; quod magis pertinere videtur ad ſacrum Lectorem, Scripturæ ad populum explicatorem. Itaque ſi agat verbi gratia Eccleſiaſtes de prouidentia Dei erga res creatas; deſcendat ad particularem hominum, Chriſtianorum, iuſtorum, prouinciæ, vrbis alicuius prouidentiam. Si de Chriſti incarnatione: deflectat inde ad commendandum hominibus tantum beneficium; gratam illorum voluntatem in Deum, amorem, obſequiumque eliciens. Si de Trinitatis myſterio: admirationem, timorem, reuerentiam, ſubiectionem ad tantum Deum Auditoribus inducat. Si de vitijs ac virtutibus; deſcendat ad praxim: accommodet tractationem ad ea, quæ vſuuenire, quæque opus eſſe talibus Auditoribus viderit: tradat præcepta & media practica vt fecit S. 18 Chryſoſtomus; qui aduerſus iurandi conſuetudinem inuehens, ad extremum inquit: *Vis diſcere, quomodo vitium ſuperari poßit? quomodo ab improba conſuetudine liberari? Ego te docebo quemdam modum; quem ſi tenueris, ſuperabis omnino. Cum videris te ipſum vel alium quemquam ſeruorum, aut filiorum, vel vxorem hoc malo captos, & continue commonefactos atque correctos; iube impranſos cubare. Et hanc tam tibi, quam illis damnationem impone; damnationem, non damnum, ſed lucrum afferentem, & celerrimam correctionem. Lingua enim continue tribulata, vel nemine commonente, ſufficientem capit admonitionem, à ſiti compreſſa, à fame anguſtiata. nam, etſi omnium eſſemus ſtolidißimi, toto die huius tormenti magnitudine commoniti, alterius conſilij & admonitionis non indigebimus. Laudaſtis dictum?* (annuerant enim & applauſerant Auditores) *verum & factis laudem demonſtrare.* Hæc Chryſoſtomus, & alia non pauca ad hanc materiam practica atque vtilia.

21
m Quæſtiones mere Scholaſticæ concionatoriæ non ſunt.
n Doctrinale concionum genus quo reducitur.

17 Cap. ſuper. nu. 11.

18 Chryſoſt. hom. 5. ad pop.

SECTIO II.

De inuentione ad faciendam fidem.

22 QVæſtione ſic inuenta, & ſelecta, nec non, & accepta propoſitaque illa eius parte quam vult conficere; eccleſiaſtes officij ſui partes alias præſtare pergat, inuentionem vlterius proſequendo: vt ſcilicet excogitet, quid circa materiam, ſeu quæſtionem, ſiue propoſitionem illam dicat. Nimirum duo inuenire debet, quibus perſuaſio, Oratorum finis, perficitur; quemadmodum videlicet quæſtionem confirmet, fidemque illius Auditorum intellectibus faciat: deinde vero, vbi fides facta eſt, quemadmodum expugnata voluntate moueat Auditores, quoq; vult, impellat. Hæc ſectio fidei, altera motus inuentionem docebit.

CAPVT I.

Argumenta: Genera, Numerus, ſeries locorum Dialecticorum ſiue communium.

23 FIdes fit Argumentis. *a* Argumenta ſunt demonſtratiua quædam aut probabilia inuenta, ſeu rationes veræ aut veriſimiles (medios terminos Logici vocant:) quæ rei dubiæ faciant fidem. Siquidem ex Argumento, ſimul cum prædicato vel ſubiecto quæſtionis conficitur ſecundum regulas logicas quædam propoſitio, quæ adhiberi poteſt ad aliam probandam, nempe illam cuius dubia eſt veritas, & Quæſtio nuncupatur. Quamquam argumenti nomine interdum, non ſolum terminus ille & ratio, verum etiam tota ipſa propoſitio probans: imo adeo totum ipſum antecedens argumentationis venit. *b* Ex quibus liquido patet, argumenta, quæſtioni lumen probabilitatis afferant, eſſe debere per ſe nota, vel quæſtione ſaltem probabiliora, & notiora.

a Argumẽtum, quid ſit.

b Argumẽta probabiliora & notiora quæſtione.

c Hæc porro Argumenta ex quibuſdam veluti ſedibus, receptaculis, latebriſue, in quibus quaſi abdita eſſe videntur, eruuntur: quæ Rhetores, cum agunt de inuentione, & Dialectici in topicis locos appellant; vel cum addito, locos communes illi, iſti dialecticos.

c Loci, argumentorũ ſedes.

24 *d* Locorum duplex eſt genus. Alterum eorum, qui & remoti à rebus, & aſſumpti extrinſecus, & artis, id eſt, artificioſæ inuentionis expertes dicuntur: propterea quod non ſuggerant argumenta in rebus ipſis inſita; quæ adeo ſemper & certa ratione, arte atque ingenio excogitari

d Loci duplices, inſiti, & remoti.

Digitized by Google

cogitari poſsint: ſed aſſumpta aliunde; quamuis cum aſſumpta ſunt, non ſine arte tractentur. Vt ſunt loci Autoritatis. Alterum genus eſt locorum artificiorum, atq; in ipſa re & quæſtione inſitorum: Ex quibus Oratores arte, via, ingenio argumenta inueniunt: & inuenta, ſimiliter cum arte pertractant.

1 Cic. in top.
2 Ariſt. 2. top.

e Locorum primus inuentor Ariſtoteles.

e Iam vero numerum, ſeriemque locorum primus omnium, teſte 25
1 Cicerone excogitauit, tradiditque 2 Ariſtoteles. Quam qui deinde ſecuti ſunt, aditu iam facto, amplificarunt, & varia diuiſione partiti ſunt: Hermogenes, Cicero, Boetius, Agricola, &c. Quarum partitionum nonnullas hic afferemus.

3 Ludouic. Gram. lib. 2. de ration. conc. cap. 5.

f Variæ locorum partitiones ac ſeries.

f Quidam 3 igitur hac methodo philoſophantur: Neceſſe eſt, 26
inquiunt, vt omnia, quæ rem probant, vel improbant, ipſi rei aliqua ratione vel conueniant, vel aduerſentur: contrariorum ſiquidem eadem eſt diſciplina. Rebus autem, quædam natura inſunt ſiue conueniunt: quædam extrinſecus. Natura conueniunt, genus, ſpecies, differentia, definitio, propria, accidentia, partes, totum, cauſæ, effectus. Ex quibus, ante rem ponuntur genus, totum, partes, cauſæ: Poſt rem, effectus, proprietates, accidentia: à rei latere, differentia, definitio. Et quidem propria, & accidentia nonnulli Adiuncta, alij Adiacentia vocant: & iuxta tria tempora, partiuntur in antecedentia, comitantia, & ſubſequentia rem. Quorum adiunctorum, quædam neceſſario, quædam non neceſſario rebus cohærent: hæc poſteriora dialectici communiter, Accidentia nominant; priora Proprietates. Iam rebus extrinſecus conueniunt, ſimilia, maiora, minora, paria, exempla, teſtimonia, & oracula de rebus prolata. Deniq; rebus aduerſantur, diſsimilia, oppoſita, repugnantia. Atq; habes hac ratione locos numero duos & viginti.

4 Anton. Ruuis in ſcholiis ex libris topic.

Alij 4 vero ſic diuidunt: Locus, aut eſt extrinſecus, aut intrin- 27
ſecus rei. Intrinſecus, aut eſt pertinentium ad ſubſtantiam rei, aut ſubſtantiam comitantium. Pertinent ad ſubſtantiam, definitio, genus, differentia, partes: ſubſtantiam comitantur, totum (quod ideo ſubſtantiam rei comitari dicitur, quia includit eius partes) deſcriptio, proprium, accidens, ſubiectum inhæſionis accidentis, extrinſecus locus, qui nec eſt in ipſa re, nec ab ea procedit, ſed ex aliquo extrinſeco deſumitur, duplex item eſt: alter, qui cum re affinitatem habet, vt coniugata, ſimilia, cauſæ extrinſecæ, effectus extrinſecus, maius, minus, autoritas diuina vel humana: alter, qui cum re repugnantiam aliquam habet, vt contraria, diſparata, diſsimilia. Quæ omnia numerum efficiunt viginti locorum.

5 Fonſ. lib. 7. inſt.

Denique (vt ceteros omittam) 5 Petrus Fonſeca, qui in aureæ dia- 28
lecticæ inſtitutionis libro ſeptimo omnium doctiſsime ac luculentiſſime locorum doctrinam eſt perſecutus, quem nos ideo ante ſignanum

num in hac parte ſequi volumus; diſtinguit, 6 Ariſtotelem ſecutus, locorum duo genera: alterum, quod Maxima: alterum, quod Differentia maximæ nuncupatur. *6 Ariſt. in libris top.*

29 *g* Quid ſit locus appellatus Maxima.

g Locus dictus Maxima, eſt propoſitio per ſe nota (per ſe notam hic latiori vſu intelligimus propoſitionem, ſeu neceſſariam, ſiue probabilem; quæ ſine alia confirmatione, cognitis tantum terminis approbatur) fidem, quam ipſa indubitatam habet, alijs propoſitionibus argumentum continentibus ſumminiſtrans: ſeu, eſt quoddam veluti pronunciatum, methodus, vſus, probandi ratio; vnde argumentum vim ſuam accipit ad probandam queſtionem. Huiuſmodi autem propoſitiones, idcirco Maximæ dicuntur, & loci ſunt: propterea quod quælibet plurimas alias maximas ſiue propoſitiones contractas ad res particulares complectitur, vt iuſta maxima: *Cui non conuenit definitio, nec conuenit definitum*, iſtas ſub ſe particulares habet: *Cui non conuenit definitio Sapientis, nec eſſe Sapientis conuenit: Cui non conuenit iuſti definitio, nec iuſti nomen conueniet, &c.* & iſta alia: *Quod plurimi ſeu maxima pars eorum, qui in aliqua arte verſati ſunt, affirmat; id verum eſt*, has ſub ſe cohibet propoſitiones & particulares maximas: *Quod Eccleſia, aut maxima pars SS. Patrum ait eſſe S. Scripturæ ſenſum, is eſt ſenſus ipſius: Quod omnes fere boni Religioſi ad perfectionem maxime conducere dicunt, id ſine dubio maxime conducit ad perfectionem.* Iam vero, vt argumenta, ita & maximæ, ducuntur, vt videbimus, à loco, qui dicitur Differentia maximæ, & ſimpliciter locus appellatur: de quo mox dicemus.

30 *h* Vis Maximarum.

h Interim, 7 vt perſpicias, quonam pacto maxima vim conferat argumento, ſit Exemplum hæc ratiocinatio: Cui non compétit iuſti definitio (quæ eſt, reddere, vel relinquere vnicuique quod ſuum eſt) illi non competit eſſe iuſtum: at raptori (qui alienum aufert) iuſti definitio non competit: raptor igitur, iuſtus non erit. Syllogiſmus iſte, & eius argumentum, ſeu medius terminus, quod eſt: *Iuſti definitio*, vim omnem probandi accipiunt à maxima & pronunciatio illo: *Cui non conuenit definitio, illi nec definitum conueniet.* Denique locorum maximas luculentiſsime tradit 8 Ariſtoteles in top. libris, & nos in ſingulorum explicatione locorum afferemus. *7 Lege inf. cap. 10. num. 114.* *8 Ariſt. in libris top.*

31 *i* Locus Differentia maximæ, quid eſt.

i Locus, qui dicitur Differentia maximæ, eſt receptaculum plurium maximarum, & argumentorum; vt locus Definitionis, locus Autoritatis, &c. Dicuntur autem hi loci Differentiæ maximarum: non quia ſingulas maximas diſtinguant (nam plures, vt diximus, vnus locus complectitur:) ſed quia diuerſis maximarum claſsibus diuerſam tribuant appellationem, ita dicuntur, maximæ à definitione, maximæ ab autoritate, &c.

k Modus appellandi locos.

k Quod attinet ad modum loquendi, maxima, & argumentum dicuntur quidem, à definitione, ab autoritate: at locus Differentia maximæ, ab autoritate, à definitione non dicitur;

Digitized by Google

tur; ſed definitionis, ſed autoritatis; vel, qui eſt definitio, qui eſt autoritas, tamquam qui ſint receptacula & ſedes, vnde argumenta, eorumque maximæ eruantur.

Horum ergo poſteriorum locorum, qui natura priores, communiores, pauciores & ſimpliciter loci merito habentur; *l* duo ſunt genera, vt 2 ſub initium capitis oſtenſum eſt: Alij enim ſunt artificioſi, & inſiti, ſeu continent argumenta artificioſa & reb. inſita: alij inartificioſi ſiue remoti. Prioris generis viginti loci ſunt, poſterioris duo, quos omnes ex argumentis ipſis facile colliges. Nam argumenta artificioſa & inſita, aut ſignificant id ipſum ſeu rem ipſam ex qua deſumuntur: atque hæc ſunt definitiones, deſcriptiones, narrationes, ſeu vocabulorum interpretationes. Aut ad rem ſunt aliquo modo affecta; id eſt, illam certa aliqua ratione reſpiciunt. Hæc porro, vel rei coniuncta ſunt; vel diſiuncta. Et coniuncta quidem, alia ſunt connexa, id eſt, quæ vel ex re neceſſario pendent, vel res ex ipſis: vt coniugata, partes, totum, cauſæ, effecta, antecedentia, conſequentia, alia ſunt circumſtantia, quæ ita coniuncta rei ſunt, vt cum illa non neceſſario cohæreant: & diuiduntur in præcurrentia, comitantia, ſubſequentia rem. Diſiunctorum vero abs re, alia ſunt rei conſentanea: vt ſimilia, maiora, minora, paria, alia diſſentanea: vt diſsimilia, oppoſita, & alio quouis modo repugnantia. In differentia, ſeu quæ nec conſentanea ſunt, nec diſſentanea, vt paupertas ad ſuperbiam, diuitiæ ad ſcientiam, quia non ſunt ad probandum apta, inter locos haud numerantur. Atque hæc de artificioſis inſitiſque argumentis. Artis vero expertia, ſiue aſſumpta aut remota, duo ſunt, autoritas diuina, & autoritas humana. Quorum duum & viginti locorum (ad quos facile eſt reuocare, quicunque alij vel nobis ſuccurrerint, vel alij excogitauerint: vt locum differentiæ, ad locum definitionis, & cauſarum: proprietatis ad locum deſcriptionis, & effectorum; accidentia communia, ad locum circumſtantium & cauſæ formalis, &c.) ſeriem ſubiecti indices explicabunt.

38 *l* Plana locorum partitio.

4 nu. 24.

E *Argu-*

33 m Triplex locorum ſyllabus.

m *Argumenta*
- *Artificioſa*
  - *Quæ ſignificant rem, ex qua deſumuntur*
    - *Definitiones.*
    - *Deſcriptiones.*
    - *Notationes.*
  - *Quæ ſignificant affecta aliquo modo ad rẽ ex qua deſumuntur.*
    - *Coniuncta*
      - *Connexa*
        - *Coniugata.*
        - *Partes.*
        - *Tota.*
        - *Cauſæ.*
        - *Effecta.*
        - *Antecedentia.*
        - *Conſequentia.*
      - *Circumſtãtia*
        - *Præcurrentia.*
        - *Comitantia.*
        - *Subſequentia.*
    - *Diſiuncta*
      - *Conſentanea*
        - *Similia.*
        - *Maiora.*
        - *Minora.*
        - *Paria.*
      - *Diſſentanea*
        - *Diſſimilia.*
        - *Oppoſita.*
        - *Repugnantia.*
- *Artis expertia*
  - *Autoritas diuina.*
  - *Autoritas humana.*

Et hæ-

Et breuius. 34

- *Locus*
  - *Artificioſus*
    - *Rei ipſius: ex qua deſumitur argumentum*
      - *Definitionis.*
      - *Deſcriptionis.*
      - *Notationis.*
    - *Eorum, quæ rei coniuncta ſunt: ex quibus ſunt argumenta.*
      - *Coniugatorum.*
      - *Partium.*
      - *Totius.*
      - *Cauſarum.*
      - *Effectorum.*
      - *Antecedentium.*
      - *Conſequentium.*
      - *Præcurrentium.*
      - *Comitantium.*
      - *Subſequentium.*
    - *Eorum, quæ abs re diſiuncta ſunt: vnde exiſtunt argumenta.*
      - *Similium.*
      - *Maiorum.*
      - *Minorum.*
      - *Parium.*
      - *Diſſimilium.*
      - *Oppoſitorum.*
      - *Repugnantium.*
  - *Artis expers*
    - *Autoritatis diuinæ.*
    - *Autoritatis humanæ.*

Breuius adhuc, & planius 35

Loci inſiti.

- *Rei ipſius,*
  - *Definitio.*
  - *Deſcriptio.*
  - *Notatio.*
- *Coniunctorũ cum re,*
  - *Coniugata.*
  - *Partes.*
  - *Tota.*
  - *Cauſa.*
  - *Effecta.*
  - *Antecedentia.*
  - *Conſequentia.*
  - *Circumſtantia*
    - *Præcurrentia.*
    - *Comitantia.*
    - *Subſequentia.*

Disiunctorum abs re, { *Similia* / *Comparatio* { *Maiorum.* / *Parium.* / *Minorum.* } / *Diſsimilia* / *Oppoſita* / *Repugnantia* }

Loci remoti.

Autoritas { *Diuina.* / *Humana.* }

n Studium locorum vnice commendatur.

36 Sed iam ſingulorum locorum explicationem, vbertatem, & vſum aperiamus. *n* Quod ſi dialectice aliquantulum, exquiſiteque fecerimus; miretur nemo, vt enim omittam, quod logicæ intelligentibus iſta ſcribimus: Oratoriæ certe pars hæc topica ad penetrandos inuentionis theſauros ſumme neceſſaria, totiuſque benedicendi artis fundamentum; tota eſt dialectica. Quam niſi quis ſemel tamquam confertam aciem perruperit, & ſumma ſpeculatione, multaq; exemplorum praxi ita fuerit aſſecutus, vt vſum eius facillimum maximeq; familiarem ſibi reddat: 10 fruſtra ad ceteras Rhetoricæ partes quæ omnes in hac vna nituntur progrediatur. Iam vero exempla, quæ nos hic proferimus, & pauca ſunt, & fere ad Dialecticorum laconiſmum exacta.

10 Lege inf. cap. 11. num. 124.

o Topicæ addiſcendæ ratio.

o Pauca quidem: tum quia dilucidi quidem eſſe, ſed in ſumma tamen breuitate inſtituimus: tum quia, ex veriſsima 11 Cornificij ſententia, præceptoris tantum eſt, docere quemadmodum quæri quidque conueniat: aut vnum aliquod, aut alterum non omnia quæ eius generis erunt, exempli cauſa ſubiicere, quo res poſsit eſſe dilucida, ſed eius, qui diſcit, erit, alia eiuſmodi quamplurima propria ingenio excogitare, atque in autoribus deprehendere. Laconice vero ac preſſe, non autem explicate, & phalerata quadam eloquentia producta: quia non eſt hic locus tractandi & conueſtiendi argumenta, ſed nudam tantum eorum vim, quam ad confirmandum habent, oſtendendi; quæ, vt paucisſimis coarctatur, ita ſentitur acerrime: *p* Ad ſummam, in omni arte deuoranda ſunt initia: amœnitates in penitioribus expectandæ.

11 Aut. ad Herenn.

p Artis initia deuoranda.

CAPVT II.

Loci Definitionis, Deſcriptionis, Notationis.

a Quid ſit definitio, & quotuplex.

37 PRimum 1 omnium, quærenda eſt in quæſtione, ad ipſam probandam, definitio terminorum eius, nimirum, aut ſubiecti aut prædicati, aut vtriuſque. *a* Definitio vero, eſt oratio id quod res eſt, ſeu naturam

1 Ariſtot. 2. top. 2. loc. 3.

Digitized by Google

turam rei explicans, ſiue proprie, ſiue metaphorice. Conſtat autem, vel genere proximo (quod iam in ſe continet alia ſuperiora genera) & differentia: vt, Homo eſt animal rationis particeps, vel conſtat materia, & forma; vt, Homo eſt corpus animo rationali informatum, quod ſi cauſas quoq; extrinſecas efficientem, & finalem addideris, dicens, A Deo conditum ad æternam felicitatem: maxime perfectam definitionem feceris.

b Iam modus inueſtigandæ definitionis, aut deſcriptionis rerum (par quippe in hoc eſt vtriuſque ratio) hic eſt: vt inquiramus primum generales rationes, in quibus cum ceteris rebus res definienda conueniat: tum autem particulares, in quibus ab omnibus alijs tandem diſtinguantur. Quemadmodum apparet in hac definitione ſiue deſcriptione: Cœnobium eſt, hominum multitudo è ſæculo collecta; &, omnibus temporalibus bonis ad vacandum Deo per tria vota remiſſo nuncio, conſenſu legum, & vitæ, in aliqua vna domo coniuncta, vel breuius: Cœnobium eſt, hominum religioſorum multitudo, conſenſu legum & vitæ in aliqua vna domo coniuncta. Quæ omnia, & his ſimilia, enucleatius videre eſt apud germanam Rhetoricæ Dialecticam. 38

b Ratio cōficiendarū definitionū & deſcriptionum.

c Quoniam igitur quæſtionem, vt dicere cœperamus, confirmare poſſumus aut ſubiecti aut prædicati aut vtriuſque definitione: hinc loci huius ſex maximæ ſiue communia pronunciata, tamquam Lydij lapides, ad particularium materiarum Syllogiſmos conficiendos exiſtunt: duo ex definitione ſubiecti, duo ex prædicati, & duo ex vtriuſque definitione. Et quidem definitione ſubiecti, hæc ſunt: *d Quidquid conuenit definitioni, conuenit definito: Quod non conuenit definitioni, nec conuenit definito.* Priori maxima, mentalem orationem, exempli gratia, iucundam eſſe, confirmabis in hunc modum: eleuatio mentis in Deum iucunda eſt; iucunda igitur eſt oratio mentalis. Poſteriori vero, contra probabis, hypocriſim non eſſe vtilem Chriſtiano: Simulatio ſanctitatis vtilis non eſt; nec igitur hypocriſis. 39

c Sex maximæ ſiue pronunciata à definitione.

d Duo, à definitione ſubiecti.

e Ex definitione vero prædicati hæc altera duo pronunciata exiſtunt: *Cui tribuitur definitio, tribuitur definitum: Cui non definitio, nec definitum tribuitur.* Sit in iiſdem rebus exemplum: Mentalis oratio, eſt animum exhilarans: iucunda igitur. Ad ſolidum aliquod bonum comparandum hypocriſis non refertur: ergo vtilis non eſt. 40

e Duo à definitione prædicati.

f Denique ex definitione vtriuſque ſunt iſtæ maximæ: *Si definitio definitioni conuenit, & definitum definito conueniet: Si non conuenit definitio definitioni, nec definitum conueniet definito.* Vt eleuationi mentis in Deum competit animum exhilarare: igitur orationi mentali competit eſſe iucundam. Referri ad ſolidum aliquod bonum, non tribuitur fictioni Sanctimoniæ: igitur nec vtilitas hypocriſi tribuenda eſt. 41

f Duo ex definitione vtriuſque.

Digitized by Google

42 Vis harũ maximarũ, vnde? *g* Sex prædictæ maximæ oriuntur omnes, & vim habent, ex reſpectu, quem definitio habet ad definitum: vt ſint omninò idem: quare eadem vtrique conueniant, aut non conueniant.

43 *h* SS. Patrũ varia exempla. *h* Itaque ex definitione ſubiecti D. 2 Iacobus, quia vita noſtra ſit vapor ad modicum parens, probat non eſſe tot negotijs, mercaturis, curiſque ſæcularibus implicandam. 3 S. Chryſoſtomus: *Vere lugendi domus*, inquit, *eſt monaſterium: ergo in eo neque riſus, neque ſæcularium eſt turbela negotiorum; ſed cinis, & ſaccus, & ſolitudo.* 4 S. Leo ex definitione Proximi, quod nimirum ſit ille, cum quo nobis ſit natura communis: oſtendit, inimicum eſſe adhuc Proximum, & conſequenter eſſe diligendum. Ex definitione vero prædicati 5 D. Paulus, quia Chriſto competit definitio Pontificis, quæ eſt, vt ſit quidam ex hominibus aſſumptus, conſtitutus pro hominibus in iis, quæ ſunt ad Deum, vt poſſit intercedere, & offerre dona, & ſacrificia pro peccatis; argumentatur Chriſtum eſſe noſtrum Pontificem. Similiter 6 S. Dauid, eumdem Chriſtum, regem eſſe gloriæ probat: quia Rex gloriæ, ſit Dominus virtutum, fortis, & potens in prælio. 7 Chryſoſtomus, terrenarum rerum affectionem ait eſſe vinculum, quo ligatur animus, ne ad ſuperna euolet: inferes tu igitur, eum qui ſæculi deſideriis captus eſt, omnibus animi facultatibus eſſe obligatum. Idem probat, homini ab initio indidiſſe Deum legem naturalem: quia ingenerauit conſcientiam ſeu boni, & mali ſcientiam, hoc eſt enim, lex naturalis. Idem: *Zelus*, inquit, *venia carens, non zelus, ſed ira eſt; & correctio humanitatem non habens, inuidia quædam eſſe videtur*: infert igitur, eum, qui ſine manſuetudine zelatur, & corrigit, non zelari, & corrigere, ſed iraſci, & inuidere. S. 8 Athanaſius definit ieiunium, eſſe cibum Angelorum: & conſequenter, eo qui vtatur, Angelici ordinis cenſeri debere. 9 S. Gregorius, eum Chriſtianum, qui male viuit, non habere veram fidem, nec eſſe verum fidelem concludit: quia vera fides ſit, quæ in hoc quod verbis dicit, moribus non contradicit; & fidelis, ille, qui quod verbis promittit, operibus complet. Idem pariter non fuiſſe fidem in palpante Thoma confirmat: quia fidem definit 10 Apoſtolus, ſperandarum ſubſtantiam rerum, argumentum non apparentium. S. 11 Damaſcenus, ventrem virginis cœlum eſſe inquit: propterea quod aula fuerit in qua habitauit is, qui nullo loco capi poteſt. Sed ecce in ipſo veſtibulo, quod 12 propoſuimus de paucitate exemplorum, fregimus: & vero non inuiti, vt formam præberemus, quanam ratione ad intelligentiam ceterorum locorum, exemplo, cum ab autoribus conquirenda & obſeruanda; tum proprio marte inuenienda ſint. Quare pergamus iam ad doctrinam.

2 *Iacob. 4.*
3 *Chryſoſt. hom. 59. ad pop.*
4 *Leo ſerm. 1. de ieiunio.*
5 *Hebr. 5.*
6 *Pſal. 23.*
7 *Chryſoſt. hom. 66. in Ioan. & hom. 12. ad pop. & hom 30. ad eumdem.*
8 *Athan. li. de virginit.*
9 *Greg hom. 29. & 26. in Euang.*
10 *Hebr. 11.*
11 *Damaſc. Orat. 2. de Nat. B. V. prope finem.*
12 *Cap. ſup. in fine. n. 36.*

44 *i* Definitio interdum. *i* Poteſt 13 iiſdem modis & maximis (verſis tantum definiti & definitionis vocabulis) probari econuerſo definitio per definitum: cum videli-

13 *Lege Titelm. in ſua dialect. & Fonſ. lib. 7. inſt. dial.*

videlicet (quod tamen non admodum frequenter contingit) notius aliquid definito, quam definitioni conuenit, vt ſunt accidentia, potiſsimum ſingularia ſiue particularia, quæ non fluunt ex eſſentia, ſed rei potius ratione ſingularitatis & materiæ conueniunt: interdum etiam propriæ paſsiones: imo etiam aliquando ipſamet eſſentia, notius conueniunt definito, quam definitioni, verbi gratia, poſſet alicui dubium videri, an Morio (id eſt, mente captus) & Simia ſint animalia rationalia: propterea quod iſta in quibuſdam actionibus vti ratione, ille vero minime videatur. Hinc igitur ſic fieri argumentum à definito ad definitionem poteſt: Morio eſt homo, & Simia non eſt homo (quod ex aggregatione complurium accidentium hominis, & beſtiæ quæ in iis conſpiciuntur, eſt notiſsimæ veritatis:) ergo ille eſt animal rationale, iſta vero nequaquam. Quæ admonitio proderit quoque pro duobus proxime ſequentibus locis: vt à deſcripto ad deſcriptionem, ab interpretato ad interpretationem (cum notiora illa fuerint) progrediamur.

verſa vice confirmatur à definitione.

45 *k* Ad definitionem reuocatur Differentia, comparatione ſpeciei quam proxime conſtituit: pertinet enim ad eſſentiam ſpeciei, & cum ea reciprocatur. Probat autem differentia ſpeciem; & ab ea viciſsim, ſi ignotior fuerit, probatur: & quidquid vni competit, competit alteri. Si enim corpus animatum, fuerit ſenſus particeps, animal erit: ſi rurſus animal fuerit, erit quoque particeps ſenſus. Hæc virtus eſt ſuum cuique tribuens; ergo eſt iuſtitia: eſt iuſtitia, ergo ſuum tribuens vnicuique viduitas, eſt magiſtra fidei & Caſtitatis: igitur bona eſt, infert S. 14 Ambroſius.

k Differentia ad definitionem reducitur.

14 Ambroſ. lib. 1. de viduis.

46 *l* Locus 15 Deſcriptionis, (quæ, ex dialecticorum præſcripto, fit aut ex genere proximo, & propria paſsione; aut ex ſolo genere generibuſue remotis cum differentia eſſentiali; aut genere proximo, & cauſis remotis; aut denique ex genere, & aggregato accidentium deſcriptæ rei ſolum conueniente, &c.) tum adeundus eſt, cum non patet aditus ad definitionem eſſentialem: id quod, propter latentes penitus occultaſque nobis eſſentiales differentias, fere perpetuum eſt.

15 Ariſt. 6. top. 3.

l Deſcriptionis natura, maxima, & vſus.

47 Habet autem, ex deſcriptione ſubiecti, prædicati, & vtriuſque, eaſdem propoſitiones vniuerſales ſiue pronunciata, quæ definitionis locus: *Quidquid deſcriptioni conuenit, conuenit deſcripto: &c.* Itaque argumentari 16 ex Iobo ſic poſſumus à deſcriptione ſubiecti: Homo eſt animal, natum de muliere, breui tempore viuens, repletum multis miſeriis, &c. non eſt dignus igitur quem Dei maieſtas reſpiciat, digneturque rationes cum eo putare. Eodem modo probabis, non renunciaſſe mundo monachum illum, qui curis & voluptatibus ſæculi implicitus viuat; ex deſcriptione prædicati, nempe Renunciationis, quam tradit S.

16 Iob. 14.

Digitized by Google

dit S. 17 Baſilius: vt ſit vinculorum terrenæ huius ac temporalis vitæ ſolutio & ab humanis negotiis liberatio: qua promptiores aptioreſque redimur ad vnionem cum Deo, ſtudiumque virtutum. Similiter à deſcriptione ſubiecti efficies cum D. 18 Chryſoſtomo, paupertatem eſſe magnam poſſeſsionem: quia videlicet paupertas, theſaurus ſit, qui nequeat auferri; baculus firmiſsimus, inculpabilis acquiſitio, diuerſorum ab inſidiis tutum.

17 Baſ. in reg fuſ diſp. ad interrogat. 8.
18 Chryſoſt. hom. 2. ad pop.

48 *m* Huc pertinet locus Proprietatis; quæ cum ſpecie reciproca eſt, & ipſam infert; quare & eadem vtrique conueniunt, vt, Iuſtitia virtus eſt; quia eſt per ſe laudabilis: Hoc animal eſt diſciplinæ capax; ergo eſt homo. Et verſa vice; probari per ſpeciem proprietas poteſt: eſſe ſcilicet per ſe laudabilem, quia virtus; & diſciplinæ capacem, quia homo.

m Locus Proprietatis ad deſcriptionẽ refertur.

49 *n* Locus 19 Notationis ſeu Etymologiæ (quæ ita cõuenit rei, vt cum ipſa reciprocetur; explicat enim vocabulum ſiue nomen, quod rem ipſam totam quodam modo comprehendit) eaſdem & ipſe ſex maximas habet, ex notatione ſubiecti prædicati, & vtriuſque, quas loci ſuperiores habent: *Quidquid conuenit notationi, conuenit etiam notatæ rei, &c.* vt verbi gratia, à notatione prædicati. 20 Mulier de viro ſumpta fuit: virago igitur recte vocatur. 21 Chriſtus ſaluat à peccatis: merito igitur appellatur IESVS. 22 Frater meus ſupplantauit me: recte igitur dictus eſt Iacob. 23 Deum vidit: quin igitur Iſrael nominetur? 24 Iuſti tentationum ſuarum motibus, non conſentiendo ſuccumbere, ſed regendo præeſſe nouerunt: merito igitur Reges & reges magni dicuntur. A notatione vero ſubiecti: 25 Diuitiæ mentem diuidunt: afferunt ergo ſollicitudinem & anxietatem.

n Notationis vſus.

19 Ariſt. 2. top. 2. loco 18.
20 Geneſ. 2.
21 Matth. 1.
22 Geneſ. 27.
23 Geneſ. 32.
24 Beda lib. 3. cap. 43. in Luc. 10.
25 Ambroſ. lib. 2. de Abraham. c. 8.

50 *o* Vim obtinet argumentum ex hoc loco: cum nomina diuinitus imponuntur, & magis aptum eſt probandis nominibus communibus, quam propriis: communia enim fere ſemper ex aliqua proprietate imponuntur; vt, Monachus à ſolitudine, Chriſtianus à Chriſto dicitur. Patres autem magnopere hoc loco vtuntur etiam in nominibus propriis, præſertim Hebraicis, quæ per ſe aliquid ſignificant. Et certe, cum vel nomina factis reſpondent, aut reſpondere optamus: quid vetat à proprii nominis interpretatione argumentari? *Fuit vir*, inquit S. 26 Gregorius, *vita venerabilis, gratia Benedictus, & nomine*, & S. 27 Fulgentius: *Stephanus ergo, vt ſui nominis coronam meruiſſet accipere, &c.* De quo eodem S. 28 Auguſtinus: *Lapidatus à Iudæis coronam meruit, tanquam ſuo ſibi nomine impoſitam. Iam corona nomen habebat; & ideo palmam martyrij ſuo nomine præferebat.*

o Quando vim habet argumentũ ab Etymologia.

26 Greg. lib. 2. dialog. c. 1.
27 Fulg. ſer. de S. Steph.
28 Aug. ſer. 2. de S. Steph. & ſerm. 70. in append.

51 *p* Ad hunc 29 locum refertur Tranſumptio illa, qua obſcuriora vocabula interpretamur, & per apertiora exponimus, vt, ſi Philoſophũ, eumdem eſſe dicamus, atque ſapientem: Aridam terram: Calicem paſsio-

p Tranſumptio ad lo-

29 Ariſt. 2. top. 2. loco 8.

Digitized by Google

paſsionem. Atq; adeo quidquid de vno dicimus, de altero dictum intelligamus. *Quid eſt*, inquit S. 30 Auguſtinus, *dictum Chriſti, Me ſequatur; niſi, me imitetur? Chriſtus enim pro nobis paſſus eſt*, *ait Apoſtolus* 31 *Petrus, nobis relinquens exemplum, vt ſequamur veſtigia eius.*

cum Etymologiæ ſpectat.

30 Auguſt. tract. 51. in Ioan.
31 1. Petr. 2.

CAPVT III.

Loci Coniugatorum, Partium, Totius.

52 *a* Coniugata quænam ſunt.

a CONiugata 1 ſunt: quæ dominatiue alterum ab altero oriuntur ac deducuntur; ſiue vocis ſonum ſeruent, ſiue ſecus; & ſiue voces ſimplices ſint, ſiue orationes. Itaque ſapiens, & ſapere, coniugata ſunt ſapientiæ: Studioſus, ſeu virtute præditus, & cum virtute ſeu ſtudioſe agere coniugata ſunt virtutis. Significant autem coniugata, eandem formam omnia; ſoloque ſignificandi modo differunt. Et cum ſe inuicem; tum etiam cum eo, cuius coniugata ſunt, mutuo probare poſſunt; atq; adeo, cum hoc, cum illa coniugatorum nomine cenſentur.

1 Ariſt. 2. top. 3. loco 29. Cic. in top. & lib. 2. de Orat.

53 *b* Maximæ à coniugatis.

b Huius loci duæ ſunt maximæ: altera ad probandum, altera ad refellendum. *Cum quo vnum coniugatorum cohærent ſuo modo reliqua: Cum quo non vnum, nec reliqua.* Verum attendatur diligenter, vt coniugata eorumque attributa recte aſsignentur, & rite reſpondeant. Eſto exemplum: Humilitas eſt virtus; igitur humiliter agere, eſt agere ſtuſtidioſe. Peccatum, non eſt res honeſta: nec igitur peccare, honeſte agere eſt. Homo eſt rationalis: rationibus igitur inducendus. S. 2 Chryſoſtomus: *Magna*, inquit, *pœnitentiæ remedia, fratres: igitur de ſeipſo deſperet nemo, is vere dignus eſt deſperatione, qui de ſe ipſo deſperat: ille, non iam ſalutem, ſed neque ſpem habet.* S. 3 Auguſtinus in illud Pſalmi: *Quoniam tu, Domine, adiuuiſti me & conſolatus es me: Ceſſant*, ait, *opera miſericordiæ; quia miſeria ibi non inuenitur.* S. 4 Ioannes Damaſcenus: *Hodie Virgo immaculata, quæ nullis terrenis inquinata eſt affectibus, ſed cœleſtibus educata cogitationibus; non in terram reuerſa eſt, ſed cum eſſet animatum cœlum, in cœleſtibus tabernaculis collocatur.*

2 Chryſoſt. hom. 40. ad pop.
3 Auguſt. in Pſal 85.
4 Ioan. Damaſc. Orat. 2 de dormit. Mar.

54 Et quidem nonnunquam hic locus, pluſculum habet acuminis, vt in illo 5 Comici: *Homo ſum, humani nihil à me alienum puto*, vt in illo 6 Apoſtoli: *Primus homo de terra, terrenus: Secundus homo de cœlo cœleſtis*, vt in illo 7 Chryſoſtomi: *Si Chriſtianus es, Chriſto crede: Chriſtum imitare.*

5 Terent. in Heaut.
6 1 Corinth. 15.
7 Chryſoſt. ho. 5. ad pop. & Orat. 5. cont. Iud.

55 *c* Integrantium partium vſus.

Partium 8 loco probatur totum. *c* Hic, ſic fuerit partium integrantium aut eſſentialium, regitur his ſex pronunciatis. Quorum duo ſunt de eſſentia: *Poſitis omnibus partibus, ponitur totum: Sublata quacunque parte (neceſſaria, ſi ſit ex integrantibus) tollitur totum*, vt; eſt dilectio Dei, &

8 Ariſt. 2. top. 2. loco 2.

dilectio proximi; igitur charitas eſt: Non eſt dilectio proximi; igitur
neq; charitas. Duo de ſubiecto: *Vbi ſunt omnes partes ibi eſt totum*: *Vbi ali-
qua pars non eſt, nec ibi eſt totum*, vt: Qui diligit Deum, & proximum; cha-
ritatem habet: Qui proximum non diligit; in hoc charitas non eſt. Duo
denique de attributis: *Quod de omnibus partibus dicitur* (dummodo hoc,
quod attribuitur, poſsit eſſe commune toti, & ſuis partibus) *de toto dice-
tur*: *Quod de vna parte negatur, negabitur de toto*, vt: Animus hominis, & i-
tem corpus perfruetur æterna beatitudine; ergo totus homo æterna
beatitudine perfruetur. Caput non eſt infirmum: non igitur totum
corpus male habet.

56 *d* Si vero fuerint partes 9 ſubiectæ, ſeu particularia, aut inferiora: 9 *Ariſt prædicam* 5 2.
d Subiectarum partiũ maximæ. vſus earum his pronunciatis perſpicitur: *Poſita quacunque parte ſubiecta* *top. 2. loco 10.*
(vt homine, vt boue) *ponitur totum* (vt animal:) *Sublatis omnibus partibus* *& 11 & c. 4.*
ſubiectis ſiue inferiorib. tollitur totum ſiue vniuerſale, vt: Hic habitus eſt iuſti- *duob. extremis locis.*
tia; ergo eſt virtus Cardinalis: Non eſt, neque prudentia, neque iuſti-
tia, neque fortitudo, neque temperantia; virtus igitur Cardinalis non
eſt. Similiter: *Vbi eſt vna pars, ibi eſt totum*: *Vbi nullæ ſunt partes, ibi non eſt to-
tum*, vt: Habes fidem; ergo habes virtutem theologicam: Non habes
neque fidem, neque ſpem, neque charitatem; virtus igitur theologi-
ca non eſt in te. Denique: *Quod attribuitur vni parti* (modo tale ſit attri-
butum, quod poſsit & parti, & toti eſſe commune) *attribuitur toti*. *Quod
de omnibus partibus negatur, negatur de toto*, vt: Homo eſt capax ſuper-
næ felicitatis; animal igitur capax erit eiuſdem: Nec homo, nec bel-
lua quæcunque purus Spiritus eſt; igitur animal purus Spiritus non
eſt.

57 *e* Locus hic, qui ab Rhetoribus, A partium enumeratione vel diſtri-
e Partium locus, amplificando magis, quã probando eſt aptus. butione appellatur, plus artis habet in proponenda re ob oculos, aper-
teque diſtinguenda, & amplificanda, atque ad praxim deducenda;
quam probanda. 10 Quod enim nomine Totius, obſcurius, angu- 10 *Quintil.*
ſtius, ac inuolute ſignificatur, & quaſi per tranſennam oſtenditur: id *lib. 8. c. 3.*
per omnes partes multo euidentius, euolutius, magnificentius expli-
catur. Ita Regius 11 pſaltes, vbique Deum eſſe, oſtendit: *Quo ibo à Spi-* 11 *Pſal.* 138.
ritu tuo? & quo à facie tua fugiam? Si aſcendero in cœlum, tu illic es: *Si deſcen-
dero in infernum, ades*: *&c.* Et 12 Apoſtolus, nulla re diuellendum ſe vn- 12 *Rom.* 8.
quam à Chriſti charitate complexuque, confirmat: *Quis nos ſeparabit à
charitate Chriſti? tribulatio? an anguſtia? &c.* S. 13 Ioannes: *Omne, quod eſt* 13 1. *Ioan.* 2.
in mundo, inquit, *aut concupiſcentia carnis eſt, aut concupiſcentia oculorum,
aut ſuperbia vitæ*: *nolite ergo diligere mundum, neque ea, quæ ſunt in mundo.*
S. 14 Gregorius oſtendit, hominem recte dici omnem creaturam: 14 *Greg. ho. 29. in Euang.*
quod omnis creaturæ aliquid habeat: *Habet enim*, inquit, *commune eſſe
cum lapidibus, viuere cum arboribus, ſentire cum animalibus, intelligere, cum* 15 *Leo ſer.* 1.
Angelis. S. 15 Leo: *Nemo ab huius alacritatis participatione ſecernitur, vna* *de nat. Dom.*
cunctis

Digitized by Google

cunctis lætitiæ communis eſt ratio: quia Dominus noſter, &c. Exultet Sanctus, quia appropinquat ad palmam; gaudeat peccator, quia inuitatur ad veniam; animetur Gentilis, quia vocatur ad vitam. Denique S. 16 Chryſoſtomus: *Quæ cum ita ſint,* inquit, (nimirum, volenti, vel inuito aduerſa eſſe tolleranda) *faciamus ex neceſſitate voluntatem, ſeu virtutem. Exempli gratia* (ecce quomodo deſcendit ad ſingularia) *proprium quis amiſit filium, ſubſtantiam alius omnem & fortunæ bona: ſi noueris, non poſſe quod ſemel peractum eſt, deleri amplius aut ſolui; licebit ex ea inſanabili calamitate vtilitatis aliquid comparare, &, ſi magno ac virili animo aduerſos tuleris fortunæ caſus; & pro maledictis, Domino laudem referas: hoc pacto, quæ præter ſpem obuenerint mala in voluntatis officium commutabis. Spectaſti filium immaturè ereptum, dicito: Dominus dedit, Dominus abſtulit. Vidiſti rem tuam imminutam, illud in ore habeto: Nudus exiui de ventre matris meæ, nudus decedam. Verum, ſi improbis videris rem bene ſuccedere, iuſtos autem mala & grauia pati, & eiuſmodi infelicitatis cauſam ignoras; dices: vt iumentum factus ſum apud te, & ego ſemper tecum. At ſi quæſieris, cur res hoc pacto ferri permittat Deus; intellige ſtatutum eſſe ab eo iudicii diem, quo mundum ſit iudicaturus.* Hactenus Chryſoſtomus.

16 *Chryſoſt. ſerm. de amore, & toler. in aerſis.*

f Atque hinc habes, quam ingens theſaurus ſit hic locus, omni Orationi promptè ſuccurrens: dum rem in omnes ſuas partes diuidere, & de ſingulis probare, ac diſſerere potes.

f Locus ab enumeratione partium vbertimus eſt.

g Totius locus, verſa vice ſe habet ad probandas partes. Si enim 58
fuerit totius integri, aut eſſentialis; hiſce maximis firmabitur: *Poſito toto, ponuntur omnes partes: Sublato toto, aliqua ſaltem pars neceſſaria tollitur.* Eodemque modo, quo formatæ ſunt iſtæ de eſſentia totius, & partium, formandæ quoque ſunt maximæ de eorum ſubiecto & attributis, vt nimirum: *Vbi eſt totum ſint omnes partes: Vbi non eſt totum, aliqua pars neceſſaria deſit. Quod de toto dicitur, dicatur de omnibus partibus: Quod de toto negatur, negetur de aliqua parte.* Sin autem totum, ſit vniuerſale ſiue Potentiale; his pronunciatis fulcitur: 17 *Poſito toto potentiali, ponitur aliqua pars ſubiecta: Sublato vniuerſali, omnia tolluntur inferiora.* Et ad eundem modum de ſubiectis & attributis eorum pronunciata formentur, vt, *Vbi eſt totum, ſit aliqua pars: Vbi non eſt totum, nulla ſit pars. Quod de toto dicitur, dicatur de aliqua parte: Quod negatur de toto, de partibus omnibus negetur.* Exempla hic non apponimus: eo quod allata in loco ſuperiori, verbis tantum commutatis, huic quoque deſeruire poſſint, vnum tantum D. 18 Ambroſium, & D. 19 Auguſtinum de Chriſto audiamus. Neque enim (inquit ille) *ciues poterat non amare, qui amaret omnes.* Et alter. *Quia ipſe Chriſtus verbum Dei eſt; etiam factum verbi, verbum nobis eſt.*

g Totum verſa vice ſe habet ad probandas partes.

17 *Ariſt. prædicam. 5. & 2. top. 2. loco 10. & 11.*

18 *Ambroſ. lib. 4. in c. 4. Luc.*

19 *Auguſt. tract. 24. in Ioan.*

h Huc pertinet locus ille, quem vocant, A genere rei, cum ſcilicet 59
à rei genere, ſiue vno, ſiue pluribus, eorumque attributis (ecce quantam rerum copiam) probamus rem ipſam; quidque illi conueniat, declara-

h Locus à genere rei: & eius vbertas.

claramus, hoc pronunciato: *Quidquid generi conuenit, ſpeciei quoque ſubiectæ conuenit*, vt, ſi quis coniugalem pudicitiam ſuadere velit; enumeret prius, applicetque illi virtutis, remoti videlicet generis, encomia: tum illa Caſtimoniæ, quæ eſt genus proximum: denique ex ipſa coniugali pudicitia, tamquam ex propriis arguat. Similiter, ſi velit à furto deterrere; afferat lethalis peccati, iniuſtitiæ, furti denique turpitudinem, incommoda, & cetera mala. *i* Atque hoc eſt, hypotheſin ad theſim extrahere; quod in 20 ſuperioribus tantopere ad rerum vbertatem commendauimus.

i Quæſtio finita, quomodo ad infinitam extrahitur.

20 *Lib. 2. ſect. 1. cap. 1. ad finem. nu. 19.*

CAPVT IV.

Loci Cauſarum, & Effectorum.

60 Cauſæ, locus omnium longe fœcundiſsimus; quemadmodum ſimul cum alijs ſolerter aduertit 1 Boetius: *a* Et cui accommodare ad encomium poſſumus illud 2 Virgilianum: *Felix, qui potuit rerum cognoſcere cauſas.* *b* Cauſæ, inquam, ſunt quatuor, materia, forma, efficiens, finis, à quibus probantur ſui effectus.

a Vbertas loci cauſarum. *b* Cauſæ quatuor.

1 *Boet. in top. Cic.* 2 *Virg. 2. Georg.*

61 *c* Materia triplex eſt, ex qua, in qua, circa quam. Prima eſt illa, ex qua, ſiue tranſeunte, ſiue permanente fit aliquid: ita vinum, eſt aceti materia, ligna nauium, corpus hominis. Altera, eſt ſubiectum reſpectu cuiuſcunq; formæ: vt æs, eſt materia inſculptæ figuræ, animus ſcientiæ. Tertia eſt, circa quam actio aliqua, & operatio verſatur: ergo ligna ſunt fabri materia, Deus theologiæ, virtutes laudis, vitia reprehenſionis. Quibus explicatis, à materia ex qua, ſic argumentamur: Hic eſt mollibus carnibus, & nitida cute: igitur labores, vigilias, ieiunia cum difficultate ſuſcipiet. A materia in qua, hoc pacto: Homo habet in ſe imaginem Dei: debet igitur Deum in omni actione imitari. A materia circa quam, hac ratione: Res diuinæ ſunt præſtantiſsimæ, & maxime ſalutares; in iis igitur interdiu noctuq; meditandum. S. 3 Leo, ille Magnus, tyrannum alloquens de S. Laurentio, inquit, *Nihil obtines, nihil proficis, ſæua crudelitas: ſubtrahitur tormentis tuis materia mortalis; & Laurentio in cælos abeunte, tu deficis.*

c Vſus arguendi à materia triplici.

3 *Leo ſerm. in natal. S. Laur.*

62 *d* Forma item triplex eſt, eſſentialis, accidentaria, externa. Eſſentialis eſt cauſa formalis non ſolum compoſiti: verum etiam materiæ, & proprietatum earum, quæ eſſentiam, quam forma conſtituit, conſequuntur: vt animus rationalis reſpectu hominis, figura reſpectu ſtatuæ, ars reſpectu artificis. Accidentaria, continet *e* proprietates, & accidentiæ communia. huiuſmodi forma eſt, ſcientia reſpectu animæ, figura ſtatuæ reſpectu marmoris, diſciplinæ capacitas reſpectu hominis.

d Triplex forma & eius vſus.

e Proprietates, & accidẽtia ſpectant ad formam accidentariam.

Externa

Digitized by Google

Externa denique, eſt exemplar reſpectu rei, quæ fit ad imitationem exemplaris: illud item, cui materia iniicitur, infunditur, adaptatur; vt formam aliquam figuramue recipiat. Iam à forma eſſentiali argumentatur Chriſtus 4 Dominus: Animæ veſtræ ſubſtantia immortalis eſt nolite ergo timere eos, qui occidunt corpus. S. 5 Bernardus: *O anima inſignita Dei imagine, decorata ſimilitudine; quid tibi cum carne?* S. 6 Chryſoſtomus: *Cum in corporeis ſupereris, animi vero præſtantiis careas; quomodo brutis non es inferior? Vndenam dignus brutis imperare? ex ratione. ſed non ineſt.* Et increpare poſſumus artifices, qui ſuos fines tranſiliunt: Concionator es: quid igitur in roſtris res mere ſcholaſticas, & ſcholaſtico more ediſſertas? A forma accidentaria ſic ſuadebis: Habes, ô homo, figuram corporis rectam, cum ceteræ pecudes pronæ terram reſpectent: quin igitur à terrenis rebus ad cœleſtes mentem ac deſiderium auocas? Similiter multos hinc laudabis à ſcientia, virtute, robore, & infinitis aliis accidentibus. A forma externa, eſt illud 7 Geneſis; *Ad imaginem Dei factus eſt homo, quicunque igitur humanum ſanguinem fuderit, fundetur ſanguis ipſius.* Et illud 8 Matthæi 5. *Pater veſter, qui in cœlis eſt, ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos, &c. vos ergo, qui eſtis eius filij, diligite inimicos veſtros.* Et elegantiſſime Leo 9 Magnus: *Si fideliter*, inquit, *dilectiſſimi, atque ſapienter creationis noſtræ intelligamus exordium; inueniemus, hominem ideo ad imaginem Dei conditum, vt imitator ſui eſſet Autoris; & hanc eſſe naturalem noſtri generis dignitatem, ſi in omnibus quaſi in quodam ſpeculo, diuinæ benignitatis forma reſplendeat.* Quod item argumentum ſic tractat D. 10 Ambroſius; *Tu qui accepiſti imaginem Dei, qui habes ſimilitudinem eius, noli eam irrationabili fœditate conſumere. Opus Dei es; noli ligno dicere, Pater meus es tu; ne accipias ſimilitudinem ligni; quia ſcriptum eſt, Similes illis fiant, qui faciunt ea.* Hinc quoque à bonitate malitiaue maiorum, ac præpoſitorum veriſimiliter argumentaberis ad minorum, ſubditorumq; conditionem; quorum illi, tanquam exemplaria habentur.

4 *Matth. 10.* 5 *Bernard. medit. cap. 3.* 6 *Chryſoſt. hom. 39. ad pop.* 7 *Geneſ. 9.* 8 *Matth. 5.* 9 *Leo ſer. 2. de ieiun. ſept. menſ. & collectis.* 10 *Ambr. lib. 7. in cap. 15. Luc.*

f Efficiens cauſa, triplex eſt & ipſa, generans, conſeruans, corrumpens. Quorum ſingula genera, in duo rurſus genera diuiduntur; in principalium ſcilicet, ac famulantium. A cauſa generante (vnde magna vis argumentorum eruitur) deprecatur 11 Iob. *Manus tuæ Domine fecerunt me, & plaſmauerunt me; ne ſic igitur repente præcipites me.* Et 12 Dauid, ex eodem antecedente infert; *Da mihi intellectum, & diſcam mandata tua.* S. 13 Gregor. Nazianzenus omnia quæ Deus fecit, bona eſſe probat; quod ipſe, autor peccati eſſe non poſsit. S. 14 Auguſtinus de S. Laurentio loquens, inquit: *Illuminauit mundum plane Laurentius eo lumine quo ipſe accenſus eſt; & flaminis, quas ipſe pertulit omnium Chriſtianorum corda calefecit.* A cauſa conſeruante, probabis cum 15 Ariſt. diuturnioris vitæ eſſe hominem, quam multa animalia molis longe maioris: ex eo, quod

f Triplicis efficientis partitio.

11 *Iob. 10.* 12 *Pſal. 118.* 13 *Nazian. orat. de plaga grandinis.* 14 *Auguſt. ſerm. 30. de Sanctis.* 15 *Ariſt. de long. & breu. vita.*

humidum & calidum quibus vita conſeruatur melioris ſint in homine qualitatis ac conditionis. Item, à ſucci contractione defrondeſcere lati folia sarbores, cum eodem probabis. Hinc quoque dices, deſtruendum denique regnum illud, in qua ſocietas, iuſtitiaque non vigeant. A corrumpente cauſa, extinctam in anima gratiam oſtendes: ob admiſſum peccatum, à terrenorum deſiderio, internam mentis tranquillitatem perturbatam, à ſpirituali gaudio, triſtitiæ nebulam, diſiectam & alia quam plurima. Ad efficientes cauſas reuocantur conſiliarii, inſtrumenta, & cauſæ (vt appellant Theologi) meritoriæ.

64 *g* Triplicis finis vſus.

g Finis denique cauſa eſt & principium cauſarum omnium: à quo per motum efficiens, formam inducit in materiam. cauſa etiam mediorum eſt, multo magis. Hinc eſt, vt ex fine probare poſsimus, non ſolum quales ceteræ cauſæ debeant: ſed & qualia media diligenda, præmittendaque. Porro finis, triplex itidem eſt, vt ſuperiores cauſæ. Alius enim eſt, cui res aliqua expetitur: vt Deo gloriam, nobis & proximis ſalutem optamus. Alius vero, eſt res, cuius fruictio, vſuſue expetitur: vt Deus, diuitiæ, honores, vita. Alius denique ipſa fruictio, ſiue adeptio, aut vſus rei: vt aperta Dei contemplatio; virtutum, diui-
tiarum, honorumque poſſeſsio. A primo fine, ſic Deum 16 Propheta 16 *Pſal. 68.*
alloquitur: *Propter te ſuſtinui opprobrium.* Et 17 Paulus inquit: *Omnia ſuſti-* 17 *2. Tim. 2.*
neo propter electos. Et nos arguere ita poſſumus: Si Deo gloria reuerentiaque debetur; quid igitur ipſum tam multi mendaciis, blaſphemiis, flagitiis dehoneſtant? Ab altero fine S. 18 Auguſtinus colligit: *Feciſti nos* 18 *Auguſt. lib. 1. conf. cap. 1.*
Domine ad te; inquietum igitur eſt cor noſtrum, donec requieſcat in te. S. Gregorius 19 probat, hominem non ſubeſſe fatto Stellarum; quia, non 19 *Gregor. hom. 10. in Euang.*
propter ſtellas homo, ſed ſtellæ propter hominem factæ ſunt. Et 20 S. Chryſoſtomus; *Propterea nobis*, inquit, *in breue ventrem coarctauit Deus;* 20 *Chryſoſt. hom. 54. ad pop.*
propterea breuem ſtatuit cibi menſuram; vt animæ curam gerere doceret. A tertio fine ſic differes; Viſne 21 Deum videre? eſto igitur mundo corde. Optaſne frui partis diuitiis? vtere illis, & communica liberaliter. 12 *Matth. 5.*

65 *h* Praxis loci cauſarũ.

h Iam vero, vt adeo varia argumentorum genera, ex hoc omnium cauſarum loco certa methodo colligamus; ſciendum eſt, tribus potiſsimum modis effectum poſſe à cauſa concludi. *i* Primo quoad po-

i De cauſa in potentia.

tentiam; vnde eſt illud pronunciatum; *Cauſa potens, & effectus in potentia ſimul ſunt, aut non ſunt*, vt; Poteſt vir Chriſtianus diuinam opem implorare, & cooperari gratiæ Dei; ergo poteſt ſe tueri, atque adeo debellare diabolicas poteſtates. *k* Secundo quoad actum; ſiue imperfe-

k De cauſa in actu.

ctum, quod eſt Fieri, ſiue imperfectum, quod eſt Eſſe, hinc eſt pronunciatum: *Cauſa in actu* (de ſufficiente, & cum omnib. requiſitis loquor) *& effectus in actu, ſimul ſunt aut non ſunt*, vt; Hic cum afflictatione corporis

l De cauſæ affectionib.

orationem aſsiduam coniungis; igitur caſtimonia inſignis eſt. *l* Tertio

quoad

quoad aliquã affectionem ipſius cauſæ, & quo ad eſſe bonam, vel malã, quouis malitiæ aut bonitatis genere, vt honeſtatis, vtilitatis, iucunditatis, artificii, &c. qua tamẽ ratione à cauſis bonis maliſue proueniunt effectus. Qui modus hiſce maximis præſcribitur: *Quorum efficientia (ſunt bona vel mala)* qua bona, vel mala ſunt) *ipſa quoq; bona vel mala ſunt; Quorũ interimentia, bona vel mala ſunt; ipſa ſunt è conuerſo mala vel bona*, vt: Hic ad anteriora ſe extendit; ergo aptus eſt regno Dei. Ille retro reſpicit; ergo ineptus. Seruauit hic inſcribendo præcepta rhetorũ: artificioſam igitur orationẽ efformauit. Deus, qui peccata punit, bonus eſt: igitur peccata, mala ſunt. 22 Tyranni qui ſanctos martyres cruciabant, viri peſsimi erant; martyres igitur, optimi viri. *m* Denique pro cauſis omnibus accipe hanc maximam generalem: *Cuius conditionis eſt cauſa, eiuſdem ſuus quodammodo eſt effectus.*

22 *Lege Tertull. apolog. ad gentes.*

m Generale omnium cauſarum pronunciatum.

n Et huc quoque differentia eſſentialis refertur; quæ ſuarum proprietatum veluti cauſa eſt, eaſque infert, vt; Homo eſt rationis particeps; ergo capax eſt diſciplinæ. Iuſtitia eſt ſuum cuique tribuens, igitur aliena non rapit. 66

n Differentia refertur ad cauſas.

o Effectorum loci, quibus cauſæ probantur, multiplicitas & vſus idem eſt, qui & cauſarum, ordine dumtaxat pronunciatorum, argumentorumq; immutato. cauſa enim, & effectus mutuo ſe reſpiciunt. Verum nota, plus habere roboris argumentum ex effectis, quam ex cauſis, non enim ſemper ex quauis cauſa colligitur, effectum eſſe, vel fore; vt ex Deo creaturam; recte tamen ex quouis effectu, cauſam eſſe vel fuiſſe colligimus; vt ex creatura Deum creatorem. 67

o Vſus effectorum ad cauſas, inuerſo modo ſe habet: & maioris eſt roboris.

Sed iam percurramus exemplis quatuor effectorum genera: Ex effectibus materiæ argues; Hæc res eſt obnoxia corruptioni; ergo materia conſtat. Multum, vel parum materiæ habet; quia denſa, vel rara eſt. Religioſus differt à ſæculari; ergo diuerſa ſunt vtriuſque inſtituta & leges. Ex formæ effectibus; Homo raciocinatur, aliudque ex alio colligit; animo igitur rationali præditus eſt. 23 Nouiſsima prouidet; ergo ſapiens atque intelligens eſt. 24 Tabernaculum Moſis, habuit candelabrum aureum; ergo exemplar, quod fuit ipſi in monte monſtratum, illud habuit. Ita D. 25 Chryſoſtomus; *Ex his*, inquit (id eſt, ex fiducia & libertate monachorum, qui pro Antiochienſium venia apud Imperatoris iudices interceſſerant) *manifeſtum Gentibus; quod & apud nos vera fuere priora de Ioanne, Petro, & Paulo, & omnibus aliis. Quoniam enim illorum pietatem iſti exceperunt; propterea & eorum fiduciam exhibuerunt; quoniam iiſdem legibus educati ſunt; propterea & ipſorum virtutem ſunt imitati. Itaque non literis eſt opus nobis ad Apoſtolicam virtutem demonſtrandum; rebus ipſis clamantib. & diſcipulis magiſtros repræſentantib.* Ex effectibus efficientis, Dei poteſtatem infinitam, ex productione rerum ex nihilo concludes. 26 Chriſtus concludit ſimiliter, eſſe ſe paſtorem bonum; quia 68

23 *Deuter. 32.*
24 *Num. 8.*
25 *Chryſoſt. hom. 17. ad pop.*
26 *Ioan. 10. Lege Chryſ. hom. 59 in Ioan.*

Digitized by Google

quia pro ouibus det vitam ſuam. Denique ex effectibus finium dices: 27 Hic quærit occaſiones: igitur vult ab amico recedere. 28 Seruat mandata: ergo vult ad vitam ingredi. Vigilans ac ſtrenuus eſt in omnibus actionibus ſuis: ergo Dei gloriam ſtudioſe quærit.

27 *Prou.* 11.
28 *Matth.* 19.

69
p Vſuum locus, ad locum effectorum.

p Pertinent huc argumenta ex vſibus. Quibus hæc capita ſiue maximæ tribuuntur: *Cuius vſus eſt bonus, id bonum eſt: Cuius vſus eſt malus, id malum eſt.* Sed iſta intellige, de vſu per ſe, non autem per accidens: nam peccatum, verbi gratia, & ſi non ſuapte natura; attamen ex accidenti poteſt habere vſum bonum, 29 quippe ex quo Deus multa elicit bona. Intellige item de vſu, non de abuſu ſiue immodeſtia. Non enim, ſi pleriſque ex abuſu vini ebrietas contigit; idcirco vinum eſt malum, inquit 30 Chryſoſtomus: *Non enim vinum malum, ſed mala ebrietas: nam vinum Dei eſt opus, ebrietas diaboli; nec vinum ebrietatem facit.* Eadem ratione, non, quia tubo optico ad vanam quis curioſitatem abutitur; damnetur ideo, atque interdicatur vniuerſis. nam bonæ rei malum, & & malæ bonum in ipſos vtentes potius, quam in res vſitatas redundat: *Non res calumniemur* (ait 31 idem S. Pater) *ſed nos, & noſtrum torporem, neq; dicamus, Ne ſint mulieres; ſed, ne ſint adulteria: neq; dicamus, ne ſit pulchritudo: ſed, ne ſit fornicatio: neq; dicamus, ne ſit venter; ſed, nō ſit crapula; non enim venter crapulam facit, ſed negligentia noſtra. non dicamus, quia comeditur & bibitur, omnia mala; non enim propter hoc, ſed propter torporem & improbitatem noſtram: non comedit quippe nec bibit Diabolus, & cecidit; comedit & bibit Paulus, & in cælum aſcendit. Quot dicentes audio, non ſit paupertas: ſed nos dicimus ipſis, Non ſit puſillanimitas: neque enim diuitiæ malum, nec paupertas, ſimpliciter; ſed iuxta voluntatem vtentium hæc vtraque fiunt. Si* 32 *enim, quia inebriatur aliquis, tu dicas, Ne ſit vinum: ſenſim procedens, dices quoque, Ne ſit ferrum, propter homicidas; Ne ſit nox, propter fures; Ne ſit lux, propter calumniatores; Ne ſit mulier, propter adulteria: & omnia penitus tolles.* 33 *Ne igitur vinum accuſa, ſed ebrietatem, & arripiens ebrium, vbi euigilauerit, dic ad eum: Vinum eſt datum, vt delectemur, non vt dehoneſtemur; vt rideamus, non vt rideamur; vt valeamus, non vt ægrotemus, vt corrigamus corporis valetudinem, non vt animæ proſternamus virtutem.* Hæc, & alia plura Chryſoſtomus: quæ ob luculentam huius rei doctrinam, referre non piguit. Ex quibus intelliges, quam perperam hæretici, ex abuſu Sacerdotij, pontificatus, aliorumq; Sacrorum miniſteriorum, mala eſſe allatrant, ac ſummouenda.

29 *Auguſt. Enchir. c.* 27.
30 *Chryſoſt. hom.* 1. *ad pop.*
31 *Idem ho.* 15.
32 *hom.* 71.
33 *hom.* 71.

70
q Locus proprietatis ad effectorum locum.

q Referes etiam ad hunc locum argumenta ex Proprietatibus, quæ ſunt rei quædam attributa & rationes, ex eſſentia ſeu differentia, tamquam ex cauſa, neceſſario promanantes & probantes illam, vt: Iuſtitia eſt virtus: quia eſt per ſe laudabilis. Homo eſt, diſcurſus & diſciplinæ capax: particeps igitur rationis.

CAPVT

CAPVT V.

Loci antecedentium, conſequentium, circumſtantium.

71 *a Antecedentium & conſequentium duo genera.* *b Alterum ſimpliciter.*

a ANtecedentium, quibus conſequentia; & conſequentium, quibus antecedentia probantur, duo ſunt genera. *b* Nam antecedens vno modo res dicitur, ex qua neceſſario ſequitur aliud. Siue ordine attributionis & prædicationis: quo pacto iuſtitia dicitur antecedens virtutis: virtus enim neceſſario ſequitur ad iuſtitiam, & de ipſa prædicatur; vt vbicumque ſit iuſtitia & de quocumque dicatur, ibi ſit etiam ac de eodem dicatur virtus: ſimiliter, Rationi conſentaneum, eſt conſequens virtutis, & per virtutem, iuſtitiæ; neceſſario enim de virtute, atque iuſtitia prædicatur. Siue ordine temporis: quemadmodum vulnus in corde antecedens eſt mortis, quia neceſſario mors breui conſequitur. Huius prioris modi duo ſunt 1 pronunciata: *Poſito antecedente, neceſſe eſt poni conſequens: Sublato conſequente, neceſſe eſt vt tollatur antecedens.* Quod ſi antecedens & conſequens æqualia fuerint, vt rationale, & capax diſciplinæ; Eccleſiaſtes, & publicus verbi diuini ſator: tunc licebit etiam: *Sublata re anecedente, tollere conſequentem: & Poſita conſequente, antecedentem ponere.* Immo vero etiam permittitur: *Et conſequente* (quod latius pateat ſi tamen vniuerſe accipiatur) *poſito, ponere quoque antecedens.* Si enim in aliquo, verbi gratia, ſit omnis virtus; in eo quoque erit iuſtitia. Ex hoc igitur loco ſic concludere poteris: Oratio eſt actus religionis: ergo eſt actus virtutis. Deus non poteſt peccare: ergo neque mendax eſſe. Diſploſa eſt bombarda: ergo mox audietur ſtrepitus. Nullus eſt auditus ſtrepitus: ergo nec diſploſa dum bombarda eſt. 2 Si filij: & hæredes. Ex Deo eſt, ergo verba Dei audit. Vos non auditis verba Dei: ergo ex 3 Deo non eſtis. 4 In omnem terram exiuit ſonus eorum: Ergo Iudæi quoque Euangelium audierunt: *Si omne regnum in ſeipſum diuiſum* (inquit venerabilis 5 Beda) *deſolatur: ergo Patris & Filij & Spiritus ſancti regnum non eſt diuiſum; quod ſine vlla contradictione, non aliquo impulſu deſolandum, ſed æterna eſt ſtabitate manſurum.* 6 S. Leo: *Certa atque ſecura eſt*, inquit, *expectatio promiſſæ beatitudinis, vbi eſt participatio Dominicæ paſſionis.* S. 7 Bernardus: *Vnum eſt, in quo nec primam ſimilem viſa eſt, nec habere ſequentem; Gaudia matris habens, cum virginitatis honore: Mariæ priuilegium eſt, & ſingulare; ergo non dabitur alteri.* S. 8 Ambroſius: *Non immerito viuendi ſibi vſum quæſiuit è cœlo, quæ ſponſum ſibi inuenit in cœlo: Si Angelis comparentur, quæ Angelorum dominio copulantur.* Atque hoc prius genus appellari poteſt, Antecedentium & conſequentium ſimpliciter.

1 Ariſt. 2. top. c. 2. loco 17.

2 Rom 8. *3 Ioan. 8.* *4 Rom. 10.*

5 Beda li. 4. cap. 48. in 11. cap. Luc.

6 Leo ſer. 9. de quadrag. *7 Bernard. ſer. 4. de Aſſumpt.*

8 Ambr lib. 2. de virgin.

72 *c Alterū ex hypotheſi.*

c Alterum genus, quod ex hypotheſi nominare licet, eſt: cum Ante-

tecedens dicitur, res, quę neceſſario danda eſt, ſi aliud dandum eſt. qua ratione, adoleſcentia iuuentutis, fundamentum ædificii, fides reliquarum virtutũ theologicarum antecedentia ſunt. Cuius poſterioris modi oppoſita ſuperioribus ſunt pronunciata: *Sublato antecedente, neceſſe eſt conſequens tolli: & Poſito conſequente, neceſſe eſt, vt ponatur antecedens.* Exempli gratia: 9 *Quomodo inuocabunt eum, in quem non crediderunt?* 10 *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.* 11 *Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum.* Ita 12 S. Chryſoſtomus: *Aut imitari debet*, inquit, *ſi laudat; aut laudare non debet, ſi imitari detrectat: vt qui alium laudat, laudabilem ſe reddat; & qui Sanctorum merita admiratur, mirabilis ipſe vita ſanctitate reddatur.* Idem Pater: *Vnde tu, Chriſtiane, delicatus es miles; ſi putas te poſſe ſine pugna vincere, ſine certamine triumphare.* 13 Idem: *Priuſquam principium ponatur, de fine diſputare ſtultum eſt: priuſquam prima diſcantur elementa, ſuperfluum eſt, & inutile, circa finem verſari.* Idem 14 quoque. *Quid agis, homo? ad Deum accedis, vt propitium reddas; & imprecaris alteri? Niſi dimittas, nec tibi dimittetur, nec tantum ipſe non dimittis; verum & Deum, ne dimittat expoſcis.* Deniq; 15 S. Auguſtinus. *Vbi ſana fides non eſt, non poteſt eſſe iuſtitia: quia iuſtus ex fide viuit.*

9 *Rom.* 10. 10 *Mat.* 19. 11 *Luc* 9. 12 *Chryſoſt. ſerm. de martyribus, quod aut imitandi ſunt, aut non laudandi.* 13 *Hom.* 50. *ad pop.* 14 *Hom.* 79. *ad pop.* 15 *Auguſt. li.* 1. *ſer. Dom. in monte. cap.* 5.

73 *d* Circumſtantia, ſiue Adiuncta, & Accidentia, de quibus copioſe agit 16 Ariſtoteles ſub nomine ſignorum; diſtribuimus in præeuntia, comitantia, & ſubſequentia rem. Et 17 ſunt ea, quæ cum re quidem cohærent, non tamen neceſſario: qua ratione hi loci, quemadmodũ initio diximus, diſtinguuntur à ſeptem proxime ſuperioribus; qui ſunt connexorum cum re, vt in locorum ſyllabo 18 notauimus. Circumſtantium igitur, quædam antecedunt rem: vt portenta, maiorum nobilitas: dies natalis, educatio, conſuetudo, prouocatio, armorum præparatio. Quædam comitantur: vt locus, tempus, occaſio, ſocii, dignitas, officium, &c. quędam denique ſubſequuntur: vt laus, infamia, partæ diuitiæ, exhauſtum patrimoniũ, &c. Quæ omnia, generali hoc pronunciato intelligi vtcumque poſſunt. *Qualia circumſtantia ſunt, talem veriſimile eſt eſſe rem, quam circumſtant.*

d Circumſtantia, triplicia.

16 *Ariſt. li.* 1 *Rhet ca* 8. *& lib.* 2. *c.* 13. 17 *Cic in top. lege Quintil. lib.* 5. *c* 9. 18 *Cap.* 1. *huius ſect. n.* 32. *&* 33.

74 *e* Atq; hic locus, & ſi argumentorum feraciſsimus, neceſsitatem tamen non infert; ſed vt plurimũ, ſuſpicionem tantum, ſæpe etiam probabilitatem: & quidem eo maiorem, quo plura, ac veriſimiliora concurrunt. Ad rem autem amplificandã, atq; ob oculos ſtatuendam, vim obtinet ſingularem. *f* Et maxime ſeruit quæſtioni finitæ. Hinc eſt à præeuntibus circumſtantiis illud 19 Chriſti: *Facto veſpere dicitis, Serenum erit; rubicundum enim eſt cœlum: & mane, Hodie tempeſtas erit; rutilat enim triſte cœlum.* A comitantibus, iſta: 20 *Angeli eorum ſemper vident faciem Patris mei cæleſtis: ergo, ne contemnatis puſillos. Eſt* 21 *hora die tertia: non ergo hi, ſicut vos exiſtimatis ebrij ſunt. Cum* 22 *Sancto ſanctus eris, &c.* A ſubſequentibus, hæc: Nunc 23 erubeſcitis: quem ergo tunc fructum habuiſtis?

e Circumſtanti in vſus, amplificando ac deſcribendo plurimũ confert. *f* Quæſtio finita, multum vtitur circumſtantiis.

19 *Mat.* 16. 20 *Mat.* 18. 21 *Act.* 2. 22 *Pſal.* 17. 23 *Rom.* 6.

Filius

Digitized by Google

24 Luc. 16. Filius 24 prodigus diſsipauit bona ſua, & neceſsitate compulſus eſt
paſcere porcos: male igitur, petita portione patrimonij, à patre receſ-
25 Ambroſ. lib. 9. de virginibus. ſit. 25 S. Ambroſius necem Ioan. Baptiſtæ, atrociſsimam oſtendit, ex
circumſtantiis loci, temporis, cauſæ, modi. 26 S. Chryſoſt ab iiſdem
26 Chryſoſt. hom 3. 23. 77. ad pop. adiūctis, quale debeat eſſe ieiunium, differit: & ab iiſdem adulterinum
Chriſtianum demonſtrat: itemq; Dauidis peccatorum grauitatem, eo-
rumdemq; pœnitentiam exaggerat. De circumſtantijs, tam perſona-
rum, quam actionum, recurret occaſio latius agendi: cum ad inuen-
27 Cap. 13. à nu. 148. tionem trium ſeorſim generum finitæ quæſtionis 27 deuenerimus.
g Et reuocare huc quoq; potes locum Accidentium, quæ communia *g Locus accidentium, ad locū circumſtantiā.*
nominantur.

Hactenus de locis coniunctorum cum re: iam diſiunctorum locos
aperiamus.

CAPVT VI.

Loci Similium, Maiorum, Parium, Minorum.

1 Ariſt. 1. top. 14. a SImilia 1 hoc loco dicuntur, non ea tantum, quorum eadē eſt qua- 76
litas: Sed ea quoque omnia; quibus, aut vnum aliquid conuenit, *a Similium natura, & vſus.*
aut plura, quæ analogiam inter ſe proportionemue habent. Itaque ſi-
milia dicuntur, duæ res candidæ, duo corpora æqualia, duo animalia
eiuſdem ſpeciei, oculus & mens, ſerenitas aeris & maris tranquillitas,
vtraque hæc & animi quies, &c.

2 2. top. c. 4. loco 32. Huius loci vis in duabus 2 maximis fundatur: *Quod in vno ſimilium*
valet, valet in ceteris: Quod non valet in vno, nec in ceteris. Ideo concludes:
Corpus regitur oculis: ergo animus mente gubernatur. Non poteſt
arbor mala bonos educere fructus: ergo nec malus homo ſtudioſas e-
3 Auguſt enchir c. 29. dere actiones. S. 3 Auguſtinus: *Vt, ſi feruenti ollæ ignem ſubtraxeris, ebul-*
4 Lib. 1 de ſerm. Dom. in monte c. 2. *lire ceſſat: ita, diuino amore cedente, incipit anima iacere languida.* 4 *Quemad-*
modum lumen hoc videri non poteſt, niſi oculis mundis: ita nec Deus videtur:
5 Greg hom 29. in Euang. *niſi mundum ſit illud, quod videri poteſt.* S. 5 Gregorius: *Neceſſaria ſigna in*
exordio Eccleſiæ fuerunt; cum, vt ad fidem creſceret multitudo credentium, mi-
raculis fuerat nutrienda: quia & nos, cum arbuſta plantamus, tamdiu eis a-
quam infundimus, quouſque ea in terra iam coaluiſſe videamus; at ſi ſemel ra-
6 Chryſoſt. hom. 22. ad pop. *dicem fixerint, irrigatio ceſſabit.* 6 S. Chryſoſtomus: *Cum aſinum ceci-*
diſſe viderimus, omnes manum porrigere, & pariter erigere ſtudemus. Aſi-
nus eſt, blaſphemus; animi pondus non ferens, cecidit: accede, excita, &c.
Verſare ſemper in diuinis Scripturis: Sicut enim vinum, dum bibitur, triſti-
tiam ſedat, & cor commutat in lætitam; ſic & ſpirituale vinum, dum bibi-
7 Hom. 10. ad pop. *tur, in lætitiam conuertit animam tuam. Si 7 nauigium ſine gubernatore non*
perſiſteret, ſed facile ſubmergeretur: quomodo ſubſiſteret mundus tanto tempore,

gubernante nemine? & , ne quid amplius dicam; nauigium, mundum eſſe puta: temonem ſuppoſitam terram: velum, cœlum: vectores homines: mare, ſubiectam abyſſum. Quomodo igitur tanto naufragium tempore non eſſet factum? Dimitte enim nauigium per diem vnum, abſque gubernatore & nautis; & ſtatim ſubmerſum videbis. Sed mundus tale nihil paſſus eſt: quinque millia, & plus iam habens annorum. Et quid dico nauigium? Caſulam quis paruam in vineis compegit; & fructu ablato, deſertam reliquit: & neque duos ſæpe dies permanet, ſed ſoluitur, & breui cadit. Igitur tugurium quidem, abſque prouidente non ſtaret: creatura vero tanta, tam pulchra, tam mirabilis, &c. quomodo in tantum temporis abſque aliqua prouidentia ſtabilis permanſiſſet? Similitudinũ pleni ſunt libri, tam prophanorum, quam ſacrorum autorum: *b* quorum omniũ feliciſsimum eſt in hoc genere S. Chryſoſtomus.

b S. Chryſ. optimis ſimilitudinibus abundat.

c Iam vero ſimilitudo, quamquam etiam perſuadendi, fidemque
77 faciendi, ac confirmandi vi non careat: nihilominus, teſte 8 Fabio, ad afferendam rei lucem potiſsimum, eiuſque imaginem quamdam animo ſubiiciendam reperta eſt; & plurimum valet ad declarandum atque exponendum.

c Similitudo, aptior eſt declarandæ, quam confirmandæ rei.

8 Quintil. lib 5. cap. 11. & lib. 8. c. 3.

9 Ergo in huius loci tractatione, quod ad rem ſpectat *d* curandum
78 eſt primum, ne id, quod pro ſimilitudine affertur, obſcurum ſit, aut ignotum, aut rei non tam faciliter applicabile. vt enim prædiximus, illuſtrandæ rei ſimilitudo maxime quæſita eſt. Curandum præterea, ne ſimilitudines ex rebus ſordidis nimiſque vulgaribus, aut abiectis artificiis petantur: verum ex rebus nobilibus & præclaris. Quæ ſi nouæ etiam, atque inexpectatæ fuerint: mirum quam ſublimem, floridam iucundam reddant orationem. *e* Quod vero ad collocationem ſpectat: interdum ſimilitudo ſeu ſimilitudinis propoſitio antecedat, & applicatio ſiue redditio ſequatur: interdum, è conuerſo res præcedat, quam ſimilitudo excipiat: interdum vero cum re ipſa commiſceatur ſimilitudo, vtriuſque partibus ſingillatim collatis: &c. Cum ex S. Scriptura ſimilitudo producitur, non paruam gratiam habet (vt ſuo loco 10 iterum explicabitur) ſi primum ſimilitudo explicetur, affabreque formetur; ac mox citetur locus, & verba ſcripturæ ſimilitudinem illam continentia proferantur. caueatur tamen ſatietas. *f* Denique, quod attinet ad modum: ſimilitudo interdum breuiter attingitur. Aliquando fuſius explicatur, deſcriptis nimirum rebus; id eſt, allatis, collatiſque multis proprietatibus rerum inter ſe ſimilium: cum hac tamen cautela, ne minuta nimis, & abiecta attributa referantur; neque in pronunciatione inconditi clamores imitando emittantur. Sæpe coniunguntur ac conglobantur plures breueſque ſimilitudines, præſertim cum amplificare volumus: vt 11 ſuo loco dicetur. Habet quoque venuſtatem, cum in applicatione ſiue redditione ſimilitudinis, vtimur per metaphoram verbis rei ſimilis propriis. Exemplum habes apud

d Similitudo, nec obſcura ſit, nec ſordida.

e Variæ ſimilitudinũ diſpoſitiones.

f Varii tractandi modi.

9 Lege eund. Quintil. ibid.

10 Lib. 3. ſect. 2. cap 4. num. 67.

11 Sect. 3. c. 2. nu. 176.

Digitized by Google

12 *Aut ad Heren. lib. 4.*

apud 12 Q. Cornificium: *Vt hirundines æſtiuo tempore præſto ſunt; frigore pulſæ, recedunt: ita falſi amici; ſereno vitæ tempore præſto ſunt; ſimulatque hiemem fortunæ viderint, deuolant omnes.*

79

g Concionatorũ abuſus circa ſimilitudines.

13 *Ariſt. in poet.*

g Quoniam vero huius loci vſus in colligendis attributis vnius analogi ex attributis alterius, latiſsime patet; & facile eſt, præſertim ingenioſis, autore 13 Ariſtotele, ſimilia in rebus videre: hinc eſt, vt à noſtris concionatoribus hoc tempore frequentiſsime adhibeantur; imo vero conciones fere omnes, eæque integræ, ab hoc vno dumtaxat ſimilitudinis loco pertractentur. Quam ſimilitudinem cum inuenerint, exultant, tamquam iam inuento concionis corpore, methodo, rerumque copia: &, quoniam vt artis, ita vocabulorum quoque artis ignari ſunt; hanc fere vnam ſimilitudinem, Inuentionem concionis appellant. Itaque faciunt per totum ſermonem, Epiſcopum paſtorem, Eccleſiam nauem, corpus Chriſti panem, verbum Dei ſemen, Dei param montem, &c. ex horum videlicet, atque illorum proprietatibus attributiſque collatis. Ergo immemores adagii illius: *Ne quid nimis*, in ſimilitudine ſimilitudinem ſatietatis matrem ingerunt; atq; adeo nauſeam importuna vnius generis inculcatione progenerant: neque non, artis inuentionis veræ prorſus expertes arguuntur; dum eadem hac vna incudine pertunſa, ac crambe repetita, tot alias concionum methodos, tot aliorum locorum gazas atque theſauros ad fidem faciendam reſque confirmandas intactos relinquunt. Non negarim tamen, intermiſcendas ceteris argumentis, & figuris adæquatas pulchraſque ſimilitudines: *h* & cum parabolæ enucleandæ pro quæſtione aſſumuntur, 14 optimum factu eſſe, & fere neceſſarium vt perpetua ſimilitudine diſſeratur; ſubuocatis huc ceteris locis, vt eſſentia cum eſſentia, partes cum partibus, cum proprietatibus proprietates, effectus cum effectibus, &c. comparentur. *i* Atque intelligatur, neceſſe non eſſe, immo vero putidum interdum & violentum, hoc conari, ſimilitudinem duarum rerum in omnibus etiam minutiſsimis inuenire.

h Parabolæ, per ſimilitudinem tractandæ.

14 *Lege ſect. 1. c. 2. nu. 14.*

i Applicatio ſimilitudinis non ſit minuta.

80

k Exempla, parabolæ, apologi ſub ſimilitudine cenſentur.

15 *Le. Quintil. lib. 5. c. 11.*

k Ad hunc locum ſimilitudinis exempla referuntur (re enim vera, exempla ſunt quædam ſimilitudines ab hominibus deſumptæ) 15 ſiue quæ proprie nominantur exempla, id eſt, de rebus vere geſtis: ſiue quæ parabolæ, id eſt, quæ de fictis quidem humanis actionibus, ſed tamen veriſimilibus: ſiue demum quæ apologi, id eſt, quæ de fictis rebus & quadamtenus impoſsibilibus ducuntur, cuiuſmodi ſunt Aeſopica. Ab exemplo eſt hoc argumentum: 16 Quemadmodum Aaron vocatus à Deo fuit, vt pontifex fieret: ita & Chriſtus. A parabola figuli probat 17 Apoſtolus, non poſſe in reprobatione hominum accuſari Deum & 18 ex oleaſtri ramis in oliuam inſertis, Gentiles pro Iudæis adſcitos: & in Euangelio ex multis parabolis Chriſtus Dominus multa probat.

16 *Hebr. 5.*
17 *Rom. 9.*
18 *Rom. 11.*

Digitized by Google

gubernante nemine? & , ne quid amplius dicam; nauigium, mundum eſſe puta: temonem ſuppoſitam terram: velum, cœlum: vectores homines: mare, ſubiectam abyſſum. Quomodo igitur tanto naufragium tempore non eſſet factum? Dimitte enim nauigium per diem vnum, abſque gubernatore & nautis; & ſtatim ſubmerſum videbis. Sed mundus tale nihil paſſus eſt: quinque millia, & plus iam habens annorum. Et quid dico nauigium? Caſulam quis paruam in vineis compegit; & fructu ablato, deſertam reliquit: & neque duos ſæpe dies permanet, ſed ſoluitur, & breui cadit. Igitur tugurium quidem, abſque prouidente non ſtaret: creatura vero tanta, tam pulchra, tam mirabilis, &c. quomodo in tantum temporis abſque aliqua prouidentia ſtabilis permanſiſſet? Similitudinũ pleni ſunt libri, tam prophanorum, quam ſacrorum autorum: *b* quorum omniũ feliciſsimum eſt in hoc genere S. Chryſoſtomus.

b S. Chryſ. optimis ſimilitudinibus abundat.

77 *c* Iam vero ſimilitudo, quamquam etiam perſuadendi, fidemque faciendi, ac confirmandi vi non careat: nihilominus, teſte 8 Fabio, ad afferendam rei lucem potiſsimum, eiuſque imaginem quamdam animo ſubiiciendam reperta eſt; & plurimum valet ad declarandum atque exponendum.

c Similitudo, aptior eſt declarãdæ, quam confirmandæ rei.

8 *Quintil. lib 5. cap. 11. & lib. 8. c. 3.*

78 9 Ergo in huius loci tractatione, quod ad rem ſpectat *d* curandum eſt primum, ne id, quod pro ſimilitudine affertur, obſcurum ſit, aut ignotum, aut rei non tam faciliter applicabile. vt enim prædiximus, illuſtrandæ rei ſimilitudo maxime quæſita eſt. Curandum præterea, ne ſimilitudines ex rebus ſordidis nimiſque vulgaribus, aut abiectis artificiis petantur: verum ex rebus nobilibus & præclaris. Quæ ſi nouæ etiam, atque inexpectatæ fuerint: mirum quam ſublimem, floridam iucundam reddant orationem. *e* Quod vero ad collocationem ſpectat: interdum ſimilitudo ſeu ſimilitudinis propoſitio antecedat, & applicatio ſiue redditio ſequatur: interdum, è conuerſo res præcedat, quam ſimilitudo excipiat: interdum vero cum re ipſa commiſceatur ſimilitudo, vtriuſque partibus ſingillatim collatis: &c. Cum ex S. Scriptura ſimilitudo producitur, non paruam gratiam habet (vt ſuo loco 10 iterum explicabitur) ſi primum ſimilitudo explicetur, affabreque formetur; ac mox citetur locus, & verba ſcripturæ ſimilitudinem illam continentia proferantur. caueatur tamen ſatietas. *f* Denique, quod attinet ad modum: ſimilitudo interdum breuiter attingitur. Aliquando fuſius explicatur, deſcriptis nimirum rebus; id eſt, allatis, collatiſque multis proprietatibus rerum inter ſe ſimilium: cum hac tamen cautela, ne minuta nimis, & abiecta attributa referantur; neque in pronunciatione inconditi clamores imitando emittantur. Sæpe coniunguntur ac conglobantur plures breueſque ſimilitudines, præſertim cum amplificare volumus: vt 11 ſuo loco dicetur. Habet quoque venuſtatem, cum in applicatione ſiue redditione ſimilitudinis, vtimur per metaphoram verbis rei ſimilis propriis. Exemplum habes apud

d Similitudo, nec obſcura ſit, nec ſordida.

e Variæ ſimilitudinũ diſpoſitiones.

f Varii tractandi modi.

9 *Lege eund. Quintil. ibid.*

10 *Lib. 3. ſect. 2. cap. 4. num. 67.*

11 *Sect. 3. c. 2. nu. 176.*

Digitized by Google

11 *Aut. ad Heren. lib. 4.* apud 12 Q. Cornificium: *Vt hirundines æſtiuo tempore præſto ſunt; frigore pulſæ, recedunt: ita falſi amici; ſereno vitæ tempore præſto ſunt; ſimulatque hiemem fortunæ viderint, deuolant omnes.*

g Quoniam vero huius loci vſus in colligendis attributis vnius analogi ex attributis alterius, latiſsime patet; & facile eſt, præſertim ingenioſis, autore 13 Ariſtotele, ſimilia in rebus videre: hinc eſt, vt à noſtris concionatoribus hoc tempore frequentiſsime adhibeantur; imo vero conciones fere omnes, eæque integræ, ab hoc vno damtaxat ſimilitudinis loco pertractentur. Quam ſimilitudinem cum inuenerint, exultant, tamquam iam inuento concionis corpore, methodo, rerumque copia: &, quoniam vt artis, ita vocabulorum quoque artis ignari ſunt; hanc fere vnam ſimilitudinem, Inuentionem concionis appellant. Itaque faciunt per totum ſermonem, Epiſcopum paſtorem, Eccleſiam nauem, corpus Chriſti panem, verbum Dei ſemen, Dei param montem, &c. ex horum videlicet, atque illorum proprietatibus attributiſque collatis. Ergo immemores adagii illius: *Ne quid nimis*, in ſimilitudine ſimilitudinem ſatietatis matrem ingerunt; atque adeo nauſeam importuna vnius generis inculcatione progenerant: neque non, artis inuentionis veræ prorſus expertes arguuntur; dum eadem hac vna incudine pertunſa, ac crambe repetita, tot alias concionum methodos, tot aliorum locorum gazas atque theſauros ad fidem faciendam reſque confirmandas intactos relinquunt. Non negarim tamen, intermiſcendas ceteris argumentis, & figuris adæquatas pulchraſque ſimilitudines: *h* & cum parabolæ enucleandæ pro quæſtione aſſumuntur, 14 optimum factu eſſe, & fere neceſſarium vt perpetua ſimilitudine diſſeratur; ſubuocatis huc ceteris locis, vt eſſentia cum eſſentia, partes cum partibus, cum proprietatibus proprietates, effectus cum effectibus, &c. comparentur. *i* Atque intelligatur, neceſſe non eſſe, immo vero putidum interdum & violentum, hoc conari, ſimilitudinem duarum rerum in omnibus etiam minutiſsimis inuenire. 79

g Concionatorũ abuſus circa ſimilitudines.

13 *Ariſt. in poet.*

h Parabolæ, per ſimilitudinem tractandæ.

14 *Lege ſect. 1. c. 2. nu. 14.*

i Applicatio ſimilitudinis non ſit minuta.

k Ad hunc locum ſimilitudinis exempla referuntur (re enim vera, exempla ſunt quædam ſimilitudines ab hominibus deſumptæ) 15 ſiue quæ proprie nominantur exempla, id eſt, de rebus vere geſtis: ſiue quæ parabolæ, id eſt, quæ de fictis quidem humanis actionibus, ſed tamen veriſimilibus: ſiue demum quæ apologi, id eſt, quæ de fictis rebus & quadamtenus impoſsibilibus ducuntur, cuiuſmodi ſunt Aeſopica. Ab exemplo eſt hoc argumentum: 16 Quemadmodum Aaron vocatus à Deo fuit, vt pontifex fieret: ita & Chriſtus. A parabola figuli probat 17 Apoſtolus, non poſſe in reprobatione hominum accuſari Deum & 18 ex oleaſtri ramis in oliuam inſertis, Gentiles pro Iudæis adſcitos: & in Euangelio ex multis parabolis Chriſtus Dominus multa probat. 80

k Exempla, parabolæ, apologi ſub ſimilitudine cenſentur.

15 *Le. Quintil. lib. 5. c. 11.*

16 *Hebr. 5.*

17 *Rom. 9.*

18 *Rom. 11.*

G 3 Ab

Ab apologo arborum, quę de creando ſibi rege decreuerant, probauit
19 Ioathan ille, male fuiſſe à Sichimitis Abimelech electum in regem, 19 *Iudic.* 9.
interfectis quinquaginta filijs prioris regis Ierobaal: & 20 Apoſtolus 20 1.*Corint.* 12.
ex altercatione membrorum oſtendit, varia eſſe in Eccleſia dona, atq;
miniſteria. *l* Huc etiã reuocantur contentiones, quæ appellantur de-
monſtratiuæ: quibus perſona, cum vna vel pluribus perſonis; res, cum
vna vel pluribus rebus conferuntur.

l Contentiones demonſtratiuę, ad ſimilitudinẽ ſpectant.

m Tractantur autem hæc omnia, tam ſimilitudines, quam exem-
pla, & contentiones, vel arguendo à pari, vel ſi maiori ad minus, aut à
81 minori ad maius: modo iam iam tradendo. *n* Et perſæpe maiorem
vim ad perſuadendum habent, quam vllæ aliæ rationes & argumenta:
dicente 21 Hieronymo: *Quod per ſimplex præceptum teneri ab Auditoribus*
non poteſt; per ſimilitudines & exempla habeatur. *o* Proinde 22 Eccleſia- 21 *Hieron. lib.* 3. *in Mat. cap.* 18.
ſtes lautam ſibi exemplorum ſupellectilem quærat, diſpoſitam per
communes virtutum & vitiorum locos: quibus apposite deinde, & cũ 22 *Le. Quintil. li* 12. *c.* 4.
moderatione vtatur. Sed iam audiamus 23 Chryſoſtomum quomo- 23 *Chryſoſt. hom.* 2. *ad pop.*
do ab exemplo argumentetur: *Quando illaborioſam*, inquit, *vitam degebat*
Adam, paradiſo excidit: quando laborioſam & ærumnoſam Paulus agebat vitam,
in labore & ærumna noctem & diem operans; tũnc in paradiſum raptus eſt, &
tertium in cœlum aſcendit., ne igitur laborem reſpuamus, nec operationem vitu-
peremus, &c. Et 24 rurſus: *Paulus in vinculis & carceribus: ego vero in ebrieta-* 24 *Hom.* 16. *ad pop.*
te, & lauta menſa? & quam aſſequar veniam?

m Quomodo tractentur ea, quæ ſimilitudinum ſunt.

n Exemplorum efficacia.

o Exemplorum copia comparanda.

82 *p* Ad hunc quoque ſimilitudinem & exemplorum locum ſpectant
S. Scripturæ ſenſus: cum videlicet ex litera probamus ſpiritum. Nam
ſenſus ſpiritualis (ſiue ille ſit moralis, ſiue allegoricus, ſiue anagogi-
cus) ſignificatur rebus: hoc eſt, applicatis rebus in hiſtoria ſiue litera
expreſsis, earumque proprietatibus atque attributis ad confirman-
dos mores noſtros, aut Eccleſiæ militantis, triumphantiſue res ac my-
ſteria ſignificanda. Ita ex obiurgatione Dei ad Ieruſalem intelligimus
& probamus reprehenſionem animæ peccatricis: ex eiuſdem vrbis
proprietatibus atque encomiis, vtriuſque Eccleſiæ prærogatiuas ve-
namur.

p S. Scripturæ ſenſus, pertinent ad locum ſimilitudinis.

Eodem modo Regnum cœlorum, aliquando animam iuſti, a-
liquando præſentem Eccleſiam, aliquando futuram repræſentat.
Iam 25 S. Chryſoſtomus trium puerorum conſtantiam, ita morali- 25 *Chryſoſt. hom.* 23. *ad pop.*
ter ad confirmandum applicat: *Hos quidem & nos imitemur. Nam & au-*
rea nunc imago erecta eſt, Mammonæ tyrannis. Ne tympanis igitur mentem ad-
hibeamus, neque tibiis; neque citharis, nec reliquæ diuitiarum vanitati, verum
& ſi ſit opus in paupertatis fornacem decidere, ne refugiamus, ne Mammonam
adoremus, & erit vos in medio refrigerans. Ne igitur horreſcamus paupertatis
fornacem: nam & tunc quidem in fornacem qui deciderunt clariores redditi ſunt;
qui autem adorauerunt, flammis abſumpti. Ex hac fornace Lazarus quoque non
minus

minus illis ſplendens pueris, exiuit: Diues autem in eorum, qui ſtatuam adorauerunt ordine poſitus, in gehenna torquebatur. Igne quidem terribilior paupertas, & magis vere conſueuit: Si tu igitur, cum in pauperiem decideris, gratias egeris; & vincula ſoluentur, & extinguetur flamma: quòd ſi non extincta fuerit; pro flamma fons, quod eſt mirabilius, efficietur. Diues autem ſi fueris, & deſcendens in hanc fornacem, cum pueris conſiſtas; nihil ignis inferre tibi poterit: ſi vero ſeorſum ſedens, in paupertatis flamma conſtitutos contemnas; te flamma comburet. In ignem igitur deſcende, ne ſedeas extra ignem; ne te flamma corripiat: nam ſi te cum pauperibus quidem viderit, à te diſcedet; ſi vero ſeparatum ab eis, tibi ſtatim inſiliet, & te corripiet, &c. Idem 26 S. Doctor Sacroſanctam Euchariſtiam dicit eſſe fontem illum paradiſi: *Aſcendebat, ex paradiſo fons, fluuios emittens ſenſibiles: ex hac menſa fons aſcendit, ſpirituales emittens fluuios. Apud hunc fontem plantatæ, non infructuoſæ ſalices; ſed arbores ad ipſum cœlum peruenientes, fructum habentes ſemper maturum & immarceſcibilem. Si quis æſtuat, ad hunc veniat fontem, &c.* Copioſius hac de re agunt interpretes Scripturarum. Ad *q* quam commendatur Hieronymi Laureti opus illud Siluæ allegoriarum. Cauendum tamen hac in parte, ne Scripturæ allegoriis, noſtro præſertim ingenio fabricatis nimii aut affectati ſimus.

26 *Hom. 71. ad pop.*

q Siluæ allegoriarum liber concionatori vtilis.

Maiorum locus, eſt eorum: quæ maiorem habent probabilitatem, quam ea enunciatio, quæ confirmanda ac concludenda eſt. *r* Propterea vſum atque tractationem, totam habet negatiuam hoc 27 pronunciato incluſam: *Si id, quod veriſimilius videtur, veriſimile non eſt: nec erit illud, quod minus videtur veriſimile. Vt: Si 28 terrena dixi vobis, & non creditis: quomodo, ſi dixero vobis cœleſtia, credetis? 29 Proprio Filio ſuo non pepercit Deus, quin illum nobis traderet: quomodo non ergo cum illo omnia nobis donauit? Si 30 in te ipſo, non ex te debes æſtimare quod es, ſed ex Chriſto: quanto magis in Chriſto, non tua debes æſtimare, ſed Chriſti? Cui 31 commiſiſti Dominici ſanguinis diſpenſationem, cui conſumandorum conſortium Sacramentorum: huic conſortium tui ſanguinis negas? 32 Neſcitis, quid ſit Deus, & quali debeat ore vocari? Quod ſi de quopiam ſtudioſo quidem viro dicimus, Os tuum ablue, & ita commemora: nunc vero, nomen ſuper omne nomen venerandum, in vniuerſa terra admirabile, audientes dæmones horrent, tam temerarie iurantes circumferimus? ô conſuetudinem.* 83

r Comparationis Maiorum, vſus ex Ariſtotele negatiuus.

27 *Ariſt. 2. top. cap. vlt.*
28 *Ioan. 3.*
29 *Rom. 8.*
30 *Ambroſ. lib. 2. in Luc. cap. 2.*
31 *Lib. 1. off. cap. 41.*
32 *Chryſoſt. hom. 26. ad pop.*

Minora ſunt ea; quæ minorem habent probabilitatem, quam habeat quæſtio. *ſ* Idcirco tota huius loci tractatio, affirmatiua eſt, & ſuperiori loco oppoſita: ſub hac 33 maxima: *Si id, quod minus veriſimile eſt, verum eſt; & id etiam verum erit, quod magis veriſimile videtur. Vt; ſi 34 ego Dominus & magiſter, laui pedes veſtros; & vos debetis alter alterius lauare pedes. Si 35 vos, cum ſitis mali, noſtis bona data dare filiis veſtris: quanto magis Pater veſter cœleſtis ſpiritum bonum petentibus ſe da-* 84

ſ Minorum vſus, affirmatiuus.

33 *Ariſt. 2. top. cap. vlt.*
34 *Ioan. 13.*
35 *Luc. 11.*

Digitized by Google

ſe dabit? 36 *Quem magi infantem venerati ſunt in cunabulis, nos Omnipotentem adoremus in cælis:* Et 37 *miramur, ſi Patri defert, qui ſubditur matri? Si in* 38 *magnete lapide, & ſuccinis hæc eſſe vis dicitur, vt annulos, & ſtipulas, & feſtucas ſibi copulent: quanto magis Dominus omnium creaturarum ad ſe trahere poterat, quos vocabat?* 39 *Ignoras, quanta crux perfecit? mortem diſſoluit, peccatum extinxit, Orcum inanem reddidit, diaboli ſoluit potentiam: & ad corporis ſanitatem præſtandam, non eſt fide digna? totum orbem exſuſcitauit: & tu in ipſa non confidis? Sedens* 40 *in tonſtrina, & tondens cæſariem, accepto ſpeculo, crinium compoſitionem examinas; adſtantes conſulis, & ipſum tonſorem, an bene, quæ circa frontem ſunt, compoſuerit; &, cum ſis plerumque ſenex, iuuenilibus inſanire vanitatibus non erubeſcis: animæ vero noſtræ non tantum deformitatem non aſpicimus; verum neque beſtialem indutam ſpeciem, & Scyllam aut Chimæram quamdam, iuxta poetarum fabulas effectam, vel paululum animaduertimus.*

36 Leo ſer. 2. de Epiph.
37 Ambr. li. 2. in c. 2. Luc.
38 Hierony. lib. 1. comm. in c. 9. Matt.
39 Chryſoſt. hom. 21. ad pop. in eos, qui ad corporis ſalutem aurea numiſmata, Alexandri Magni imaginē præferentia, capiti pedibuſue circūligata ferebant.
40 Hom. 23. ad pop.

85 Paria ſunt, quæ parem cum quæſtione probabilitatem habent: *t* ideoque, cum affirmatiue, tum negatiue tractari, hoc 41 pronunciato poſſunt: *Si data propoſitio vera eſt, vel falſa: etiam ea, quæ videtur æque probabilis, vera erit, aut falſa.* Vt: 42 *Vocaui, & renuiſtis; extendi manum meam, & non fuit qui aſpiceret: ego quoque interitu veſtro ridebo.* 43 *Nolite iudicare, & non iudicabimini: Nolite condemnare, & non condemnabimini: Dimittite, & dimittemini: Date, & dabitur vobis.* 44 *Quam clarificata eſt Ieroſolyma Stephano, tam illuſtris facta eſt Roma Laurentio.* 45 *Ita in te vniuerſa perficis myſteria, vt ſicut vnum eſt pro omni victima Sacrificium, ita vnum de omni gente ſit regnum.* 46 *Quid tandem eſt mors? peregrinatio temporalis, ſomnus conſueto longior. Itaque ſi mortem times, time & ſomnum: ſi propter morientes angeris; & propter comedentes, atque bibentes angere: ſicut enim hoc naturale, ita & illud. Ipſius* 47 *terræ aſpectus, omni lingua clarius clamat, & dicit: Ne patretis Sodomorum ſcelera, ne pœnas patiamini Sodomorum.*

t Comparatio pariū, affirmatiua & negatiua.

41 Ariſt. 2. top. cap. 4.
42 Prou. 5.
43 Luc. 6.
44 Leo ſer. in nat. S. Laur.
45 Serm 9. de Paſſ.
46 Chryſoſt. hom 5. ad pop.
47 Hom. 19. ad pop.

86 Sic tractat hoſce tres comparationis locos Ariſtoteles: *u* Cicero 48 vero, 49 Quintilianus, & multi 50 ex recentioribus diuerſa ratione. Nam ex loco maiorum edunt hanc maximam: *Si ei, quod maius eſt, mali aliquid conuenit, aut boni non conuenit: ergo & idem ei, quod minus eſt, conueniet, aut non conueniet.* Ex minorum loco iſtam oppoſitam: *Si ei, quod minus eſt, boni aliquid conuenit, aut mali non conuenit: ergo & idem ei, quod maius eſt, conueniet, aut non conueniet potiori iure.* Denique ex loco parium iſtam: *Quod alicui rei conuenit, aut non conuenit: conueniet, aut non conueniet pari.*

u Comparationis locos aliter Rhetores, atque Ariſtoteles tractant.

48 Cic. in top.
49 Quintil. lib. 5. c 10.
50 Rod. Agric. li. 1. c. 25. & alii.

87 Atque hi quatuor loci, quos hoc capite tractauimus, ſunt diſiunctorum quidem ab re, ſed tamen cum illa conſentaneorum, tres vero, qui conſequuntur, & diſiunctorum, & diſſentaneorum ſunt.

CAPVT

CAPVT VII.

Loci Diſsimilium, Oppoſitorum, Repugnantium.

DIſsimilia a ſunt ea: quibus, qua talia ſunt, nec vnum aliquid commune eſt; nec plura, quæ inter ſe proportionem habeant. Vt, iuſtus & iniuſtus, homo, & bellua, album & nigum. Vſus diſsimilium his maximis docetur: *Diſſimilibus diſſimilia conueniunt: Quod vni diſſimilium, quia diſſimile eſt, conuenit; non conuenit alteri.* Vt: Si belluarum non eſt futura prouidere, quia belluæ non ſunt: hominum erit vtique, proſpicere futurum tempus. Hinc eſt illud 1 Tobiæ iunioris ad ſponſam: *Filij Sanctorum ſumus: ergo non poſſumus coniungi, ſicut Gentes, quæ ignorant Deum.* Et 2 illud Chriſti ad ſuos: *Si ethnici, & publicani amicos tantum diligunt & ſalutant: vos ergo, quibus aliud longe ſublimius eſt inſtitutum, etiam inimicos diligite, iis etiam qui vos oderunt benefacite.* S. 3 Gregorius. *Beata,* inquit, *Felicitas ſeptem filios ſic poſt ſe timuit viuos in carne relinquere; ſicut carnales parentes ſolent metuere, ne mortuos præmittant.* Et 4 S. Chryſoſtomus. *Quis vidit, quis audiuit tam mirabiles pugnas? gentilium certaminum pugiles, cum aduerſariorum capita contriuerunt; tunc victores ſunt, & coronantur: dæmon autem, cum S. Iobi corpus contriuiſſet, omniformi ipſum vulnere perforans, & imbecillius feciſſet; tunc victus eſt, & retroceſſit, &c.* 5 *Niſi nos conſolationem vobis attulerimus; vnde ſolamen aliunde capietis? iudices terrent: igitur Sacerdotes conſolentur. Principes minantur: ideo Eccleſia confirmet, &c. Mundani quidem, & die dormiunt: monachi vero, & nocte vigilant. vere, filij lucis?* 88

a Quid ſint diſſimilia, & quiſnam eorum vſus.

1 Tob. 8.

2 Matth. 5.

3 Greg. hom. 3. in Euang.

4 Chryſoſt. hom. 5. ad Pop.

5 Hom. 6. ad Pop.

b Oppoſitorum quatuor ſunt genera, contradicentia, priuatiua, contraria, ſiue aduerſa, & relatiua. Vulgatum eſt apud logicos, quid hæc ſint: nos eorum tantum pronunciata afferemus. 89

b Oppoſitorum genera quatuor.

c Et quidem contradicentibus, priuatiuis, & contrariis immediatis hoc peculiare 6 eſt: *Ex contradicentibus, ex priuatiuis, ex immediatis contrariis, ſi alterum non conuenit, alterum conueniat neceſſe eſt.* Vt: Si charitas non eſt ambitioſa: igitur eſt non ambitioſa. Aer non eſt tenebroſus: igitur eſt luce perfuſus. Hic homo æger non eſt: bene igitur valet. 90

6 Ariſt. 2. top. ca. 2. loco 17. & in prædicam. ca. 10.

c Contradicentiũ, priuatiuorum, & cõtrariorum immediatorum ratio.

d Contrariis vero omnibus, tam quæ medium habent, quam quæ non habent, hæc 7 pronunciata ſunt propria. *Illud non eſt in ſubiecto dato; quo inhærente, ſequitur, duo contraria ſimul eſſe: Illud non eſt in ſubiecto dato, cuius contrarium non poteſt eidem ineſſe; dummodo illud alterum contrarium ei ſubiecto natura non inſit.* Ita probabis, in voluntate Chriſti, cum in horto orauit, non fuiſſe actum diuinæ voluntati contrarium: ex eo, quod in ea fuit actus diuino beneplacito conformis, qui expreſſus eſt illis verbis: 8 *Verumtamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu,* ſecus enim ſequeretur, duos contrarios actus eodem tempore in eadem voluntate fuiſſe. 91

7 2. top. c. 3. loco 23. & 24.

d Contrariorum tractatio.

8 Matth. 26.

Probabis item, in voluntate fidem non eſſe, ſed in intellectu: propterea quod error in fide, qui fidei contrarius eſt, in voluntate eſſe non poteſt, ſed in intellectu, in quo reſidet omnis error. Non poteris autem ex eo quod frigus in igne eſſe non poteſt, inferre ſicut in ceteris contrariis, non eſſe calorem in igne: calor enim, quia naturaliter ineſt igni, ideo numquam permittit, frigus igni ineſſe poſſe.

92 e Relatiuorum vis.

e Relatius hæc ſunt pecularia pronunciata: *Relatiua mutuo ſe ponunt, tolluntque: Relatiua, ſimul cognoſcuntur, aut ignorantur.* Vt: 9 *Qui* 9 Ioan. 3.
ſponſam habet, ſponſus eſt, inquit Iohannes Baptiſta: ſed IESVS habet ſponſam, nempe Eccleſiam: ergo ipſe eſt ſponſus, Meſsias, & Chriſtus; non autem ego. Et Deus apud 10 Malachiam: *Si ego Pater, vbi eſt* 10 Malac. 1.
honor meus? Si Dominus, vbi timor? quaſi dicat: vos non eſtis aduerſum me, tamquam filij, & ſerui: non igitur ego ſum vobis vt pater, vt dominus. 11 *Ego ero illi in Patrem: ergo ipſe erit mihi in filium.* 12 *Si me cognouiſſetis, & Patrem meum vtique cognouiſſetis.* Atque hæc quidem peculiaria fuerunt. 11 1. Paralip. 17. 12 Ioan. 14.

93 f Omnium oppoſitorũ, generalis modus.

f Generalia vero omnium oppoſitorum pronunciata, ſunt iſta duo. Alterum: *De quocumque affirmatur alterum oppoſitorum, negatur reliquum.* Naſcitur enim hoc ex ipſa oppoſitorum, quæ pugnantia inter ſe ſunt, natura. Vt: Si procedit in via Domini: non igitur non progreditur. Si peccatum admiſit: ergo gratiam amiſit. Si frigidus, aut tepidus es: non igitur calidus ac feruens. Si Cain fuit Abeli frater maior: non fuit illi frater minor. 13 Alterum pronunciatum: *Si alterum è duobus oppoſitis ſequitur alterum è duobus aliis, reliquum ſequetur reliquum: quod ſi poſterius non ſequetur poſterius, nec prius ſequetur prius.* Vt, quia Laudabile Reprehenſibili oppoſitum ſequitur virtutem oppoſitam vitio; cum omnis virtus ſit laudabilis: ideo reprehenſibile ſequetur vitium, nam, niſi eſſet reprehenſibile vitium, nec eſſet laudabilis virtus. Limitationem huius pronunciati, videbis apud 14 Fonſecam libr. 7. inſtit. dialect. cap. 32. 13 Ariſt. 2. top. cap. 3. loco 25. &c. 14 Fonſ. lib. 7. inſt dialec. cap. 32.

94 g Loci oppoſitorum magna vbertas.

g Quod attinet ad vbertatem loci oppoſitorum; ea vtique magna eſt. Cum enim contrariorum eadem ſit diſciplina, & contraria contrariis conueniant, & iuxta ſe poſita inuicemque comparata magis eluceſcant: ſine dubio ex depreſsis attributis contrariæ rei maxime confirmabimus contrarij alterius attributa. Si quidem quo magis deteſtabilem ſuperbiam, auaritiam, impudicitiam, inuidiam demonſtraueris: hoc commendabilia reddes magis humilitatem, liberalitatem, caſtimoniam, charitatem. S. 15 Chryſoſtomus, *Si mater*, inquit, *eſt ſanitatis egeſtas: patet, quod ſaturitas ægritudinis mater eſt.* 16 *Nihil iracundo homine inſuauius, nihil grauius, nihil infeſtius, turpius nihil: igitur è conuerſo, nihil neſcio iraſci iucundius.* 17 Idem probat, vnum, quamuis pauperem, in charitate & concordia eſſe pluſquam mille, & valere plurimum 15 Chryſoſt. ho. 55. ad pop. 16 Hom. 19. ad pop. 17 Hom. 31. ad pop.

Digitized by Google

mum :econuerſo, ditiſsimum hominem,ſed nulli amicum, eſſe rebus omnibus orbatum & nudum.

b Repugnantia, quæ & diſparata, & diſtantia dici ſolent, ea ſunt: 95
quæ de eadem re ſimul affirmari non poſſunt; & latius, quam oppoſita patent. Nam,corpus & ſpiritus,homo & bellua,lapis & lignum,ſubſtantia & accidens, neceſſarium & contingens, & huiuſmodi multa alia, repugnantia ſunt,non tamen oppoſita. Huius loci,talis eſt vſus: *Cui conuenit vnum ex repugnantibus,non conuenit alterum,aut reliqua.* Vt: 18 *Redempti eſtis pretioſo ſanguine agni immaculati :non igitur corruptibilibus, auro & argento.* 19 *Palpate & videte ; quia ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habere.* 20 *Si hominibus placerem,Chriſti ſeruus non eſſem.* 21 *Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Et hoc eſt admirandum*, inquit 22 os aureum, *quod mundi non triſtitia tantum, verum & lætitia damnum habet extremum: in ſpiritualibus vero, contrarium totum; non lætitia modo, verum & triſtitia multum habet bonorum theſaurum. Es* 23 *homo ne venenum euomas aſpidum: homo es; fera ne fias. Propterea tibi factum eſt os: non vt mordeas, ſed vt medearis.*

b Repugnantium natura, & vſus.

18 *1.Pet.1.* 19 *Luc. 24.* 20 *Galat.1.* 21 *Matt 6.* 22 *Chryſoſt. hom.18. ad pop.* 23 *Hom.79. ad pop.*

At, ſi repugnantia ſint immediata in aliquo genere ; habent etiam hoc alterum pronunciatum *Cui non conuenit alterum, vel reliqua præter vnum; eidem conueniat alterum, vel reliquum neceſſe eſt.* Vt: Martyrium, de virtutibus cardinalibus eſt ; & non eſt, aut temperantia, aut iuſtitia, aut prudentia: pertinet igitur ad fortitudinem.

i Diuiſionis locus,ad locum hunc repugnantium immediatorum 96
referri omnino debet. Cuius hæc eſt ratio : vt, enumeratis omnibus membris diuidentibus, *De quacunq; re vnum affirmatur, negatur alterum, vel reliqua: De quo vero negatur alterum, vel reliqua præter vnum; alterum affirmetur, vel reliquum.* Vt: virtus cardinalis,aut eſt iuſtitia,aut fortitudo,aut temperantia,aut prudentia: martyrium, virtus cardinalis eſt,eaq; fortitudo : non igitur eſt aliqua ex reliquis tribus. vel econuerſo : martyrium,non eſt aliqua ex reliquis tribus: igitur eſt fortitudo.

i Diuiſionis locus, ad locum repugnantium.

k Repugnantia Rhetores appellant, vnum contrarium, & effe- 97
ctum alterius contrarij: vt ſunt amor,& deſtitutio. Ita 24 D. Auguſtinus volens oſtendere,ſatisfuiſſe dicere Chriſto, *Ecce* 25 *quem amas infirmatur*: hoc argumento vtitur *: Non enim amat, & deſerit.* Quaſi planius dicat: Amat,ergo non deſerit. Et 26 S. Gregor. *Sunt qui Deum credunt: ſed vbique regnare, nequaquam credunt.*

k Quænam ſint repugnantia apud Rhetores.

24 *Ioan.11.* 25 *Auguſt. tract.49.in Ioan.* 26 *Greg. ho. 10.in Euang.*

CAPVT VIII.

Loci Diuinæ, & Humanæ Autoritatis.

HActenus de locis inſitis: de remotis dicendum reſtat,qui & ipſi ra- 98
tiones ad rem probandam,remotis licet, effundunt. Hi loci, duo

ſunt (& ſi vnus cenſeri poſſet) diuinæ ſcilicet, atque humanæ autorita-
a Locus ab autoritate, quid eſt. tis ſeu teſtimonii ſiue iudicationis. *a* Cum videlicet aliquid ita eſſe confirmamus: quia ſic Deus aut Angelus, ſic is vel iſte homo iudicauit, aſſeruit, definiuit.

99 Et diuina quidem autoritas, ſumma eſt, omnia ſuperans naturalium momenta rationum: vtpote eius, qui nec decipere, nec decipi poteſt,
b Autoritas diuina in quibus eſt. optimus ac ſapientiſsimus Deus. *b* Quæ autoritas in primis tribuitur Sacris Scripturis, in ſenſu literali ſiue hiſtorico intellectis, non autem in ſenſu ſpirituali; niſi talem eſſe alicuius loci ſpiritualem ſenſum, ipſamet Scriptura, aut Eccleſiæ doctrina declaret. Quemadmodum theologi, & ſcripturarum interpretes expreſſe docent. Proxime datur diuina autoritas Apoſtolicis traditionibus. Tum inſtitutis Eccleſiæ vniuerſalis: atq; adeo conciliorum generalium, quæ totam Eccleſiam repræſentant, decretis, à Summo Pontifice confirmatis: nec non ipſorum Summorum Pontificum oraculis. His quippe omnibus Spiritus ſanctus, ne errent, adſiſtit: ac per eos loquitur. Ab hac autoritate S. 1 Ambroſius de martyribus loquens argumentatur: *Qui enim ſocij ſunt contumeliæ Christi, debent & participes eſſe lætitiæ: ita enim dicit B. Apoſtolus. Sicut ſocij paſſionum eſtis, & reſurrectionis eritis: ſi tolerabimus, inquit & conregnabimus.* Eodem modo S. 2 Chryſoſtomus: *Quod tribulatio conferat hoc Sanctis, vt moderentur & humilientur, nec inflentur ex geſtis & ſignis; & propter hoc ipſam euenire Deus permittat: Prophetam,* inquit, *Dauid, & Paulum eadem dicentes audiamus, nempe ille quidem dicit: 3 Bonum mihi, Domine, quia humiliaſti me, hic 4 autem cum ſe in paradiſum raptum fuiſſe præmiſiſſet, ſubintulit, dicens: Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus eſt mibi ſtimulus carnis, Angelus Sathanæ.*

1 Ambroſ. ſerm. 74.
2 Chryſoſt. hom. 1. ad pop.
3 Pſal. 118.
4 2. Cor. 12.

100 *c* Humana vero autoritas, & iudicium, vt vim habeat cognitio-
c Autoritas humana qualis. nem rerum, & virtutem in autore requirit, quemadmodum ſequenti capite fuſius oſtendemus: hanc quidem, vt ne velit; illam vero, vt ne valeat imponere. Atque ex hac autoritate illa ſunt argumenta firmiora; quæ ſunt antiquitate probata. Propterea igitur SS. Patrum Summa, atque firmiſsima habetur autoritas. Ab hoc loco S. 5 Chryſoſtomus: *Audiui quandoque,* inquit, *patres noſtros dicentes, quod antiqua perſecutione viros vere Christianos videre licebat. Nemo pecuniarum curam gerebat, vxoris nemo, nemo filiorum, domus nemo, nemo patriæ: vnum omnibus erat ſtudium, animas ſuas ſaluare. hi quidem in monumentis & ſepulchris, &c. Si vero non creditis, Gentiles interrogate perſequentes; quando Christianorum mores integriores, quando cuncti probabiliores. Ad exiguum quidem redacta tunc erat multitudo; ſed ad magnas virtutis diuitias, &c.*

5 Chryſoſt. hom. 40. ad pop.

101 *d* Iam vero loci autoritatis vſum tradit in topicis 6 Ariſtoteles, duo-
d Vſus locorum autoritatis. bus pronunciatis: *In verborum vſu, vulgi ſequenda conſuetudo: In ſententia de rebus ferenda, iudicium ſapientum.* Quæ duæ maximæ comprehendun-
tur v-

6 Ariſtot. in top.

Digitized by Google

tur vnico illo vulgari ſcholarum dicto: *Loquendum, vt plurimi: ſapiendum, vt pauci.* Exempli gratia: ea, quæ bonam valetudinem efficiunt, ſalubria vulgus appellat: ergo ſalubria ſunt appellanda. Purgandæ bili rhabarbarum medici, roſas Damaſcenas vulgus aptas eſſe opinatur: rhabarbarum igitur, non Damaſcenæ roſæ bilim eiiciunt. Ad prius pronunciatum plura alia reuocari poſſunt eorum, quæ abuſu robur accipiunt. Vt: *In ſalutandi, in habitus, cultuſque, &c. ratione, ſequenda eſt populi conſuetudo.* Ad poſterius vero alia particularia quam plurima. Vt: *Cognitio rerum naturalium, à naturalibus Philoſophis exquirenda: Iudicium rerum temporalium, & æternarum ab earum autore Deo expectandum, &c.* Hinc S. 7 Auguſtinus: *Cum minora præcepta,* inquit, *minoribus, & maiora maioribus dantur; ab eo dantur, qui ſolus nouit congruentem ſuis temporibus exhibere medicinam, &c.*

7 Auguſt lib. 1. de ſerm. Dom in mon. te.

e Locus hic latiſsime patet: confirmari quippe argumentis eius non tantum ipſa quæſtio directe poteſt; verum etiam omnia alia argumenta quæſtionem probantia (quod de ceteris quoque omnibus locis inferius 8 docebimus) ex inſitis locis educta. Verbi gratia, quæſtionem hanc: viro Chriſtiano orationis ſtudium aſsidue colendum; confirmare à loco autoritatis dupliciter poſſum. Primo directe, hac ratione: Chriſtus 9 dixit: *Oportet ſemper orare, & numquam deficere*; & eius 10 Apoſtolus: *Sine intermiſsione orate,* inquit, ergo quiſnam arbitretur, orationis ſtudium vllo vmquam tempore deſerendum? Secundo indirecte, confirmatis videlicet aliis rei directis argumentis. Vt ab enumeratione partium, hoc modo: 11 Monet Apoſtolus, inſtandum orationibus & obſecrationibus interdiu noctuque: ſemper igitur, & ſine intermiſsione orandum. & ab effectis, in hanc formam. Oratio diuinam opem impetrando, remedium eſt omnium tentationum, hortante ſuos 12 Chriſto: *Orate, ne intretis in tentationem*: iam vero tentationes, aſsidue nos infeſtant; cum ex 13 Iobi ſententia, militia, ſiue tentatio ſit hominis vita ſuper terram: igitur aſsidue adhibendum eſt orationis præſidium, &c. Idcirco multam hic locus lectionem requirit: vt eius argumenta, autoritates, hinc inde colligantur. 102

e Loci autoritatis amplitudo.

8 Cap. 11. & lib. 3. ſect. 2. cap. 2. nu. 41.

9 Luc. 18.

10 1. Theſſal. 5.

11 1. Tim. 5.

12 Mat. 26.

13 Iob. 7.

f Atque hinc eſt vt noſtris concionatoribus (peritos ac ſapientes ſemper excipio) ſolus hic locus conciones repleat: 14 repleam facillimum ſit, quam plurimos ſibi libros comparare; ex iiſq; multas hinc & inde autoritates corradere. Quod cum ſatis ſuperque ſit ad confarcinandam concionem, vt horam expleat; ceterum de robore inſitorum argumentorum, de artificio, textura, amplificatione, elocutione, & in ſumma, de operis perfectione non curant: potius autem (quod 15 apud Senecam taxabat in declamatoribus Montanus Varienus) *Scribunt, non vt vincant: & argumentationes, quia moleſta ſunt, & minimum habent floris, relinquunt: Sententiis, explicationibuſque contenti ſunt. cupiunt* 103

f Concionatorum abuſus circa autoritates.

14 Le. Quintil. lib. 12. c. 3. de facil. lectionis.

15 Sen. lib. 9. controu. in proœm.

H 3 *enim*

g Quid eſt in concione res dicere.

enim ſe probare, non cauſam. g Putant ergo, hoc ſolum eſſe, res dicere, autoritates & ſententias congerere: cetera quæcunque, inanium loco verborum habent. 16 Quaſi vero elocutio atque amplificatio non fiant rebus multo magis quam verbis, vt dicetur; & cetera argumenta inſita, non ſint ipſa quoque argumenta, quemadmodum autoritas: h Immo vero efficacius plerumque conuincentia, & rei magis adnexa.

16 *Lege inf. lib 3. ſect. 4. c. 6. n. 287.*

h Inſitorum argumentorum vis.

Quid vetat igitur, quin res pariter, & potiori iure, dicantur? Ergo autoritates, præſertim S. Scripturæ, totam quidam ſacri Eccleſiaſte Orationem (non ego) peruadere debent; qui Scripturæ ipſius verbis continenter, ſi fieri poſsit, loqui debet; quemadmodum, in omnibus quidem Patribus, ſed præcipue in D. Bernardo luculentiſsimum habet exemplum: i verumtamen inſitis rationibus intexandæ ac maritandę ſunt; quarum copiam, vel ipſę Sacræ literæ, & SS. Patres ſuppeditant animaduertentibus.

i Sententiæ, maritandæ rationibus.

104 Ad extremum, circa teſtimonia duo monemus. k Alterum, vt quantum fieri poteſt, ne ſint trita ac peruulgata (niſi magnum habeant pondus) ſed reconditiora, & nihilominus ad probandum aptiſsima. Prophanorum autorum, & maxime Poetarum teſtimonijs parciſsime vtamur: l Intelligentes, autoritatis pondere primam omnium valere S. Scripturam; deinde traditiones; tum Eccleſiæ conſenſum; quarto Summos Pontifices, & concilia generalia; poſt hæc communem Patrum conſenſum; ſexto aliquorum Patrum, & ſi non omnium eumdem ſenſum; ſeptimo conſenſum Scholaſticorum Theologorum; denique Philoſophorum, ceterorumque autorum placita atque teſtimonia. Ex Sacris porro Scripturis, ſenſus literales, aut in littera fundati præferantur myſticis: ex quibus, morales ſunt vtiliores & magis delectant, ſi quid habeant viuidi, acuti, inexpectati; & nihilominus faciles, clarique ſint, atque alijs Scripturæ locis fulti & exornati.

k Sententiæ, nec ſint tritæ, nec ſuperfluæ, neque non ponderatæ.

l Ordo circa vſum autoritatum.

Alterum, quod monemus, eſt, vt rem per ſe claram atque apertam ſuperfluis teſtimonijs ne oneremus: potius vero, quas adducimus autoritates, præſertim S. Scripturæ, diligenter inſpiciamus, ponderemus, verſemus, amplificemus, multa deducamus, &c. quod eſt (vt aiunt) afferre conceptus Scripturales; vt ſuo 17 loco explicaturi ſumus. Niſi tamen confertæ & conglobatæ autoritates, ad mouendum atque expugnandum, breuiter intorquendæ ſint; quemadmodum 18 inferius præcipietur.

17 *Lib. 3. ſect. 2. cap. 4. nu. 54.*

18 *Sect. 3. c. 2. nu. 179.*

CAP.

CAPVT IX.

Autoritas ipſius Eccleſiaſtæ, ad faciendam fidem.

SI *a* aliorum autoritas à dicente producta, ad fidem rei præſtandam multum valet; non parum momenti habet ipſiuſmet dicentis, ac perſuadere conantis autoritas: immo maius interdum ipſis inſitis argumentis. Hæc enim quamquam ſint naturali rationis lumini conformia, per ſeque ad conuincendum efficacia: quia tamen hominis ore proferuntur, & pleraque tantam ſæpe efficaciam, aut tam manifeſtam, ſaltem apud rudes non habent; neceſſe eſt, vt Oratoris autoritate fulciantur. dicente 1 Menandro: *Mores dicentis ſunt, qui perſuadent, non oratio.* quæ, vt 2 ait Plutarchus, vim perſuadendi ab Oratore habet; non ſecus atque à dolio odorem vinum. 105

a Dicentis autoritas, omnibus argumentis præponderat.

1 Menand.
2 Plut. de ciuil. inſtit.

b Quoniam vero humanæ autoritati, vt pollens ſit, cognitionem eius rei, ſuffragari vult, & virtutem 3 requiſiuimus: opus eſt, Oratorem vt perſuadeat, habere quoque apud Auditores opinionem ac nomen exquiſitæ ſcientiæ, & maximæ probitatis. Hoc autem argumentum abunde tractatum videri poteſt fuiſſe in libro 4 ſuperiori; eo loco, vbi de ſcientia & integritate morum Chriſtiani oratoris egimus ex profeſſo: verumenimuero non eſt, quin hoc loco pauca adhuc pro re nata ſubiiciam. 106

b Neceſſaria eſt bona de Oratoris virtute ac ſcientia opinio.

3 Cap. ſuper. nu. 110.
4 Lib. 3. ca. 3. 4. 5.

Atque vt de ſcientia taceam, tamquam de re manifeſte requiſita ad obtinendam fidem rei ſiue quæſtionis, de qua dicimus: *c* nimirum eſt, & omnium ſapientum, cum ſacrorum, tum prophanorum teſtimonio comprobatum, ipſaque planum experientia; quantam vim ad perſuadendum ſupra omnem orationem, obtineat apud Auditores opinio de concionatoris virtutibus vitæque ſanctitate concepta. Quam loquendi fiduciam, ſeu poteſtatem, ſiue ſpiritum, ſpiritusue oſtenſionem appellari poſſe, autor eſt quidam 5 Eccleſiaſticæ rhetoricæ ſcriptor non vulgaris. 107

c Eccleſiaſtes bonus ac prudens loquitur cũ poteſtate.

5 Auguſt. valer. lib. 3. Rhet. Eccl. cap. 40.

Demoſthenes, teſte 6 Plutarcho, Phocionem antagoniſtam, etſi eloquentiæ viribus minime ſibi comparandum; ſuarum tamen Orationum ſecurim appellabat: eo quod eſſet Auditoribus vitæ integritatis opinione maxime commendatus. Sancti 7 Patres, ſimul cum Chriſto, ad vnum omnes, hortantur doctores ſacros; vt vitam ab oratione doctrinaque minime diſcrepantem exhibeant. Et nos quotidie videmus, viros ſanctitatis nomine celebres, non multa alioquin doctrina & eloquentia conſpicuos, paucis ac ſimplicibus verbis facile ad ſe attrahere, commouere, conuertere integros populos: quod tamen de eloquentiſsimis, nec perfectiſsimis non videmus. Quib. vtriſque 108

6 Plut.
7 Legendus inter alios, Auguſt. li. 4. doctr. Chriſt. cap. 27. & 28.

Chry-

Digitized by Google

Chryſoſtomi 8 argumentum aduerſus eos, qui iurandi conſuetudinem excuſabant eorum pertinacia, qui credere ſimplicibus verbis nolunt; accommodare poſſumus: *Quod non iuramentum,* inquit, *faciat hominem fide dignum* (argue tu modo ab oratione iurata ad iniuratam) *ſed vita teſtimonium, & conuerſationis integritas, & mens bona; hinc apparet: ſæpe multi, iurantes diſrupti ſunt, & non perſuaſerunt; alij vero, innuentes tantum, fide digniores multum iuratis habiti ſunt.* 9 *At inquies:* Non credit (*nam & hoc interdum à multis audiui*) *niſi mille iurauero ſacramenta, non credit. Tu es horum cauſa, qui facile iuras: quoniam ſi id non faceres, ſed omnibus conſtaret, quod non iures; mihi crede dicenti, quod his, qui mille deuorant iuramenta maiorem ipſe fidem ſolo nutu inuenires. Ecce enim, quæſo, cui magis creditis: an mihi nihil iuranti, an iurantibus? at inquies, Tu Princeps, & Epiſcopus es. Quid igitur ſi probauero, quod non propter hoc ſolum? In veritate, quæſo, mihi reſpondete: Si continue iurarem & ſemper; numquid mihi prodeſſet præſulatus? nequaquam. Vides igitur, quod non propterea, &c.* Hæc Chryſoſtomus. Et certe, *Quis in cœno fontem requirat? quis ex aqua turbida potum petat?* 10 inquit Ambroſius. Aut quanam facili ratione paupertatem, ſobrietatem, mundi contemptum perſuadeat Eccleſiaſtes ille: qui nitida cute, corpore bene firmo ac præpingui, mollibus veſtimentis indutus, vultu præſefert hilaritatem?

8 *Chryſoſt. hom. 7. ad pop.*

9 *Hom. 16. ad pop.*

10 *Ambroſ. 2. off. cap. 12.*

109 *d* Quamobrem omnes quidem virtutes, ſed eas inprimis, quæ fidei locum præparant apud mentes Auditorum, facere Eccleſiaſtes adipiſci ſtudeat. Cuiuſmodi ſunt religio, zelus diuinæ gloriæ; animi ſinceritas, qua nihil ex concione, niſi Dei honorem, & animarum ſalutem quærere credatur: Charitas, amor, & beneuolentia in auditores: benignitas, & miſericordiæ affectus, vt, quantum fas eſt, omnium ſe moribus accommodare & indulgere curet: libertas in dicendo: zelus, vt iuſtitia inter omnes ſeruetur: temperantia, & honeſtas: modeſtia, & humilitas: moderatio, ne dicam repugnantia, in appetendis honoribus, opibus, dignitatibus: fortitudo, patientia, & magnanimitas: denique prudentia præ ceteris; nam imprudentibus, tantum abeſt, vt fides habeatur, vt ne auditus quidem æquo animo præſtetur. His igitur, ceteriſque virtutibus ſi præditum Eccleſiaſten Auditores crediderint: incredibile eſt, quantum eius orationi, ſententiis, monitis acquieſcent.

d Quænam virtutes bonū pariunt nomen.

110 *e* At enim, quanam ratione bonam hanc de ſe opinionem Auditorum mentibus ingenerabit? Primum, vt ſecundum prædictas virtutes viuere ſtudeat, ſine ſimulatione: nihil enim occultum, quod non reueletur; animus certe per os, per oculos ſpirat. Deinde, vt in priuatis colloquiis virtutes illas moreſque doceat, inſinuet, commendet. Denique, vt in ipſa concione ſententias quaſdam frequenter adhibeat, quæ mores illos virtuteſque ſignificent: quemadmodum in ſcriptis

e Et quanam ratione.

quoque

quoque ſuis omnes fere SS. Patres fecere. *f* Quæ eſt morata illa oratio; quam in Oratore quoq; ſuo poſtulant Rhetores. Ecce 11 D. Chryſoſtomum, ad populum Antiochenum zelo charitatis æſtuantem, atque exclamantem: *Vtinam fieri poſſet, vt ego pro vobis bene mererer, & meritorum brauia vos caperetis: haud tantum crebris admonitionibus vexaſſem. ſed quid agam? hoc irreparabile eſt: cuique* 12 *enim ſecundum opera ſua retribuet. Sicut igitur mater filium febricitantem cernens, dolenti & ardenti aſſiſtens, lugens ægrotanti dicit filio: Vtinam, fili, febrem ego ſuſcipere poſſem, & in me flammam attrahere. Sic profecto & ego dico nunc: Vtinam poſſibile eſſet, me pro vobis laborantem, omnibus recte agere. Sed non licet hoc, non licet: ſed quemque neceſſe eſt, à ſe commiſſorum pœnas pendere; nec videre quis poteſt alium pro alio puniri. Propterea doleo & lugeo, quod vobis die illo accuſatis aſſiſtere non potero: maxime cum neque mihi fiducia apud Deum ſit tanta. Si vero & fiduciam haberem; non ſum Moſe ſanctior, neq; Samuele iuſtior: quos* 13 *ipſos ad tantum virtutis peruenientes, non permiſit adiuuare quid poſſe Iudæos, qui nimio ſe torpori dediſſent, &c. Fratres* 14 *mei chariſſimi & deſideratiſſimi, gaudium meum & corona mea; credite enim mihi quod non aliter dicam: ſi quis innumeras gemmis contextas regales coronas capiti meo nunc impoſuiſſet; non ita lætatus fuiſſem, ſicut profectu veſtro gratulor, &c.*

f Quænam ſit oratio morata.

11 *Chryſoſt. hom. 11. ad pop.*

12 *Eccl. 29. Rom. 2.*

13 *Ierem. 15.*

14 *Hom. 27. ad pop.*

Et quidem de locis communibus, ad quos facile quoſcumque a- 111
lios reuocabis, hactenus. Circa quos obſeruabis duo. *g* Alterum, idem argumentum nonnumquam, ſub variis rationibus atque reſpectibus ex variis locis peti poſſe. Ita aliquod argumentum à cauſis intrinſecis, ducitur etiam à loco partium: argumentum ab antecedentibus, & conſequentibus, inuenire quoque eſt in loco totius vniuerſalis, in cauſa finali, in definitione: quod à diſſimilibus eſt, eſt interdum etiam ab oppoſitis, à repugnantibus: idem quoque non raro eſt à loco ſimilium, & comparationis, &c. Quæ res hunc fructum habet: vt, ſi aliquod argumentum, venantibus nobis, vno in loco latuerit, in alio prodatur.

g Plures loci idem aliquando proferunt argumentum

h Alterum obſeruandum, eſt, eadem ex his locis eruta pronunciata quæſtioni comparatæ deſeruire: cum additione aduerbiorum comparationis. Verbi gratia, ex loco definitionis: *Quod magis rei propoſita definitionem ſuſcipit, id magis eſt tale, &c.* Legendus eſt 15 Fonſeca lib. 7. inſt. dialect. cap. 36. vbi ex omnibus locis ad comparatæ quæſtionis tractationem pronunciata exponit. Sumens illa ex Ariſtotelis 16 topicis ac rhetoricis.

h Comparata quæſtio locis vtitur ſupradictis.

15 *Fonſ. inſt. dial. cap. 16. lib. 7.*

16 *Ariſt. li. 2. 1. & 4. top. lib. 1. Rhet. c. 18. alias 17.*

CAPVT X.

Loci Proprij.

TRactati hactenus loci, ab eiſque erutæ maximæ, communes appel- 112
lantur: propterea quod generales ſunt ac vniuerſales, nulli arti

a Loci proprii, qua ratione ſub communibus accipiendi. ſcientiæque adſtricti. *a* Sub quibus tamen, tamquam ſub generibus, continentur loci omnes, omnium artium & ſcientiarum proprij ac peculiares. Cum enim ad peculiarem artis alicuius materiam contrahuntur; proprij fiunt. Verbigratia locus communis Definitionis, & eius maxima: *Cui competit definitio, competit definitum*, euadunt propria, cum ad rem particularem conſtringuntur: vt ad locum definitionis virtutis, & eius maximam: *Cui definitio virtutis competit, illi competit virtus*. Quam rem 1 ſuperius quoq; explicauimus. 1 Cap. 1. nu. 29.

112 b Propriorum locorũ neceſſitas. *b* Quamuis ergo loci communes, eorumque maximæ ſiue pronunciata cura multa ſint ac diligentia pernoſcenda; quippe quæ viam, & rationem propriorum docent, vſumque & vim tradunt propria tractandi ac confirmandi: tamen ſine propriis parum valent; & in nulla re, vt inquit 2 Ariſtoteles, faciunt hominem peritum; nec ex eis in nulla materia confici ſyllogiſmi aut enthymemata poſſunt. Hæc enim non niſi in propria materia fiunt: educto argumento, id eſt, medio termino, ex loco rei peculiaris. Vnde eſt, vt aliæ artes atq; ſcientiæ, materiam inuentioni præbere; & dialectica, viam docere, omnino recte perhibeantur. 2 Ariſt. lib. 1. Rhet. c. 2.

114 c Exemplũ vſus propriorum & communiũ locorum. *c* Plana hæc faciet exemplum: Ex loco, verbi gratia, definitionis virtutis (ad probandum, quod Petrus vir ſit ornatus virtute) educitur pro argumento, virtutis definitio: quæ eſt, Habitus virum bonum efficiens. Quo argumento accepto, fit ſtatim ſyllogiſmus in hanc formam: Qui præditus eſt habitu efficiente virum bonum, ille vir eſt ornatus virtute: at Petrus habitum illum tenet: Petrus igitur vir eſt virtute ornatus. Hæc porro argumentatio vim habet ex maxima particulari: *Cui competit definitio virtutis, competit ipſa virtus*: quæ de eodem loco particulari, vnde ſumptum fuit argumentum, extrahitur; & maiorem illius ſyllogiſmi propoſitionem (de minori propoſitione non loquimur, pertinet enim ad factum, non ad doctrinam) ſic probat: Cui competit definitio virtutis, competit ipſa virtus: ſed cui competit habitus efficiens virum bonum, competit definitio virtutis: ergo cui competit habitus efficiens virum bonum, competit ipſa virtus. Maxima vero hæc loci particularis ad formam maximæ loci generalis effingitur: ex qua vim ſuam totam habet; & ad quam denique, ſi particularem maximam negari contingat, confugiendum eſt, hoc modo: Cui competit definitio, competit res definita: igitur cui competit definitio virtutis competit ipſa virtus; quæ erat particularis loci maxima, & prior propoſitio. Itaque argumentum loci & materiæ propriæ firmatur ex maxima eiuſdem loci proprii: maxima vero loci propriæ ſtatuitur ex loci generalis ſibi correſpondentis maxima, tanquam propoſitione per ſe nota & pronunciato.

115 d Loci pro- *d* Quæ cum ita ſint, dabit ſedulam operam Eccleſiaſtes, vt locorum

rum communium doctrinæ adiungat peritiam propriorum, theologiæ; philoſophiæ, cum de natura, tum de moribus; iuris vtriuſque. &c. multæ præterea, variæque hiſtoriæ, & eruditionis cognitionem. Vt ſciat de Deo Optim. Max. beatiſq; mentibus diſſerere; de felicitate, de moribus, de virtutibus, de vitiis, & peccatis, de ſacramentis, de fidei myſteriis, diuiniſque beneficiis; de Rebuſp. earumque recta adminiſtratione; de cœlis, de animalibus, de plantis, de metallis, de elementis, & cæteris omnibus. Quorum partim ipſe per ſe, & ex profeſſo tractat: partim ad ea pertractanda, confirmanda, ac illuſtranda conducunt.

prii, vndenam, & qua diligentia comparandi.

116

e Quod vt aſſequatur, multa meditatione, & multo etiam maiori lectione opus habet: vt naturas rerum, proprietates, & attributa pernoſcat: vt peruideat rerum ſimilium differentias, & ſimilitudines differentium, vt calleat ea, quæ cum re coniunctionem, aut oppoſitionem habent: vt notata ſeruet complura pronunciata, multaſque ſententias, & apophtegmata eorum, qui conſulti & illuſtres in quouis rerum genere fuerunt.

e Lectio & meditatio locorũ propriorũ copiam excutiunt.

117

f Ex librorum ſiquidem, tam ſacrorum quam prophanorum lectione (vt hoc obiter ex occaſione declarem) nihil aliud elici debet, neque adeo poteſt, quod ad confirmationem, de qua nunc agimus, attinet; niſi argumenta propria rerum, de quibus illi agunt: non ſecus, ac cum à nobis meditantibus, proprio ingenio inueniuntur. Quæ argumenta, partim ſunt remota; vt autoritas Scriptoris, cum aliquid affirmat: partim inſita; vt reliqua omnia, quæ autor ille ad confirmanda quę affirmat, propria ſcientia ac meditatione, aut etiam aliorum librorum lectione adinuenit. Quæ eſt ratio cur nos (vt alias 3 non ſemel notaui) in libris quam maxime verſatos eſſe oporteat: nimirum vt ingenium noſtrum aliorum ingeniis ſubleuemus; & ſi quid forte in argumentorum excogitatione induſtriam noſtram præterierit, aliorum ſtudio, præſertim Scholaſticorum Theologorum ac Philoſophorum, & nominatim S. Thomæ conſequamur: ac præterea, vt noſtra inuenta, Dei, & Sanctiſsimorum, doctiſsimorumque virorum autoritate ſolidemus. Autoritas enim, vt eo 4 loco docuimus, latiſsime diffunditur: ac non tantum rei ipſi ſiue quæſtioni, directe; verum etiam ceteris ipſis argumentis inſitis quæſtionem probantibus argumentum præbere poteſt. Atque hoc eſt, aliorum laboribus vti ſapienter, & oculis artis volumina perluſtrare. *g* Ex quibus deinde, & maxime ex S. Scriptura, Sanctiſque Patribus, res & argumenta notabilia excerpta, in libris memoralibus per rerum, Euangeliorumque locos ſummatim tranſcribantur: vt, cum vſus aduenerit, ad manum multa atq; ſelecta habeantur. Quemadmodum fuſius 5 in ſuperioribus declaratum eſt.

f Librorum vſus fructuoſus.

g Libelli memoriabiles.

3 *In præfat. & lib. 1. c. 5. nu. 31. 32.*

4 *Cap. 8. nu. 102.*

5 *Lib. 1. c. 5. nu. 43.*

118 *b Eruditionis vniuerſitas, Oratori neceſſaria.* *b* Hanc igitur (vt ad inſtitutum reuertamur) encyclopædiam, ſiue ſcientiarum & eruditionis vniuerſitatem ab oratore ſuo veteres exegerunt: quippe cui de quacumque re propoſita, apte, ſapienter, copioſe, id eſt, eloquenter incumberet dicere. Plane enim 6 Cicero docet, eum, quem ipſe graphice deſcribit Oratorem atque eloquentem, ſine Philoſophia conſtare non poſſe: ipſam quippe eloquentiam ex intimis ſapientiæ fontibus fluere. de ſeque non ſemel prædicat, Oratorem ſe, nequaquam ex officinis Rhetorum (qui, vt Dialectici, nudam illam dumtaxat generalium locorum doctrinam exponunt,) ſed ex Academiæ ſpatiis extitiſſe. 7 Ex quo magnitudinem difficultatemque Oratoriæ facultatis exaggerat. Hinc quoque 8 Ariſtoteles ſæpe concludit, Rhetoricam, non dialecticæ modo, verum etiam ſcientiæ ciuilis ſiue moralis Philoſophiæ eſſe quamdam propaginem: vt, præter omnem differendi rationem, morum quoque atque virtutum cognitionem, & perturbationum animi naturam calleat. Ideo enim aliquandiu, præceptores eoſdem fuiſſe morum, atque dicendi, 9 notat Quintilianus. Qui & 10 ipſe multus eſt in hac parte confirmanda. *i Eloquentiæ præſtantia & difficultas.* *i* Ergo dicendi ars, non eſt adoleſcentulorum tantummodo, vt nunc vulgo creditur: ſed præclariſſimorum potius, doctiſſimorumque virorum. Quod autem in ſpecie ad ſacrum Eccleſiaſten pertinet; Scientiarum, & eruditionis eius neceſſariam ſupellectilem, alio 11 loco demonſtrauimus.

6 Cic. in Orat.
7 De Orat. ſub initium 1. & 2. libri.
8 Ariſt. li. 1. Rhet. c. 5 & lib. 2. c. 29. & alibi.
9 Quintil. li. 12. cap. 2.
10 In proœm. inſt. & li. 1. à cap. 16. & li. 12. cit.
11 Lib. 1. ca. 5. à nu. 31.

CAPVT XI.

Locorum Vſus.

119 *a Ars inuētionem reddit procliuem.* ARgumenta *a* inuenire, ingenij eſt: facile inuenire, artis. Idcirco hac locorum communium: & ſub iis propriorum artificioſa ſerie procliue redditur ingenium ad inuentionem argumentorum.

120 *b Quæſtio, ducenda per locos.* *b* Ergo, cum aliqua fuerit propoſita quæſtio, ſingulæque eius exploratæ voces; ducatur per enumeratos locos, tum ſubiectum, tum prædicatum ſiue attributum illius, tum etiam ipſa tota complexio. conſiderentur rei genera, ſpecies, definitio, partes, proprietates, cauſæ, effecta, oppoſita, ſimilia, circumſtantia, &c. Signumque detur argumentis, vt ad bellum prodeant, propoſitumque confirment. *c Argumētorum delectus.* *c* Quoniam vero plurima ſe turba effundet; præſidente iudicio delectus habeatur: vti leuiora, quæue ad rem non multum faciunt, reiiciantur; aut etiam, ſi validioribus argumentis pertractandis tempus vix ſatis futurum præuideatur, minora, quamuis alioquin ad rem conducentia relinquantur: communia quoque, & non neceſſaria, vt plurimum prætermittantur.

d Ordo

d Ordo autem efficacitatis argumentorum, hic eſt; vt maximi æ- 121
ſtimentur rationes illæ, quas logici vocant A priori; his enim effectus
per ſuam veram immediatamque cauſam probatur, quare intellectus
euidentiſsime conuincitur. Deinde, argumenta neceſſaria præſtant
probabiliter: Et quæ ducuntur ex locis coniunctorum cum re, illis,
quæ à diſiunctorum locis exiſtunt. Quæ item clara ſunt, atque in com-
muni hominum opinione fundata, reconditis, nimiumque ſubtili-
bus, & ſcholarum propriis potiora ſunt: quæ & ipſa, in loco poſita, ſua
non carent vtilitate. Noua etiam & inopinata, cum delectatione ex-
pugnant.

d Ordo efficaciæ inter argumenta.

e Ex locis enim, vt ſcias, quidam ſunt vberiores, aut maioris pon- 122
deris argumenta ſuggerentes: vt definitio, deſcriptio, partes rei, cau-
ſæ, effecta, antecedentia & conſequentia, circumſtantia; contraria, &
repugnantia; ſimilia, & diſsimilia. Nonnulli vero ſteriliores, ac leuio-
ris momenti argumenta vt plurimum producentes: vt verbi gratia
notatio, coniugata. Immo vero idem locus aliis diſputationibus ab-
undantius occurrit & aptius; aliis anguſtius & ineptius: nec ſemper in
omnibus quæſtionibus, ex iiſdem locis eadem argumentorum mo-
menta ſunt. Legi poteſt 12 Rodolphus Agricola libro ſecundo de in-
uentione dialectica.

e Loci, alii vberiores aliis.

12 *Agric. li. 2. de inuen. dial. c. 20. 21. & 22.*

f Iam vero, quoniam primaria & principalia argumenta, id eſt, 123
directe quæſtionem probantia, tractanda deinde ſunt atque amplifi-
canda, ſingillatim, & perducenda, ſi fuerit opus, vſque ad prima prin-
cipia; quod res, rem non ſuperficietenus tractare, ſed in eius viſcera
penetrare, & perſuadere: idcirco attentiſsime aduertatur velim (id
quod 13 ſuperius in argumento ſolum autoritatis indicauimus) qui-
nam ſit tantæ inuentionis penus. Nimirum iidem ipſi enumerati loci.
Cum enim ipſi cuiuſcumque rei loci ſint, partim inſiti, partim remo-
ti; & vnumquodque argumentum ex quolibet locorum eductum,
etiam ipſum res ſit quædam, de qua poſsit eſſe quæſtio: habere certe &
ipſum debet prædictos omnes locos. Et horum rurſus vnumquodque
eoſdem. Et ita deinceps in infinitum. In quo animaduertite iam, v-
trum materia cuiuis tractandæ quæſtioni poſsit illi deficere, qui artem
hanc inuentionis tenuerit, an non potius difficillime inueniat dicendi
exitum, niſi (quod ſemper moneo) prudentiam ad delectum adhibue-
rit; vt ex agro feraciſsimo, quæ magis ad rem, & ad perſuadendum ef-
ficaciora fuerint, illa ſolum efferat? verum animaduerſionis huius ite-
rum 14 ſe dabit occaſio.

f Argumentorum ex locis eductorum tractatio & amplificatio, ex iiſdem locis.

13 *Cap. 8. nu. 101.*

14 *Lib. 3. ſect. 2. c. 2. à n. 41.*

g Denique, vt exhauſtos locorum theſauros vno intuitu perſpi- 124
ciatis: ſic habetote, hoſce locos, non tantum materiam omnis proba-
tionis, confirmationis, & doctrinæ (vt iam oſtendi) ſuppeditare: ve-
rum etiam omnis amplificationis ad mouendos animos, vt 15 paulo

g Locorum theſauri explicati.

15 *Sect. 3. c. 2. nu. 171.*

inferius docebo. Neque modo tota amplificationis materia hinc deſumitur: ſed & omnis dilatatio, atque ornatus orationis; tropi, atque figuræ eloqvendi, quibus oratio ſuis quaſi luminibus ſpiculiſque decoratur, armatur. vt metaphora ex loco ſimilium, Sinecdoche ex loco potiſsimum totius, & partium, periphraſis ex loco deſcriptionis, &c. Ad variandas item ſententias, dicendique formulas; vt idem nunc per effectus, nunc per cauſas, per antecedentia, per conſequentia, per contraria, per definitionem, &c. explicetur: atque adeo ad præſtandum, vt oratio rhythmice ferri, vtque plene numeroſque periodi cadere poſsint; & omnino ad omnem orationis varietatem ac pulchritudinem, quantum habent momenti? de quibus agendi locus 16 eſt in elocutione, tertio Oratoris officio. *h* Ad ponderanda quoque, expendenda, tractandaq; autorum, præſertim S. Scripturæ teſtimonia (quod inuenire conceptus ſcripturales appellant) quem campum aperiunt? cum ex aliqua ſententia poſsimus arguere ad maiora, minora, paria, antecedentia & conſequentia, contraria, &c. inquirere cauſas, conſiderare circumſtantias, attendere ſimilia, &c. de quibus 17 alibi dicetur fuſius. In ſumma, quidquid in Oratoria, aut in poetica oratione dicitur; quidquid in quouis ſcientiæ genere penſitatur, docetur, ſcribitur, aut diſputatur; & omnino quidquid vſquam aliqua de re dicitur, aut ad declarandam aliquam veritatem conducit: id ferme omne eſt in his locis. quemadmodum ſolerter inter alios 18 Agricola, & 19 Titelmannus animaduertere. *i* Quæ res profecto declarat, quam exploratos & exercitos, quam familiares & paratos, quam in conſpectu, ad manum, atq; vſum habere illos debeamus: cum ſine ipſis, neq; inuenire, neq; amplificare, neq; mouere, neq; eloqui, neq; adeo mutire ſcienter atq; Oratorie poſsimus. Id quod aſſequemur, non modo propria ſingulis in rebus ex cogitatione locorum; ſed multo magis autorum, qui excogitarunt, obſeruatione. 20 Quo ſtudio & vſu efficietur denique, vt ſponte deinceps occurrant, quę prius, vt occurrerent, erant ſolicite inueſtiganda.

h Conceptus Scripturales.

i Locorum ſtudium commendatur, & modus addiſcendi præſcribitur.

16 Lib. 3 ſec. 3. c. 2. n. 121. 183.

17 Li. 3. ſect. 2. ca. 4. à nu. 56.

18 Agric. in libris de inu. dialect.

19 Titelm. in lib. de locis di l. c. 4. 17. in fine.

20 Lege Quintil. l. 5. cap. 10.

125 De argumentationibus, quibus inuenta argumenta explicanda ſunt, atque formanda; in elocutionis 21 tractationem conſulto diſtulimus.

21 Lib. 3. ſec. 2. c. 1. à n. 27.

CAPVT XII.

Paradigma Quæſtionis ducta per locos.

126 QVamquam *a* inſtitutæ breuitati ſatis fuiſſet, compluribus locos ſingulos exemplis illuſtraſſe: haud tamen ſine operæ pretio, neq; ingra-

a Exemplũ

ingratum, opinor fuerit; ſi quampiam vnam quæſtionem per omnes locos, veluti properantes deducamus, ex iiſque argumenta, quæ promptiora erunt, euocemus. Quæſtio autem, ſiue propoſitio, ſit hæc: Quod Chriſtiano viro diuinorum contemplationi frequenter occupare mentem, expediat. iuxta illud, quod in 1 Euangelio legitur. *Maria optimam partem elegit.*

[quæſtionis, argumentis confirmatæ.]

[1 Luc. 10.]

127 *b* A definitione confirmabis: Quia contemplatio eſt operatio intellectus (nobiliſsimæ potentiæ) circa diuina (obiectum præſtantiſsimum) verſans. Eſt item actio, felicem, quantum in hac vita licet, hominem reddens. Immo eſt ipſamet huius vitæ felicitas ac beatitudo, & regnum illud cœlorum quod intra nos eſt, inquit 2 Baſilius. vt enim naturalis beatitudo hominis in excellentiſsima naturalium functionum, teſte 3 Philoſopho, ſita eſt; nimirum in Dei, quantum naturæ viribus cognoſci poteſt, frequenti ſpeculatione: ita ſupernaturalis felicitas, in Dei ſupernaturali cognitione conſiſtet; hic quidem frequenti, per fidem; ibi vero perpetua, per ſpeciem & apertam viſionem.

[*b* A definitione.]

[2 Baſil. apolog. ad Caſarianos epiſt. 112.]

[3 Ariſt. lib. 10. eth. ca. 7. & 8.]

128 *c* A deſcriptione: Contemplatio eſt quædam operatio, intelligentiam hominis ad ſuperna altiſsimaque extollens; & interdum ecſtaſim faciens, vſuque ſenſuum hominem priuans; voluntatem dirigens, mores conformans, os in diuinas laudes reſoluens, &c. Eſt clauis, qua cœlum aperitur: *Quid eſt oratio*, inquit 4 Auguſtinus, *niſi aſcenſio animæ à terreſtribus ad cæleſtia, inquiſitio ſupernorum, inuiſibilium deſiderium?* Et ſimiles aliæ deſcriptiones.

[*c* A deſcriptione.]

[4 Auguſt. ſerm. 230. de temp.]

129 *d* A notatione: Contemplatio enim, dicta videri poteſt, quaſi templi conformatio atque conſtructio: propterea quod mentem noſtram Dei templum auguſtiſsimum, ſanctiſsimumque reddat.

[*d* A notatione.]

130 *e* A coniugatis: Nam ſi contemplatio eſt virtus religionis, honeſta, atque vtilis: igitur frequenter contemplari, eſt honeſte, ſtudioſe, vtiliter identidem agere.

[*e* A coniugatis.]

131 *f* A partibus. Cum ſiquidem expediat, animum frequenter intendere diuinæ eſſentiæ eiuſque attributorum conſiderationi: meditationi beneficiorum, tam quæ nobis in hoc exilio collata, quam quæ ſeruata à Deo ſunt in patria; nec non cognitioni operum Dei, quas pœnas ipſe delictis, quæ præmia recte factis rependit, &c. erit vtique expediens, contemplationi (quæ de his omnib. eſt) frequentem intelligentiæ operam collocare.

[*f* A partibus.]

132 *g* A toto, ſiue à rei genere, expedire contemplationem oſtendemus: Quia virtus ſit; quia virtus religionis; quia denique religionis, talis virtus, nimirum intelligentiæ in diuinorum ſtudio occupatrix.

[*g* A toto.]

h A cau-

133 *h A cauſis.*

h A cauſis. Et primum commendabimus actionem hanc, virtutemque præſtantiſsimam, à materia; tum ſubiecta, qui eſt rationalis animus, animique facultas nobiliſsima, nempe intellectus; cui natura congruit contemplatio, vt notant ſancti 5 Baſilius & 6 Gregorius: tum obiecta, quæ ſunt diuina. A forma: Quia eſt actio intellectus, exprimens ſummum illud contemplationis ac felicitatis exemplar; quod in cœlo Beati de Deo, Deus de ſeipſo poſsident. Ab efficiente: Quia hæc eſt animæ intellectricis operatio, adiutæ atque eleuatæ ſpeciali auxilio & gratia Dei; cuius donum gratuitum eſt contemplatio. Scribit enim 7 Bernardus, contemplationem fieri ex condeſcenſione verbi Dei ad humanam naturam, per gratiam; & exaltatione humanæ naturæ ad ipſum verbum, per diuinum amorem. Denique à fine; qui eſt Dei gloria, ſuiipſius ædificatio ac felicitas, augmentum gratiæ, copia meritorum, & conſequenter cœleſtis gloriæ cumulus: 8 *Hæc eſt vita æterna; vt cognoſcant te Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.* 9 Impedimenta remouenda ad conſecutionem huius doni cœleſtis, ſunt peccata; curæ terrenorum actuum; corporalis, præſertim capitis infirmitas; irruentium phantaſmatum copia; vehementia perturbationum, &c. Media, quibus comparatur, ſunt puritas cordis: 10 *Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt*; cultura virtutum; cordis ſenſuumque cuſtodia; ſolitudo, ſacra lectio, conſideratio vitæ Sanctorum, oratio conſtans; denique prædictorum impedimentorum euictio.

5 Baſil. epiſt. 141. apolog. 6 Greg. li. 8. moral. c. 14. 7 Bern. in paruis ſerm. 8 Ioan. 17. 9 Bern. ſer. 5. de Aſſumpt. & ſer. 23. in Cant. Greg. 10. moral. c. 17. D. Th. 2. 2. queſt. 180. Caſſ. coll. 10. cap. 11. 10 Matt. 5.

134 *i Ab effectis.*

i Ab effectis: qui plurimi eſſe poſſunt, vt voluntatis 11 deuotio, intelligentiæ illuſtratio & ornamentum; lætitia ſpiritualis, animi quies ac tranquillitas, & quidam veluti ſomnus; ſecuritas à ſathanæ inſidiis; ablactatio à terrenis caducíſque delectationibus; cognitio ſui, exemplo 12 Iſaiæ, qui tunc ſe pollutum labiis agnouit, cum in Dominum ſolio excelſo inſidentem oculos fixit; 13 vitiorum exterminatio; virtutum lauta ſupellex, charitatis in primis, cuius ignis (inflammata ab intellectu voluntate) in meditatione exardeſcit; morum compoſitio, vitæque perfectio; meriti, mercediſque exuberantia; zelus animarum, &c. Effectus quamplurimos & commoda contemplationis habes apud S. 14 Bernardum in Libris de conſideratione; præſertim in primo, paulo poſt medium, vbi conglobatim eos enumerat.

11 Greg. ho. 14. in Eze. & 5. moral c. 21. Chryſoſt. ho. 66. in Ioan. & ho. 79. ad pop. Greg. 27. moral c. 12. 12 Iſa. 6. 13 Baſil. ho. 15. de fide. Bern. ſer. 25. in Cant. Hier in c. 31. Ierem. Greg li. 2. in Eze. hom. 15. Ber. ſer. 57. in Cant. 14 Lib. 1. de conſid.

135 *k Ab antecedentibus.*

k Ab antecedentibus: Contemplatio enim eſt actus virtutis religionis: honeſtum igitur eſt, atque expediens, frequenter in illa verſari.

136 *l A conſequentibus.*

l A conſequentibus: Etenim ſi vis ſummam, quam potes in hoc ſæculo, felicitatem conſequi, ſi voluntatem in diuino amore inflammare; eſto in diuinorum contemplatione frequentiſsimus.

m A cir-

m A circumſtantiis,multa ad rem elicere poteris: vt à loco,à tem- 137
pore, à modo, à difficultate vel facilitate, à perſona contemplantis, à *m A circumſtantiis.*
diſpoſitione ad contemplandum requiſita,ab obiecto,à fine,&c.Ita S.
15 Hieron. in c.3.Ierem. 15 Hieronymus ſacram theoriam à tempore commendat:quod nimi-
rum vita actiua vna cum corpore deficiat; contemplatiua autem hic
incipiat, & in cœleſti patria perficiatur, æternumque perduret. Sunt
item adiuncta, fides, ſpes, charitas, attentio, ceteræque virtutes, quæ
Deo gratam faciunt orationem & contemplationem.

n A ſimilibus: Vt enim oculorum perſpicacem vſum habet, fa- 138
cili negotio offendicula declinat; multa ad vitæ experimentum, ad a- *n A ſimilibus.*
nimi ſolatium multa percipit: ita qui mentis aciem frequenter con-
templando exercet, multa prouidet, multa cauet; ac ſeipſo quotidie
melior, ſpirituali gaudio hilareſcit. Optimum ex Scriptura Symbo-
16 Auguſt. tract.7. in Ioan. lum ac figura neceſſariæ contemplationis,vt notat 16 Auguſtinus,fuit
illa viſio Patriarchæ 17 Iacob de aſcenſu deſcenſuque Angelorum:Et
dictum 18 Chriſti ad Nathanaelem de iiſdem ſuper Filium hominis
17 Geneſ.28. *18 Ioan.1.* aſcendentibus & deſcendentibus. Exemplum ſacri ſtudij huius præ-
19 Gen.24. buit Iſaac 19 Patriarcha: cui conſuetum erat in agrum matutinis horis
20 Pſal.118. egredi ad meditandum. Exemplo fuit Regius 20 Propheta: qui licet
21 Chryſoſt. hom.79.ad pop. rex 21 eſſet, innumeris immerſus curis; tamen non videbatur ſatis
ſuo deſiderio feciſſe, quod & in matutinis, & in reliquo die ſepties ad
Deum extuliſſet mentem; niſi etiam media atque intempeſta nocte ad
quietam cum Numine conuerſationem ſurrexiſſet. Exemplo noſtra
22 Luc.10. 22 Maria: quæ relicto ſorori externorum miniſterio, ad Chriſti pedes,
aſsidua otiabatur.Exemplo denique Antonius ille Magnus: cuius ſæpe
contemplantis Sol exoriens frontem feriebat in eodem ſitu, quo ter-
23 Luc.6. Greg.6. moral.c.25. gum occumbens ante ferierat.Sed prototypi ſunt,Chriſtus 23 Domi-
nus; qui ſemper quidem & continenter, noctibus tamen inprimis
contemplationi inuigilabat: Et 24 Apoſtoli,qui omnes ſummi con-
24 Act.2.4. templatores fuerunt:quemadmodum ex Actis ipſorum,& 25 ſecunda
25 2.Corint.4. ad Corinthios liquet.

o A maiori ad minus: Si non negligimus, neque inutiles exiſti- 139
mamus ceteras humanas ſcientias, aut indignas, quibus multos annos *o A maiori.*
animum applicemus: quæ tandem iniuria eſt,huic plane diuinæ,com-
mentationi frequenter occupare mentem, indignum, iniucundum,
inutile reputare?

p A minori ad maius: Etenim ſi iuſtitiæ, ſi fortitudinis, ſi tem- 140
perantiæ, ſi ceterarum minoris notæ virtutum actus frequentes ede- *p A minori.*
re, lucro magno apponimus; quanto magis fructuoſum exiſtiman-
dum eſt, frequenti ſtudio huius præſtantiſsimæ virtutis actus elice-
re: quæ circa diuina verſatur, & reliquarum omnium virtutum eſt
parens?

Digitized by Google

141 *q A pari.*
q A pari : Si voluntatem ad amandam amplectendamque diui-
nam illam pulchritudinem, cum ſumma iucunditate, emolumento,
honeſtate occupamus : credamus etiam, non minus nobis expediens,
honeſtum, iucundumque fore, ſi intellectum quoque ad ipſius con-
templationem crebrius eleuemus.

142 *r A diſſimilibus.*
r A diſsimilibus: Si ethnici, quibus Euangelii lumen haud affulſit,
terrenis tantum inhiant more brutorum: noſtræ vtiq; Chriſtianorum
partes eſſe videntur, regnum Dei quærere, ſurſum aſpectare, ac mente
cum cœleſtibus cœleſtes conuerſari.

143 *ſ Ab oppoſitis.*
ſ Ab oppoſitis: Si Dei obliuio; ſi error, aut ignoratio circa res di-
uinas adeo pernicioſa atq; abſurda ſunt: quam decens, obſecro, quam
expediens erit illarum vera cognitio, & crebra memoria, quæ con-
templando habetur?

144 *t A repugnantibus.*
t A repugnantibus: Felicitas hominis (quæ eſt ſumma eius dele-
ctatio cum honeſtate atque vtilitate coniuncta) ſita eſt in functione ſu-
premæ animi facultatis, quæ eſt intelligentia: ea porro functio felici-
tatem non affert, ſi circa res creatas obuerſetur (hic, de ſcientiarum
humanarum defectu, incertitudine, exiguo fructu, &c.) felices igi-
tur beatique erimus, ſi diuina contemplemur. Potes hic contempla-
tionem cum vitæ actuoſæ functionibus, ſiue Mariam cum Martha
comparare.

145 *u Ab autoritate diuina.*
u Ab autoritate diuina: Dicitur enim Pſalmo 25 primo beatus 25 *Pſal.* 1.
ille vir, qui in lege Domini interdiu noctuque meditatur: vbi quoque
meditationis huius fructus enumerantur. In 26 ceteris quoque Pſal- 26 *Pſal.* 17. 46. 114 142. *&c.*
mis multus eſt Propheta in commendatione meditationis operum &
mandatorum Dei. Eccleſiaſtici 27 decimoquarto: *Beatus vir, qui in ſa-* 27 *Eccl.* 14.
pientia morabitur, & qui in iuſtitia ſua meditabitur, &c. vſque ad finem ca-
pitis. & capite 28 decimooctauo : *Non impediaris orare ſemper.* Idcirco 28 *Eccl.* 18.
Spiritui ſancto ſuo conformiter 29 Chriſtus Dominus: *Oportet*, inquit, 29 *Luc.* 18.
ſemper orare, & numquam deficere. Et Magiſtro concorditer 30 Apoſto- 30 1. *Theſ.* 5.
lus, *Sine intermiſſione orate.*

146 *x Ab autoritate humana.*
x Ab autoritate humana : *Huic tam pio tamque vtili otio* (verba 31 31 *Bernard. lib.* 1. *de conſid.*
ſunt D. Bernardi) *nullam in vita operam dare; nonne vitam perdere eſt?* Et
32 Ambroſius: *Anguſtior dies eſt meditatione doctrina: non tantus dies in tem-* 32 *Ambroſ. in Pſal.* 118.
pore, quantus meditatus in lege. 33 Hieronymus vero : *Abſque notitia ſui* 33 *Hieron. ad Heliod. ep.* 1.
Creatoris, inquit, *omnis homo pecus eſt.* Chryſoſtomus 34 iuſtiſsime iraſci-
tur: *Qualiter ergo non abſurdum fuerit, iubere ſeruos toto tempore nobis adeſſe &* 34 *Chryſoſt. hom.* 79. *ad pop.*
ſeruire; nos autem nec minimum otij Deo dicare? Lege 35 D. Baſilium homi-
lia quinta de fide. 35 *Baſil. ho* 5. *de fide.*

147 Ecce hic quot, obeuntes curſim locos, argumenta deprompſi-
mus : plura ſine dubio inuenturi ſi diutius meditando inſtitiſſemus.
Verum iſta viſa ſunt ſatis. Quorum tamen nonnulla, ex variis locis

eadem

Digitized by Google

36 *Sup. c.9.* eadem exiiſſe reperies: iuxta id, quod 36 ad calcem noni capitis ad-
notauimus. Iam vero ab autoritatis loco, non modo quæſtionem di-
recte confirmauimus poſtremo loco: verum etiam indirecte, confir-
mando nimirum ex inſitis argumentis nonnulla, & poteramus ſimili-
37 *In præfa. & lib. 2. c. 8. & 10* ter omnia. iuxta doctrinam, non 37 ſemel in ſuperioribus traditam.
Deniq; hæc argumenta ſingillatim, vel omnia, vel aliqua tractanda at-
38 *Lib. 2. c. 11. n. 112.* que amplificanda ſunt: quemadmodum ad finem 38 præcedentis ca-
39 *Lib. 1. ſec. 2. c. 1. à n. 41.* pitis explicauimus, & iterum 39 inferius explicaturi ſumus.

CAPVT XIII.

Inuentionis ad faciendam fidem altera methodus.

ABſoluta iam cenſeri poſſet argumentorum inuentio ad concilian- 148
dam quæſtioni fidem. Quoniam vero Rhetores quaſdam etiam
inueniendi rationes & methodos, trib. cauſarum ſiue finitarum quæ-
ſtionum generibus accommodatus afferunt; tametſi ex locis demum,
id eſt, communibus theſauris, eruantur vniuerſa; non erit tamen in-
fructuoſum, ſi & illas indicemus, omniaque argumentorum latibula
& vias aperiamus.

1 *Lege ſect. 1. c. 1. nu. 9.* *a* Igitur 1 in genere demonſtratiuo ſiue exornatiuo; quo Deum 149
Opt. Max. Beatiſsimam Dei param, Sanctos Angelos, Sanctoſque vi- *a Demonſtratiui generis obiectũ, ſcopus, argumenta.*
ros (quamquam ex his, viuentes adhuc, cum magna cautione, & abſ-
que vanitatis ſuſpicione) res diuinas, animi bona, & ſimilia laudat Ec-
cleſiaſtes; vituperat autem hæreticos, cacodæmones, ſceleratos ho-
mines diaboli miniſtros, vitia, abuſus, &c. quo etiam gratulatur, aut
gratias agit. Quo in genere Prophanus Orator ſolam pro fine Audi-
toris delectationem, & eloquentiæ oſtentationem habet; ſacer vero,
etiam aliquem fructum imitationis, admirationis, gratiarum actio-
nis, laudis, obſequii, &c. & vterque pro ſcopo laudum, reſpicit ho-
neſtatem; Solum enim honeſtum, videtur laude dignum. In hoc,
inquam genere locus circumſtantium offert Oratori ſiluam denſiſ-
ſimam.

b Atque in perſonis quidem exornandis, conſiderantur tria tem- 150
pora. illud ante vitam; vt ſi oracula, vaticinia, reſponſa diuina, ſigna, *b Tria tempora, tria bona, & ceteræ circũſtantiæ exornationis.*
prodigia præceſſerint: illud poſt vitam; in quo luctus, fama, miracula,
honor, memoria, & ſimilia ſpectantur: Et illud in vita; vbi tria illa ge-
nera bonorum exuberant, extraria ſiue fortunæ, propria corporis, &
animi. In quibus bonis omnia illa perſonarum attributa continentur,
2 *Cic. li. 1. de inuen. lege etiam Quintil. lib. 3. c. 9.* quæ 2 Cicero in libris de inuentione recenſet, nomen, natura, victus,
fortuna, habitus, affectio, ſtudia, conſilia, facta, caſus, orationes, ex qui-
bus omnibus encomiorum ampliſsima ſeges exiſtit.

151 c Nomen, natura, victus.

c Ac nomen quidem, quid ſit, manifeſtum eſt. natura vero cernitur in genere, ſexu, natione, patria, cognatione, ætate, viribus, forma, ingenio, propenſione, &c. & omnino, quæ à natura data ſunt corpori vel animo, pertinent ad naturam: quemadmodum ea, quæ induſtria comparantur, ad habitum. Ad victum referuntur educatio, magiſtri, amici artificium, adminiſtratio rei ſiue familiaris ſiue publicæ. In fortuna ſunt libertas, pecunia, magiſtratus, honor, fama, vxor, liberi, genus mortis.

152 d Habitus.

d Habitus continet animi, aut corporis conſtantem & abſolutam aliqua in re perfectionem: vt ſunt, in animo quidem virtutes (Chriſtianæ præſertim, charitas, humilitas, mundi contemptus, obedientia, & aliæ quamplurimæ) de quibus copioſe & luculenter 3 Theologi cum ſuo principe D. Thoma: gratiæ item, gratis datæ quæ appellantur, vt miraculorum, vaticiniorum, conuerſionis infidelium: dona quoque, & fructus Spiritus ſancti: gratia ſanctificans, merita, & gloria: habitus infuſi: artes denique ac ſcientiæ acquiſitæ. Jn corpore vero, commoditates illæ, quæ non natura datæ ſunt, ſed ſtudio, & induſtria comparatæ.

3 *In 2 ſent. & in 2.2.*

153 e Affectio, ſtudia, conſilia, facta, caſus, orationes. f Factorum & actionum circumſtantiæ.

e Affectio, eſt animi aut corporis ex tempore aliqua de cauſa commutatio: vt lætitia, cupiditas, metus, moleſtia, morbus, debilitas, &c. Studium eſt, aſsidua & vehemens ad aliquam rem applicata cum magna voluntate occupatio. Conſilium eſt, aliquid faciendi aut non faciendi vere excogitata ratio. Facta, caſus, orationes, quod quis fecerit, qnid ipſi acciderit, quid dixerit manifeſtant. *f* Factorum vero, ſiue actionum circumſtantiæ ſunt hoc carmine comprehenſæ, *Quis, quid vbi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando.* quarum vulgata ac facilis eſt explicatio.

154 De fortunæ, corporis, & animi bonis, ceteriſque rebus ad exornationem ſpectantibus legendus eſt 4 Philoſophus lib. primo Rhetoricorum.

4 *Ariſt. li. 1. Rhet. c 15. & c. 20. vſq ad 24.*

155 g Mutis rebus exornandis, quæ ſupellex.

g Atque hæc quidem de perſonis: nam quod pertinet ad res, quæ perſonæ non ſint, exornandas, vt aliquam prouinciam, vrbem, templum, cœlum, &c. naturam, proprietates, partes, adiuncta, cauſas, effecta, & cetera quæ in locis habentur, conſiderare oportebit.

156 h Rerum laudationibus ſeruientium delectus & amplificatio.

h Ex his porro perſonarum, rerumque ornamentis ſumendæ ad commendationem reſ erunt, eodem 5 Tullio autore, aut magnitudine præſtabiles, aut nouitate primæ, aut genere ipſo ſingulares. neque enim paruæ, neque vſitatæ, neque vulgares admiratione aut omnino laude dignæ videri ſolent. Quæcunque etiam ad voluptatem conferent (de 6 quibus alibi) aucupanda erunt. Singula vero, quæ accipiuntur, ex locis ſunt amplificanda. Obſeruandum præterea 7 Ariſtotelis conſi-

5 *Cic. lib. 2. de Orat.*

6 *Sect 4. c. 2 n. 215.*

7 *Ariſt. li. 3. Rhet. c. 18.*

conſilium: vt laudibus hinc inde cumulatis plena atque referta reddatur oratio. Sed neque prætereundum ſacro oratori monitum 8 Magni Baſilij ſic dicentis: *Sacra ſchola præcepta Rhetorum aut inſtituta non ſequitur. encomiorum enim lex eſt, oſtendere patria dignitatem, genus, originem, educationis incunabula: noſtrum vero dogma iſthæc tamquam ſuperflua dimittit.* Hinc 9 Pontius diaconus cum B. Cypriani vitam à principio fidei & natiuitate cœleſti auſpicaretur; rationem reddidit: quod hominis Dei facta, non debent aliunde numerari, niſi ex quo Deo natus eſt. Quare ſacer encomiaſtes aliquando vix attingat aliquos ex iam enumeratis locis potius enim noſtros Sanctos ex opum, dignitatum, honorum, nobilitatis contemptu celebrare ſoliti ſumus, & ſoliti fuerunt Sancti Patres. Immo etiam prophanorum 10 Rhetorum præceptum eſt, de fortunæ, & corporis bonis, non tam quid quis habuerit, quam quo pacto ad virtutem honeſtatemque vſus fuerit, eſſe conſiderandum.

8 *Baſil. orat. in laud. Gordij Cæſarienſis.*

9 *Pontius diac. in vita D. Cypriani.*

10 *Cic. de Inuent. lib. 2. in fine. Quintil. lib. 3. c. 9.*

Et quidem hæc omnia dicta videntur, quando multa vnius alicuius facinora aut prærogatiuæ commendandæ ſunt. *i* Nam quando vnum tantum facinus, vna res præclara extollitur: quamquam ex hic dictis multum quoque iuuari poſſumus; tamen ad locos dialecticos recurrendum. 157

i Cum laudatur vnum tãtum perſonæ facinus aut prærogatiua, quid agendum.

k In gratiarum actione, extollendum beneficium ab honeſto, vtili, iucundo cum ſuis circumſtantiis; ac perſona tum conferentis, tum recipientis; ceteriſque topicis argumentis; vna cum memoriæ grati animi promiſsione. 158

k In actionibus gratiarum, quę argumenta.

l In gratulatione, rei magnitudinem amplificabimus à locis, maxime circumſtantium: & voluptatem in ea noſtram oſtendemus, quã cepimus ex eo, quod feliciter illi ceſsit, cui gratulamur. 159

l Et quæ in gratulationibus.

m Vituperatio conficitur ex rebus exornationi contrariis. 160

m Vituperationis ſcatebra.

n Pro deliberatiuo 11 genere, in quo ampliſsima patet Eccleſiaſtæ ſacro prouincia ad inflammandos ad virtutes deterrendoſque à vitiis Auditores; in quo etiam petimus, deprecamur, conſolamur, hortamur: & pro ſcopo, ad quem argumenta collineamus, honeſtatem, vtilitatem, iucunditatem habemus. Si in hoc genere ſuaſerimus, duo oſtendemus: alterum, neceſſe, aut vtile, aut honeſtum, aut iucundum, id eſt, bonum admodum eſſe, rem fieri, quam ſuademus: alterum, poſſe rem illam fieri, & quidem non ſine aliqua facilitate. *o* Primum obtinebimus, ſi tria illa bonorum genera ſcrutabimur, quæ finis ſunt, quo homines ad agendum excitantur, honeſtum, vtile, iucundum: de quibus bonis diſſerit Princeps 12 Peripateticorum libro primo ſuæ Rhetoricæ ad Theodecten; vbi hoc quoque declarat, in quibuſnam vnum bonum alteri bono præponderare videatur. honeſtas porro, iucunditas, & vtilitas ex locis communibus, & ſunt eruenda, &

161

n Deliberatiuum genus facilitate rei faciendæ, & neceſſitate perſuadet.

o Tria genera bonorum.

11 *Lege li. 3. ſect. 1. cap. 2. nu. 15.*

12 *Ariſt. lib. Rhet. c. 11. ad 20. & c. 25. in c. 18. alias 17. Vide Paul. Areſ. lib. 2. art. conc. cap. 30. & Quint. lib. 3. c. 10.*

ad perſuadendum adaptanda. Alterum verò conficiemus ſi demonſtrauerimus, in promptu iam atque paratas eſſe cauſas, media ac inſtrumenta: vt videre eſt 13 apud eumdem libro ſecundo. *p* Sin diſſuaſerimus; aut horum capitum vtrumque, vel alterum infirmabimus.

p Rei difficultate, aut inutilitate diſſuadetur.

13 Ariſt. li. 2 c. 23. & 25.

162 *q* Denique pro iudiciali genere, quod pro fine ſcopoque reſpicit æquitatem: ſi quando forte hæreticum aliquem peſtilentemque virum accuſare, aut innocentem defendere legitimos apud iudices, aut palam reprehendere, aut expoſtulare, aut excuſare & iuſtificare contigerit; conſiderandus eſt rei quæſtioniſue ſtatus. Vtrum videlicet coniecturalis ſit res, nec ne; fuerit perpetratum delictum, an ſecus. An vero ſit finitionis, ſeu nominis ſtatus: cuius nempe generis, naturæ, & conſequenter nominis ſit illud delictum, quod iam admiſſum eſſe cõſtat. An denique ſtatus ſit iuridicialis, ſiue qualitatis: iure ne ſcilicet, an iniuria factum fuerit illud; quod & perpetratum, & talis eſſe nominis, controuerſum non ſit. *r* Iam vero in primo ſtatu agitur coniecturis, ex voluntate, & facultate perſonæ ductis; nec non circumſtantiis, tum factum antecedentibus, tum comitantibus, tum conſequentibus: de quibus ſuo circumſtantium loco 14 iam diximus. Quæ circumſtantiæ, ſigna quoque appellantur: quorum quædam ſunt certa, & vocantur indicia; quæ videlicet rem ipſam conſequuntur neceſſario: quædam minime certa, quæ rem non neceſſario conſequuntur; & ſimpliciter ſigna nominantur. Agitur præterea in ſtatu coniecturali, teſtibus, quæſtione, ipſiuſmet rei confesſione, & aliis iiſdem modi. *ſ* Secundus 15 ſtatus locis à definitione proprietatibus, & autoritate nititur. *t* Tertius vero firmatur legibus; æterna, diuinæ prouidentiæ; naturali, luminis à Deo ingeniti, humana & diuina poſitiuis: ſeu legibus, naturali gentium, & ciuili, conſuetudine item, & æquitate. Porro de iniuriis, earum grauitate, & cauſis; de perſonis inferentibus, & recipientibus iniuriam: item de legibus, pactis, ceteriſque iudiciale genus attingentibus, agit 16 Ariſtoteles in libris Rhetoricorum primo & ſecundo, S. 17 Thomas in ſecunda parte ſummæ theologicæ, & 18 Magiſter in quarto ſententiarum.

q Iudicialis generis tres ſtatus.

r Status cõiectutalis, nititur coniecturis.

ſ Definitiuus ſtatus, definitione & proprietatibus valet.

t Iuridicialis, legibus, conſuetudine, æquitate.

14 Sup ca. 5. à n. 73.

15 Quintil. lib. 7. c. 3.

16 Ariſt li. 1. Rhet. à ca. 24. vſque ad finem, & lib. 2. cap. 24.

17 D. Tho. 2. 2. queſt. 58 ad 123.

18 Mag. in 4. ſen. diſt. 33.

163 *u* Genera ex his miſta, ipſorum primigeniorum inuentione, ac legibus vtuntur; vt 19 alibi quoque monuimus. Ita genus reprehenſorium, qua parte vituperat, demonſtratiui; qua diſſuadet vel hortatur, deliberatiui; qua denique expoſtulat, iudicialis generis eſt. Similiter funebre, cum defunctum laudat, exornatiuum; cum eius amicos, ſubditos, conſanguineos, domeſticos, &c. ad conſolationem inducit, auditoreſque ad ſuffragiis proſequendum incitat, eoſque de morte, de ſæculi inconſtantia, de æterna felicitate monet, inſtruit, hortatur; deliberatiuum ſequitur genus. Præterea genus inſtitutiuũ (quod diligenter pro-

u Fontes generum ex tribus prædictis miſtorum.

19 Sect. 1. c. 1. n. 10.

Digitized by Google

ter proſequitur in libris de pædagogia 20 Alexandrinus Clemens) finitimum deliberatiuo eſt, ex eoque multum participat, ſeu potius eius quædam ſpecies eſſe videtur; quamquam ex didaſcalico genere non nihil accipiat. traduntur enim in eo morum præcepta, recteque agendæ vitæ inſtitutio, ac diſciplina Chriſtianarum actionum: adiuncta exhortatione. Fontes igitur huic generi vberes aperient, deliberatiuum genus & genus doctrinale, quod ad 21 quæſtionem infinitam refertur.

20 *Clemens Alex in lib. de pædag.*

21 *Sect.1. c. 1. & 2. n. 11. & 21.*

Immo vero primaria quoque ipſa genera demonſtratiuum, deliberatiuum, iudiciale, particulas eas, quas aliud ex alio mutuantur, generis eius, à quo mutuantur, ſupellectili inſtruunt.

x De quæſtione infinita nihil nunc dicimus: nam eius materia ſunt 164
loci Rhetorici ſuperius iam deſcripti. Cui nihilominus peculiaris iſta cauſarum ratio accommodari quadamtenus poteſt.

x Quæſtio infinita his inuentionibus quatenus vtitur.

y Denique ad rerum vbertatem recolatur id, quod 22 alias animaduerſum volui: nimirum vt hypotheſis ad theſim, & verſa vice theſis ad hypotheſim referatur. 165

22 *Sect.1. c. 2. n. 19.*

y Hypotheſis ad theſim, & theſis ad hypotheſim.

SECTIO III.

De inuentione ad excitandum motum.

EXacta iam inuentione eorum, quæ ſpectant ad faciendam fidem: ſequitur, vt eorum inuentionem proſequamur, quæ ad commouendos Auditorum animos valent. 166

CAPVT I.

Quando, & quo excitandus motus.

POſtquam rei capaces, & creduli quæſtioni confirmatæ redditi ſunt 167
Auditores per argumenta: impellere *a* deinde eos oporteret ad amplectendum, ad deteſtandum & fugiendum, ad admirandum, ad imitandum, ad ſeueritatem, ad miſericordiam, &c. vt materia quæſtionis requirit. *Tunc Auditor mouetur*, ait 1 S. Auguſtinus, *cum inflectitur voluntas, vt amet quod polliceris, timeat quod minaris, oderit quod arguis, &c. non vt ſciant, quid ſit agendum; ſed vt agant, quod agendum eſſe ſciunt, ſi autem adhuc neſciunt, prius docendi ſunt, quam mouendi. b Et fortaſſe rebus ipſis cognitis, ita mouebuntur, vt eos non opus ſit maioribus eloquentiæ viribus moueri. quod tamen, cum opus eſt, faciendum eſt.* Hæc ille. Quonam autem orationis loco motus ſit adhibendus; dicendum eſt ſuo 2 loco, cum de partibus orationis agemus.

a Quam ad rē ſunt auditores mouendi.

1 *Auguſt. lib. 4. doctr. Chriſt. c. 12.*

b Confirmatio quæſtionis, quātum conferat ad motum.

2 *Lib. 3. ſec. 4. c. 3. 4. 6. n. 254. 259. 385.*

Interim

168 Interim dicimus inter omnia concionatoris munera, mouere, eſſe præcipuum & maximum. *c* Nam ideo 3 Quintilianus, animam ſpiritumque orationis, motum, eſſe definit: quippe cum eo tandem perſuaſio, qui finis Rhetorum eſt perficiatur. *d* Cum enim tria ſint Oratori peragenda, vt doceat, vt delectet, vt flectat: primum neceſsitatis eſt, alterum ſuauitatis, tertium victoriæ. *Probet enim* (verba 4 ſunt Auguſtini) *vt inſtruat; delectet, vt teneat; moueat, vt vincat. Et quidem docet argumentis; delectat pulcherrimarum rerum, nouarum, atque variarum elocutione; mouet amplificationibus.*

c Motus anima orationis.

d Docere, delectare, flectere.

3 Quintil. lib. 6. c. 2.

4 August. lib. 4. doctr. Christ. c. 13.

169 Ex his Sancti Doctoris verbis iam vides, quibuſnam machinis excitatur motus. *e* Nimirum non fit elatione vocis dumtaxat, inconditiſque clamoribus; manuum complosione; valida pulpiti percuſsione; agitatione corporis; & ſimilibus. Quæ ſimpliciores fortaſſe terrebunt: Sapientioribus certe riſum excitabunt. Verum, præmiſſa (vti dixi) *f* tamquam fundamento, quæſtionis doctrina, & per veras, veriſimileſue rationes exacta probatione: ſine qua, vt inquit 5 Agricola, nec delectatio, nec motus eſſe poteſt: Et qua plerumque ſola, vt 6 aduertit Auguſtinus, & motus, & delectatio, & interdum plauſus exiſtit; ea enim, & ſi minus ornata & armata, neruis tamen lacertiſque ſuis membriſq; fortiſsimis obſiſtentem colliditac ſubruit falſitatem. Quare 7 Ariſtoteles, amplificationem motus inſtrumentum rebus certis iam, non autem adhuc dubiis vult applicari: ideoque demonſtratiuo generi, in quo res geſtæ non probantur, ſed pro certis habentur, eſſe aptiorem.

e Motus non fit clamoribus.

f Exacta confirmatio quæſtionis multũ confert ad motum.

5 Agric. lib. 1. cap. 1.

6 August. lib. 4. doctr. Christ. c. 26.

7 Ariſt. lib. Rhet.

g Suppoſito item in ipſo Eccleſiaſte Spiritu Dei ac zelo; nec non ſacræ meditationis, atque orationis ſtudio: vt ad quod alios vult commouere ſit ipſe prior commotus; & tamquam non ſolum aliis, ſed ſibi ipſi in primis prædicet. His, inquam, poſitis, perficietur motus amplificatione tamquam inſtrumento generali.

g Spiritus, & meditatio iuuant oratorem vt moueat.

CAPVT II.

Amplificatio quid, & vnde petenda.

170 Amplificatio *a* eſt, grauior quædam affirmatio ſiue probatio, motu animorum concilians in dicendo fidem. *b* Verſatur autem circa rei magnitudinem & amplitudinem, nititurque oſtendere aliquid in ſuo genere eſſe, verbi gratia, magis indignum, calamitoſum, lætum, triſte, miſerabile, amabile, delectabile, formidabile, optandum, laudandum, excellens, &c. quam prima fronte videatur. In 1 quo adeo maxime ſita eſſe videtur laus Oratoris: vt, parua quæ videntur, extollat; & magna efficiat minima, dicendo: vt rem amplificet ornando, augeat

a Amplificatio eſt grauior affirmatio.

b In quonam ſit eius vis.

1 Iſidor. Cic.

augeat laudando, & vituperando affligat. Quare amplificatio fit, vel ad augendum, vel ad minuendum.

c Ex iiſdem vero locis (vtibi 2 innuimus) ex quibus argumenta 171
petuntur, ſumenda eſt amplificatio: non quidem omnibus, ſed iis dumtaxat, quæ multa in vna aliqua re eſſe oſtendunt. Vt ſunt definitiones, & deſcriptiones conglobatæ: partium enumeratio; cuius vim in amplificando maximam, ibi 3 oſtendimus: antecedentium, conſequentium, circumſtantium frequentia: multorum ſimilium, ſiue exemplorum, maiorum, minorum, parium, diſsimilium, aut contrariorum, & inter ſe pugnantium collatio atque conflictio: cauſæ item, & effectus conglobati. conglobata denique Scripturarum, Patrum, aliorumque Doctorum teſtimonia: illæ præſertim ſententiæ, quæ affectus contineant, breueſque ſint, & aculeatæ, aut quarum verba & circumſtantiæ perpendantur. *d* Quibus tamen in rebus, ad decorum animaduertimus; vt ne ſimus, pluſquam decet, prolixi; ne longe incipiamus; ne omnia minuta colligamus, ſed grandiora, aut fini, quem nobis propoſuimus, aptiora.

2 *Sect. 2. ca. 11. n. 124.*

3 *Sect. 2. c. 3. nu. 57.*

c Amplificatio ſumitur ex locis communibus argumenta conglobantibus.

d Obſeruatio.

Exempli gratia. *e* Ex definitionibus, ſeu deſcriptionibus conglo- 172
batis amplificabis, ſi Deum prædicaueris: Ens perfectiſsimum, orbis conditorem, Dominum huius vniuerſitatis, &c. Si Beatiſsimam Virginem appellaueris: Deiparentem, Reginam Angelorum, nocentum aſylum, afflictorum perfugium. aut cum D. 4 Cyrillo: *Pretioſam orbis terrarum margaritam, lampadem inextinguibilem, coronam virginitatis, ſceptrum orthodoxæ fidei, templum indiſſolubile, &c.* Si peccatorem inclamaueris: Inimicum Dei, Sathanæ mancipium, ſui parricidam, &c. B. Laurentius 5 Iuſtinianus domum religioſorum ſiue monaſterium à confertis definitionibus ſic extollit: *Eſt quippe clauſtrum, hortus concluſus, paradiſus deliciarum, thalamus nuptialis, cubile immaculatum, virtutum ſchola, tabernaculum fœderis, reclinatorium ſponſi, bellatorum ſtatio, ſanctitatis domus, caſtitatis cuſtos, pudicitiæ firmamentum, religionis magiſterium & obedientiæ ſanctæ ſpeculum ſingulare.*

e Amplificatio ex definitionibus conglobatis.

4 *Cyril. Alex. hom. contra Neſtor.*

5 *Laur. Iuſt. opuſc. de obe. cap. 18.*

f Ex enumeratione partium ſuos pro Chriſto toleratos labores, 173
his verbis amplificat D. 6 Paulus: *In laboribus plurimis in carceribus abundantius, in plagis ſupra modum, in mortibus frequenter, &c.* Et 7 Ieremias: *Nonne vides quid iſti faciunt? filij colligunt ligna, patres ſuccendunt ignem, mulieres conſpergunt adipem.* S. 8 Bernardus: *Sit pietatis tuæ, Virgo benedicta, ipſam, quam apud Deum gratiam inueniſti, notum facere mundo, reis veniam, medelam ægris, puſillis corde robur, afflictis conſolationem, periclitantibus adiutorium, & liberationem tuis ſanctis precibus impetrando, &c.* Eodem modo, peccatorem, rebus omnibus iniurioſum exaggerare ſi velis, dices: ipſum peccando, iniuriam facere Deo, Sanctis, ceteris omnibus hominibus, animo, & corpori ſuo, brutis animantibus, cœlo, elementis,

f Ex partium enumeratione.

6 *2. Corinth. 11.*

7 *Ierem. 7.*

8 *Bern. ſer. 4. de aſſump.*

etiam ipſi gehennæ. Quod ſi velis vlterius procedere, & in amplificando immorari; habes harum partium partes, &c. ſed prudentia videat, quatenus. *g* Hoc in loco, duo licet aduertere. Primum, eſſe optimum amplificationis modum: ſi initio proponatur ſumma rei ſiue totum; mox per partes explicetur; denique ad genus redeatur, quaſi iam ſis enumerandis ſingulis defatigatus, quamquam nihil prætermiſeris. Alterum: vt enumeratio non ſit confuſa, ac temeraria; ſed aliquo decenti modo ordinata.

g Obſeruationes.

174 *h* Ex cauſis conglobatis, Chriſti cruciatus amplificabis: ſi in eum, & Patris imperium, & ſui promptam oblationem, & peccatores, & Iudæos, & Gentiles, & dæmones conſpiraſſe vna omnes oſtenderis. Ex effectorum congerie, ſtudium meditationis commendat. D. 9 Bernardus: *Primum quidem*, inquiens, *ipſum fontem ſuum, id eſt, mentem, de qua oritur, purificat conſideratio: deinde regit affectus, dirigit actus, corrigit exceſſus, componit mores, vitam honeſtat & ordinat: poſtremo diuinarum pariter, & humanarum rerum ſcientiam confert. conſideratio eſt, quæ confuſa diſcriminat, ſparſa colligit, ſecreta rimatur, vera inueſtigat, veriſimilia examinat, ficta & fucata explorat. hæc eſt, quæ agenda præordinat, acta recogitat, in proſperis aduerſa præſentit, in aduerſis quaſi non ſentit.* S. 10 Chryſoſtomus ſic contra inuidiam ex eius affectis inuehitur: *Cui talem quis animam* (nempe inuidentem) *comparauerit? cui viperæ? cui aſpidi? cui vermi? cui ſcarabeo? nihil enim huiuſmodi ſceleſtius anima, peius nihil. Hoc enim, hoc Eccleſias ſubuertit, hoc hæreſes peperit, hoc fraternam manum armauit, & fecit, vt dextra pio tingeretur cruore; & naturæ leges abſtulit, & morti fores aperuit, & in opus illam deduxit maledictionem, &c.* Perpulchre etiam D. 11 Cyprianus patientiam: & SS. 12 Leo, 13 Athanaſius, 14 Baſilius, aliiq; Patres ieiunij bonum, ex conglobatis effectibus exaggerant.

h Ex cauſis agglomeratis, & effectis.

9 *Bern. lib. 1. de conſid. à med. o.*

10 *Chryſoſt. hom. 53. ad pop.*

11 *Cypr. ſer. de pat. in fine.*

12 *Leo ſer. 2. de ieiun. decimi menſis & collectis.*

13 *Athanaſ. lib. de virginit.*

14 *Baſil. ſer. 1. de ieiunio.*

175 *i* Ex antecedentibus, conſequentibus, circumſtantiis aggeſtis diuini iudicii horribilitatem exprimes: ſi præcedentia ſigna enumeres omnia; ſi, quænam iudicium conſequantur mala, recenſeas; ſi perſonam iudicis, aſſeſſorum, accuſatorum, reorum, teſtium; res examinandas, examinis rigoroſam rationem, ceteraſq; circumſtantias coaceruate producas.

i Ex anteced. conſeq. & circumſt. conglobatis.

176 *k* Ex conglobatis ſimilitudinibus S. 15 Chryſoſtomus in Chriſtianum peruerſum inſurgit: *Quid*, inquit, *Fidelem dico? nec enim es homo. Cum ſiquidem tamquam aſinus recalcitres, laſciuias vt taurus, vt equus poſt mulieres hinnias, ventri tamquam vrſus indulgeas, atque vt mulus carnem impingues, malumque memoria teneas vt camelus; porro inſtar lupi rapias, iraſcaris vt ſerpens, ferias vt Scorpius, ſis ſubdolus perinde vt vulpis, nequitiæ venenum tamquam aſpides & viperæ ferues, denique ſicut malignus ille dæmon fratres impugnes: quonam te modo cum hominibus numerem?* Idem 16 commendans ieiunium: *Quemadmodum*, inquit, *præterita hieme & æſtate apparente,*

k Ex aggeſtis ſimilitudinibus.

15 *Chryſoſt. hom. 23. ad pop. initio.*

16 *Hom. 3. ad pop.*

parente, nauta quidem nauigium deducit, miles vero arma deterget equumque ad bellum parat, & agricola acuit falcem, & viator fiduciæ plenus longum iter aggredietur, & ad certamina pugil expoliatur ſeque denudat: ſic & nos, ieiunio tamquam æſtate quadam ſpirituali apparente, & arma tamquam milites abſtergamus, & falcem acuamus tamquam agricolæ, & tamquam nautæ contra vndas, contra abſurdarum cupiditatum agitationes opponamur, & tamquam viatores rectum in cœlum iter apprehendamus, & tamquam pugiles ad certamina ſpoliemur. fidelis enim, & agricola, & gubernator, & miles, & athleta, & viator eſt. S. 17 Fulgentius per multa conglobata à pari, comparat ſolemnitatem B. Stephani, cum illa natiuitatis Chriſti: *Heri celebrauimus, &c.*

17 *Fulg. ſer. de S. Steph.*

l Ex diſsimilitudinibus iteratis 18 Apoſtolus hortatur Corinthios, vt cum infidelibus iugum ne ducant: *Quæ enim participatio iuſtitiæ cum iniquitate? aut quæ ſocietas luci ad tenebras? quæ autem conuentio Chriſti ad Belial? aut quæ pars fideli cum infideli? quis autem conſenſus templo Dei cum idolis?* 117

18 *2. Corint. 6.*

l Ex diſſimilitudinibus iteratis.

m Iam vero ſimilitudines, & diſsimilitudines quo plures fuerint, eo ſint breuius allatæ. ſint quoque maiores, quam res per eas amplificanda. Quam magis adhuc amplificamus; ſi, poſtquam multas ſimilitudines diſsimilitudinesue adduxerimus, oſtendamus eas re noſtra eſſe minores. vt facit 19 Chryſoſtomus: *Nam etſi ſolari compono lumini futurorum pulchritudinem corporum, ſiue vulguri ſplendidiſſimo; nondum quidquam illa claritate dignum dico.*

m Obſeruatio.

19 *Chryſoſt. hom. 35. ad pop.*

n Ex oppoſitorum conflictione eſt 20 illud: *Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia.* Et 21 illud: *Maledicimur, & benedicimus; perſecutionem patimur, & ſuſtinemus; blaſphemamur, & obſecramus.* 178

20 *Cicer.*
21 *1. Cor. 4.*

n Ex oppoſitorum, & repugnantium conflictione.

o Denique ex congeſtis autoritatibus 22 Chryſoſtomus tribulationem, diuinæ lectionis argumentum, & compunctionis materiam celebrat, inquiens: 23 *Audi namque Dauid dicentem, Bonum mihi Domine, quia humiliaſti me, vt diſcam iuſtificationes tuas: Et* 24 *alium Prophetam, Bonum eſt viro, cum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua: Et* 25 *iterum, Beatus homo, quem tu erudieris Domine: & alium* 26 *dicentem, Noli contemnere diſciplinam Domini;* 27 *&, ſi vadis ſeruire Deo præpara animam tuam ad tentationem: Chriſtus* 28 *autem ipſe dicebat, In mundo tribulationem habebitis, ſed confidite; Et* 29 *rurſus, Plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit; Et iterum, Anguſta* 30 *porta eſt, & arcta via. Vides iam vbique tribulationem laudari, & paſſim aſſumi tamquam nobis neceſſariam?* 179

22 *Chryſoſt. hom. 66. ad pop.*
23 *Pſal. 118.*
24 *Thren. 3.*
25 *Pſal. 93*
26 *Prou. 3.*
27 *Eccli. 2.*
28 *Ioan. 16.*
29 *Ibidem.*
30 *Matt. 7.*

o Ex autoritatibus cõglobatis.

Harum omnium amplificationum exempla, ſi obſerues, obiua paſsim habes, cum in ſacris, præſertim Prophetarum, libris; tum in SS. Patrum, aliorumque Scriptorum monumentis. 180

L 2 *p* Igitur

Digitized by Google

181 *p* Ratio, quare argumenta conglobata moueant.

p Igitur amplificatio ad excitandum motum, fit quidem pluribus alicuius loci argumentis: non tamen ex interuallo, & diffuſius explicatis, vt in ſimplici confirmatione; ſed breuiter, & confertim (tamquam crebris iaculis, aut calcaribus) aggeratis atque inculcatis. Quæ argumenta, cum ſint rationes quædam, conuincunt: quoniam vero multa ac ſpiſſa ſunt; conuincunt ita, vt moueant. interclûſo videlicet intellectu, & quaſi oppreſſo tam ſubita & copioſa luce rationum. Quare amplificatio euadit, quemadmodum initio definiuimus, grauior quædam, & mouens confirmatio: per eam enim res ſiue id quod fit aut factum eſt, non ſummatim aut tenuiter exponitur; verum per conglobatas partes, cauſas, effecta, connexa, circumſtantia, &c. quaſi omnibus fucatum coloribus, ob oculos ponitur. vt Auditor, iam extra ſe poſitus, velut in theatrum auocetur, & quam maxime afficiatur; vnde & inclinetur ac moueatur. Hanc ob cauſam, non modo ſi ex ſingulis locis plura vnius generis argumenta congerantur, amplificatio eſt: verum etiam, ſi plura diuerſorum locorum ac generum accumulentur; vt per figuram Frequentationem fieri in concionum epilogis 29 docebimus. 29 *Lib. 3. ſect. 4. c. 4. n. 261.*

182 *q* Motui conferunt res natura, vel vſu magnæ.

q Valet etiam ad motum & amplificationem, ſi res afferantur, vel natura & per ſe, vel vſu & opinione magnæ. Natura quidem: vt ſunt cœleſtia, diuina, quæ cauſas admirabiles atque obſcuras habent. Vſu vero quæ hominibus videntur aut prodeſſe, aut obeſſe vehementius; vt religio, patria, parentes, liberi, neceſſarij, annona, fama & bonum nomen, propria ſalus, pax, &c.

183 *r* Mouent tropi, figuræ, verba, numerus.

r Amplificationem quoque & motum generant tropi, atque figuræ. & verborum quidem, pleraque; Sententiarum autem, fere omnes. Preſertim gradatio, deſcriptio, apoſtrophe, exclamatio, hyperbole, diminutio, extenuatio, emphaſis, proſopopæia, epiphonema, ſententiæ breues, ſed ſpirantes tamen & efficaces, commoratio, varietas, exornatio: & ſimiles. Neque modo figuræ; verum etiam verba ipſa grandia, plena, atque ſonantia: epitheta, Synonyma: & rhythmus ipſe, & inciſa, & membra primum, mox per periodos ex actus, amplificant. De quibus omnibus in elocutione ſuus eſt agendi 30 locus. 30 *Li. 3. ſect. 2. c. 1. & n. 926.*

ſ Obſeruatio.

ſ Quamquam 31 tum verba, tum figuræ, tropique & numerus, niſi paruis rebus augendis vera ſolidaque ex argumentis accretio accedat; amplificant ridicule & ſolum ad ironiam. 31 *Quintil. lib. 8. c. 4.*

184 *t* Incrementum comparatio, ratiocinatio, congeries ad motum ſunt.

t Quintilianus 32 quatuor aſsignat amplificandi modos: Incrementum; cum per gradus oratio creſcit ad ſummum. vt: *Facinus* 33 *eſt vincere ciuem Romanum, ſcelus verberare, prope parricidium necare, quid dicam, in crucem tollere?* Et 34 *Ipſi videntes, ſic admirati ſunt, conturbati ſunt, commoti ſunt, tremor apprehendit eos.* Comparationem: vt ex minoribus maiora appareant; aut econuerſo, ex maioribus minora: quæ argumenta 32 *Quintil. lib. 8. c. 4.* 33 *Cicer.* 34 *Pſal. 47.*

35 *Seſſ. 2. c. 6. nu 83.* menta à 35 minori, vel maiori ducta appellantur. vt: *Irritam 36 quis*
36 *Hebr. 10.* *faciens legem Moyſi, ſine vlla miſeratione, duobus vel tribus teſtib. moritur: quanta magis putatis deteriora mereri ſupplicia, qui Filium Dei conculcauerit, & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit?* Raciocinationem: cum vnum ab alio colligimus; vt ex ſignis magnitudinem rei, ex ſubſequentibus antecedentia, &c. Sic quanta fuerit futura tempeſtas illa; apparet ex eo,
37 *Virgil. 1. Æneid.* quod 37 Aeolus Iunonis rogatu: *Cauum conuerſa cuſpide montem Impulit in latus; ac venti, velut agmine facto. Qua data porta, ruunt.* Sic etiam ex Tyrannorum furiis, martyrum fortitudo extollitur. Congeriem denique: cum multa ſimul accumulantur ad eiuſdem rei amplificationem. vt Iobi fortitudo ac tolerantia, omnibus quas paſſus eſt, coaceruatim exhibitis calamitatibus augeſcit. Verum hi amplificandi modi, partim ad illum ex locis, partim ad illum ex figuris reducuntur.

CAPVT III.

Affectus excitandi, inflammandi, ſedandi, tollendi.

1 *Cap. 1. nu. 167.* QVoniam *a* motus & amplificatio, quemadmodum ſuperius 1 ex 185
D. Auguſtino adnotauimus, circa hoc verſatur; vt omnis generis affectus ac perturbationes (ſiue lenes, ſiue vehementes) qui ſunt animi quaſi ſatellites, aut incitent, aut reprimant: noſſe ideo ſacrum Eccleſiaſten oportet, quibus de cauſis, in quibus, erga quos extollantur aut ponantur affectus. In hoc enim præcipue regnat eloquentia: vt mouendis, turbandis, miſcendiſque affectibus non impellat modo; verum etiam auferat, eripiatque ſedibus ſuis animos. Quapropter quidam ἀπὸ τῆς ὁρμῆς, id eſt, ab effectu ſiue impetu, Oratorem dictum exiſtimarunt.

a Motu affectus mouentur.

b Hanc materiam, vt optimum decet Philoſophum, perſequitur
2 *Ariſt. lib. 2. Rhet.* Ariſtoteles 2 libro ſecundo Rhetoricorum, & noſtri Theologi, præ-
3 *D. Th. 1. 2.* ſertim D. 3 Thomas in prima ſecundæ. Nos autem exactam plenamque tractationem Philoſophiæ ac Theologiæ morali permittentes; ad rem noſtram quæ ſint futura breuiter indicemus.

b Ac primum, in genere dicimus affectum ſiue paſsionem, eſſe mo- 186
tum quemdam appetitus concupiſcibilis, aut iraſcibilis; ortum ex apprehenſione boni, vel mali alicuius; & cum corporali mutatione ſpirituum, ſanguiniſque coniunctum. *c* Dicimus præterea, Eccleſiaſten (vt pharmacorum irritamenta ac lenimenta Medicis concedamus)
4 *Cap. 1. nu. 169.* tum demum affectus excitaturum; ſi, quemadmodum 4 initio monuimus, Auditorum intellectum prius erudierit, argumentiſque faciendæ fidei plane conuicerit: voluntas enim intelligentiam, id eſt,

b Quid ſit affectus, ſiue paſsio.
c Doctrina & affectu Oratoris afficiuntur Auditores.

 lumen.

Digitized by Google

lumen ſuum facile ſequitur. Item, ſi fuerit ipſe affectu illo commotus, quem vult mouere: *Si vis me flere, dolendum eſt Primum ipſi tibi*, inquit 5 ille. & 6 alter: *Summa circa mouendos affectus in hoc poſita eſt; vt moueamur & ipſi.* Ita enim ſimile aget in ſimile. Quomodo autem in ſe affectus ſuſcitabit? meditatione, actuali attentatione, & applicatione imaginationis: vt cum ſcribit, cum dicit, curet per phanthaſiam quaſi videre atq; ſentire res ipſas. iuxta 7 illud: *Hoc ſentite in vobis, quod & in Chriſto Ieſu. Non agamus rem, quaſi alienam*, inquit 8 Fabius; *ſed aſſumamus parumper illum dolorem.*

5 *Horat. in arte.*
6 *Quintil.*
7 *Philip. 2.*
8 *Quintil. lib. 6. ca. 1 & lib. 10 c. 7 & lib. 11 c. 3.*

d Quo excitatur aut ſedatur amor.

187 Deinde in ſpecie. *d* Amor eſt, complacentia ſiue allubeſcentia rei appetibilis. Excitatur bono, pulchro, vtili, iucundo: venuſtate oris, elegantia ingenij comitate morum, virtutibus, officiis, beneficiis: ſtudiorum, morumque ſimilitudine; nonnumquam etiam diſsimilitudine, perinde vt acuta vox graui ad certam proportionem coniuncta efficit harmoniam: conſuetudine item, atque conuictu, ſocietate in honoribus, rebuſque cum ſecundis, tum aduerſis, &c. Sedatur vero, aut extirpatur contrariis rebus. Et præterea negotiis, curis, laboribus, egeſtate, calamitatibus, honorum cupiditatibus: commemoratis damnis, atque incommodis, vitiiſque amatarum rerum, &c.

e Odium ſeu maleuolentia.

e Odium ſeu maleuolentiam, (quæ eſt appetitus diſplicentiæ, in re minus ſibi conueniente) generant oppoſita eorum, quæ gignunt amorem. Extinguunt vero ea ipſa, quæ charitatem accendunt.

f Deſiderium, auaritia, ambitio, libido, &c.

188 *f* Deſiderium, id eſt, appetitio boni abſentis conuenientis: iuxta res varias, in quas fertur, varias ſortitur ſpecies. Auri enim deſiderium, auaritia eſt; honoris, ambitio; venereæ voluptatis, libido, &c.

Inflammatur autem deſiderium, ex conuenientia boni abſentis, amoriſque incentiuis. Deferueſcit, ſi deſiderii effectus noxii exponantur; vt moleſtia, dolor, amittendi metus, inſtabilitas, &c. ſi res oſtendantur contemptibiles. Et omnino morbum iſtum ſanant ea omnia, quæ tollendo amori conducunt.

g Auerſatio ſeu mali fuga.

g Auerſatio ſeu mali fuga, deſiderio contraria, eſt contractio animi à malo abſente; quod, vt minus conueniens, fuerit conceptum. Pro excitamento, habet odium. Pro remedio vero: vt ea quæ mala apparent (præter culpam, & peccatum) non eſſe vere mala oſtendantur, imo aliquando ſegetem multorum, & magnorum bonorum; proinde, nos interdum non rebus, ſed opinionibus perturbari.

h Gaudium voluptas, delectatio.

189 *h* Gaudium, ſeu delectatio, aut voluptas cum mentis tum corporis, eſt animi motio & delectatio à bono conueniente ac deſiderato, præſente iam, vel concepto vt præſente. Naſcitur ergo ab amore, ac deſiderio: quare voluptatem pariunt functiones ſiue actiones

eæ, quæ

Digitized by Google

ea, quæ ſunt ſecundum naturæ propenſionem; & quæ ſecundum conſuetudinem, quæ naturæ proxima eſt; & quæ ſponte ſuſceptæ ſunt, vis enim naturæ aduerſatur: memoria item præteritorum bonorum, & futurorum cogitatio; malorum etiam recordatio, ſi quid ex ipſis boni aduenit: præterea omne, quod eſt leuamentum mali, victoria, qua ſuperiores aliis reddimur: mutatio, & varietas; tum quia natura noſtra, vt inquit 9 Nazianzenus, ſemper eſt in fluxu; tum quia natura ſcire multa & experiri deſideramus; tum quia nouitas ipſa delectat, ob functiones initio vehementes, atque adeo magis voluptuoſas, quo in progreſſu negligenter adminiſtrantur, & voluptas deferuet. Admiratio & ipſa voluptatem efficit, iiſdem de cauſis; cum ob nouitatem, tum ob ſpem noſcendi, euius deſiderio naturaliter tenemur. Imitari, etiam delectat (quod pictores, ac poetæ ſolent) propterea quod à ſcopo nos in eo haud errare; ſed naturam artificio aſſequi, & ad viuum exprimere animaduertimus. Præterea, ſimilitudo morum, & conditionis vitæ iucunda eſt. Ordo quoque voluntatem parit; cum inducat ſtatum naturæ conuenientem. Ad hæc, imperare, ſapientem eſſe, alios reprehendere, contumeliam facere; malum aut inferre, aut illatum iis quos odimus, videre: verſari in eo, in quo nos excellere arbitramur. Deniq; vt alia multa prætercam, delectamur rebus difficilibus ac laborioſis; cum bonos earum effectus fructuſque recogitamus. Quæ vniuerſa, propterea voluptati ſunt: quod naturæ conuenientem actionem contineant. Ponitur vero, aut ſedatur voluptas, demonſtratione rerum prædictis oppoſitarum. Præterea extinctione amoris ac deſiderii, quæ ſunt eius cauſæ. tum, noxiis ab immoderata voluptate partis effectibus penſandis: qui ſunt, animum diſtrahi ne ſe facile colligat; ſenſum opprimi atq; abſorberi; ſitire, & numquam ſatiari, imo affici faſtidio, ac, ſi contra rationem ſumantur voluptates, earum deinde recordatione animum vellicari, atque torqueri. Deniq; conſiderandum voluptatem naturę attributam, non per ſe, ſed tanquam operationum condimentum. De delectatione plura 10 inferius. *i* Dolor ſiue triſtitia delectationi opponitur: eſtq; animi ægritudo de malo, reipſa, vel per phantaſiam pręſente. Eius ergo cauſæ ſunt, malum, vel præſens, vel habitum pro præſenti: item bonum amiſſum: retardatio adeptionis boni: & omne, quod reſiſtit appetitioni. Si malum eiici nō poſſit, aut inſperato adueniat; augetur dolor mirū in modum. Doloris remedium eſt, fletus; qui triſtitiæ quidā vomitus eſſe videtur. item amicorum conſolatio, non ſtatim quidē poſt ictum adhibita, ſed poſt concoctum tantiſper dolorem: vt enim inquit 11 Chryſoſtomus: *Nihil à principio, cum maior eſt conſolatione triſtitia, tam opportunum dolentibus quam requies & ſilentium.* præterea voluptatum captatio dolorē auertit, nec non & contemplatio rerum altiſsimarum; diſtrahit enim eum delecta-

9 *Gregor. Naz. Orat. 6. de theol.*

10 *Sect. 4.*

i Dolor ſiue triſtitia.

11 *Chryſoſt. hom 11. ad pop.*

Digitized by Google

delectatione mentem: reputatio quoque rerum ſublunarium, humanæque conditionis. Multa denique ex dictis de voluptate adduci huc poſſunt, aut ad excitandam, aut ad ſedandam triſtitiam.

190 *k* Miſericordia, ſeu miſeratio. *k* Miſericordia ſiue miſeratio, eſt animi ægritudo ab opinione mali, quod interitum doloremue afferat ei, qui ſit fortuna illa indignus. Commouetur itaque erga viros probos potiſsimum. Et exaggeratur, Si eorum mala, velut atrocia repræſententur, ac deſcribantur: 12 addantur formæ, voces, veſtitus, actiones: producantur laceræ veſtes, ſanguinolentæ imagines, inſtrumenta vulnerum, & huiuſmodi alia. Item, ſi dicatur, mala quæ alij patiuntur, illis, ac ſuis poſſe obuenire. Componitur vero nimia miſericordia: ſi cogitetur, non eſſe plerumque vere mala, ea quæ tollerantur; Et interdum conferre ad ſalutem tum publicam, tum eius qui plectitur. *l* Gratia; per quam damus aliquid indigenti exaggeratur, cum aliquid vel ſuapte natura vel ratione eius cui confertur, magnum donamus: aut cum donamus opportuno tempore: aut ſine ſpe retributionis. — 12 *Quintil. lib. 2. c. 2.* — *l* Gratia.

191 *m* Inuidia ſeu inuidentia, liuor. *m* Inuidia ſiue inuidentia, fere inter pares exſurgit. Eſt autem animi ægritudo, quod bene ſit alteri: non quia id ſit inuido commodum; ſed quia illius bonum ægre ferat. Quare, & ſi ea per ſe praua eſt, ac deteſtanda: teſtis eſt tamen virtutis eius viri, cui inuidetur. Gliſcit liuor edax aliorum rebus opimis 13 laude, honore, commodo, &c. 14 Caſsianus, præter ruinam eius cui inuidetur; nullum omnino inuidentiæ humanum remedium relinquit: non enim alterius affabilitatem, non humilitatem, non ſubiectionem, non munera, non obſequia, non blandimenta; quæ omnia magis inuidum exaſperant: quippe nihil illum aliud, niſi ſucceſſus alienæ felicitatis irritat; nec deſiſtit donec ad extremam alter calamitatem deuenerit; vt iam non habeat, quid miſero inuideat. Solam ergo ac iugem diuini auxilij, cui nihil impoſsibile eſt, implorationem adhiberi vult in antidotum. Verum eſto quoque remedium, cogitare, inuidia conſumi & contabeſcere illos ipſos, quibus ineſt: conſiderare, omnia bona homini à ſeipſo petenda, atque adeo bona tantum eſſe, quæ ornant animum. vt autem nobis non inuideatur: Simus in rebus ſecundis comes, ac modeſti: Et, quam celerrime poſſumus, ad ſummum gloriæ, alteriuſue boni faſtigium euadere feſtinemus. Extinguitur enim inuidia, magna felicitate: tam eius, cui inuidetur; quem dicere ſolemus, hoc caſu inuidiam ſuperaſſe: quam etiam ipſius inuidentis; nec enim felix, & cui nihil deeſt, poteſt facile aliis inuidere. — 13 *Lege Gal. Pariſ. c. 8. de moribus ſub finem* — 14 *Caſſ. coll. 18. c. 17.*

n Æmulatio, zelus. *n* Aemulatio ſiue zelus, hoc differt ab inuidia: quia ægritudo eſt de alterius bono; non quod ille bono fruatur; ſed quod ipſe æmulator eo careat. Idcirco æmulatio in viris bonis eſt, inuidia in malis. Naſcitur autem inter conditione ſimiles. Verum ea, niſi caute cōtineatur intra

Digitized by Google

intra limites, facile in inuidiam degenerat, & ſerit inimicitias. *o* Aemulationi opponitur retinendæ dignitatis honoriſque contemptus. perniciosus affectus: quo iacent ac torpent omnia, contemnuntur virtutes: *Et Ignauis*, vt inquit 15 Tacitus, *nec in victoria decus eſt, nec in fuga flagitium.* Quamquam opes, honores, dignitates, imperia propter Deum contemnere, atque vti ſtercora reputare, ſumma ſit ſapientia, ac magnanimitas. *p* Indignatio, Græce Nemeſis: dolor eſt de proſperitate illius, qui ea ſit indignus. bonæ certe indolis affectio: verum, ſi exorbitet, prona ad inuidentiam deuoluitur: aut ad iudicii temeritatem, vt hoſce vel illos exiſtimet indignos: aut ad diuinorum iudiciorum profunditatem tentandam, vt ſummo diſpenſatori leges, eiuſq; liberalitati aſsignare ipſe trutinam velit.

o Contemptus dignitatis.

15 *Corn. Tacit.*

p Indignatio, nemeſis.

q Verecundia 16 ſiue pudor, ingenuus affectus: eſt ægritudo animi in malis, quæ dedecus nobis, noſtriſue afferre videntur; cum aut ſunt, aut fuerunt, aut futura ſunt. Sicut e contrario inuerecundia ſiue impudentia, eſt iiſdem malis animi ſecuritas. Cauſa igitur verecundiæ eſt, turpe, inferens ignominiam. turpia vero, non eadem omnibus videntur: nam ſunt, qui etiam accipere beneficium, indecorum putant, vt magnanimi. Augetur verecundia: ſi dedecus publice, aut apud perſonas, quas maxime veremur, contingat. Magno vſui pudor eſt ad vitanda mala virtutibus contraria: nec enim ſine cauſa 17 Fabius verecundiam, vitium quidem appellat; ſed amabile, & quæ virtutes facillime generet, & qua nihil ad conciliandum ſit gratius. Caute tamen eſt retinenda: ſemel enim amiſſa, reuerti neſcit. At vero exceſſus pudoris cauendus: qui aliquando adegit ad mortem. Impudentiæ medetur, commemoratio priſtinæ virtutis, gloriæ maiorum, amplitudinis patriæ, dignitatis, ſtatus, atque profeſsionis, alieni ſplendoris, &c. virtus etiam & recte inſtituta vita. *Nihil enim ita facit impudentem*, ait 18 Chryſoſtomus, *quam mala conſcientia, quam peccatum: quare enim meretrices impudentes? quare virgines verecundæ? nonne illa ex peccato, hæ ex modeſtia? Impius* 19 *enim, cum in profundum malorum venerit, contemnit.* 192

16 *De verecundia, & rubore eius effectu lege Senec. c. 11.*

q Verecundia, pudor: inuerecundia, impudentia.

17 *Quintil. lib. 11. c. 3. & lib. 12. c. 5.*

18 *Chryſoſt. hom. 10. ad pop.*

19 *Prouerb. 18.*

r Spes eſt, abſentis, ardui, poſsibiliſque boni appetitio; cui timoris aliquid inſit: *Spem enim*, inquit 20 Seneca, *metus ſequitur.* Commemoratione gratorum ſpei effectuum, ſpes dilatatur: qui ſunt voluptas, & vigor in functionibus. *ſ* Confidentia ſiue fiducia, ſpei excurſus eſt, expulſo timore: ſeu eſt, præſumpta certitudo rei ex ſententia euenturæ. Quare ingeſto timore compeſcitur. *t* Deſperatio, ſpei defectus eſt, ex abundantia timoris: eſtque receſſus animi ab appetitione boni, ex opinione, quod numquam ſit eo potiturus. Gignitur maxime à torpore mentis: abiecta opinione, quam de ſe, ſuiſque habet: nimio denique malorum impendentium metu. Deſperatio parit incuriam 193

20 *Senec. epiſt. 5.*

r Spes.

ſ Confidẽtia, fiducia

t Deſperatio.

 in agen-

in agendis rebus, ceſſationem à præclaris facinoribus, magnamq; improbe factorum colluuiem. Facto animo, ad ſpem reducitur.

194 *u* Timor, metus, formido, pauor, terror ægritudo eſt, ex oblata ſpecie impendentis mali, quod interitum aut dolorem afferre poſsit. Quamuis etiam ex antipathia naſcatur: cum ouis lupum, leo gallum timeat. Neque modo malum ipſum timori eſt: verum etiam ſigna mali. Acuitur timor: ſi malum ſit difficile propulſabile, magnum ac graue, repentinum, ignotum, propinquum. Moderatus 21 timor attentos facit, & accuratos, conſultantes, cunctabundos, legibus obtemperantes. Immoderati vero timoris affectus ſunt: in corpore quidem pallor, tremor, ſolutio membrorum, &c. in animo autem perturbatio & inconſtantia, perculſio ſiue conſternatio, quæ nonnumquam mortem affert. Et ſæpe timor per expectationem mali plus intulit moleſtiæ, quam malum ipſum præſens. Corrigendus igitur, primum conſideratione prædictorum malorum: mox ſucciſa timoris radice, qui eſt amor: tum, aſſuetudine rerum terribilium, & quæcumque firmant animum, audaciamque progenerant. Immoderatio timori, Spes opponitur; de qua iam dictum eſt: & ex curſu longiore, audacia. *x* Hæc aggreditur ea, quæ ſupra vires ſunt: malumque ſuperare nititur, cui facile ſuccumbat. In quo differt à fiducia: hæc enim per ſe primo bonum ſpectat: audacia vero malum, vt ſuperet. quod quia tandem ad bonum comparandum refert; idcirco ſæpe audacia & fiducia confunduntur. Gignit audaciam, propriæ virtutis, vel aduerſariorum imbecillitatis opinio: præceps, imperitum, & rebus agendis minus exercitatum ingenium: cordis calor, ac vinolentia: & ex accidēti, deſperatio, vt notat 22 Chryſ. Effectus audaciæ ſunt, bilis commotio, contemptus diſcriminum, ignaua ſecuritas, profligatio & interitus rerum, faciliſque oppreſſio ipſius audacis ac nihil timentis. Horum igitur conſideratio: & moderata de ſe opinio, cum non leui de iuribus aduerſariorum exiſtimatione: nec non & rerum vſus, ad deponendam valent audaciam.

u Timor, metus, formido, pauor, terror.

x Audacia.

21 *Lege Chryſoſt. ho. 15. ad pop.*

22 *Chryſoſt. hom. 30. ad pop.*

195 *y* Ira, concupiſcibilis facultatis, rationiſque ſatelles & miniſtra: amoliens, quantum poteſt, ea; quæ mali fugam, & boni proſecutionem impediunt. Si ſtimulus quidam ſit breuis, ac ſubitus; indignatio dicitur: Si permanens ac diuturna eſt; ira vocatur. excandeſcentia eſt iræ exſuperantia, prodita externis ſignis: Si ſubito exoritur; fel appellatur: Si diuturnior eſt; mania: Si deniq; abſque quiete; furor. Ira igitur eſt, appetitus vltionis, ex dolore; quod ſe quis, aut ſua immerito contemni videt. Quare eam comitantur, dolor, odium, deſiderium, voluptas. Cauſa iræ eſt, malum offendens; quod repelli poſsit: primaq; radix eſt, opinio contemptus ſui ab alio. Augetur ira, ab excellentia propriæ conditionis ac ſtatus ab illatore iniuriæ, ſi amicus erat, ſi ignobilis:

y Ira, indignatio, excandeſcentia, fel, mania, furor.

Digitized by Google

bilis: deniq; ipſo miſeriarum & calamitatum aduentu. Ira non exſurgit, ſi nobis iniuria inferatur ab iis, quos timemus. vbi tamen, & quando eos timemus; nam in ſecreto & in angulis ſuccenſemus. Item ſi, qui nobis iniurii fuerunt, eadem quoque ſibi mala intuliſſe dignoſcantur. Ceſſat ira, atque ad lenitatem manſuetudinemque reuertimur: ſi facti eos pœnituerit: ſi timentes ſint demiſſeque ſe gerant. ceſſat quoque, ex victoria: ex ſumptione pœnæ quamuis ab vno tantum eorum, quibus irati eramus: ex calamitatibus in eum, cui fueramus infenſi, aduenientibus.

23 *Chryſoſt. hom. 29. & 31. ad pop.*

Deferuet etiam ira, tempore: vel læto aliquo nuncio, aut proſperitate. Verumtamen, cum ſit (autore 23 Chryſoſtomo) acutum & efficax vitium, & ebrietati, ignique ſimillimum; difficile curatur: ob varios & inter ſe pugnantes affectus in ipſam confluentes. Nihilominus remedia eſſe poſſunt: remouere ſuſpicionem, quod hoc vel illud in noſtri contemptum fiat: de nobis moderate ſentire: atque exiſtimare, & nos alijs quoque iniurios eſſe poſſe, ac forte pluries fuiſſe: reputare, proficiſci iram ex imbecillo abiectoq; animo; non enim in pares ira, ſed in meliores exiſtit: conſiderare, turpe eſſe, ac non ſine peccato, iniuriam referre: aures admouere ſermonibus, doctrina & veritate prudentibus: ſcire, homines eſſe, qui contempſerunt, id eſt, lapſibus ac delictis obnoxios: proponere, non iraſci aduertenter, per tantum temporis; quod propoſitum innouari ſubinde, atq; in amplius tempus prorogari poteſt: concedere animo ſpatium. vt ſe colligat; ſic Auguſtus, Athendori conſilio, nihil in ira fecit aut dixit, Græco Alphabeto non prius recitato: auertere iraſcendi occaſiones: vti ſedata muſica, cibis frigidis, remiſſo ac breui ſomno; & cauere ab inedia, continuatis vigiliis, immoderato motu: conſiderare malos iræ effectus, qui ſunt, dolor de retardata vindicta, rationis perturbatio, feruor ſanguinis circa cor, valetudinis detrimentum ob incrementum bilis, viſus hebetudo, conſternatio, oris monſtroſitas, &c. *Non enim poteſt iratus*, inquit 24 Chryſ. *in ſe ipſo manere, ſicut in fluctus ſurgens mare: ita commiſcentur omnia; & tamquam fons purus immiſſo turbatur cœno, & ſuperiora fiunt inferiora.* Idcirco recte 25 alibi dixit: *Si furoris tempore poſſet iraſcens ſibimet ipſi notus fieri; non alia foret opus admonitione aut remedio: nihil enim iraſcentis deformius aſpectu, &c.* Ex his manifeſtum eſt, quam ſit ab ira cauendum, & inconſiderationibus quidem ac deliberationib. ſtudioſe omnino vitanda ac comprimenda eſt: propterea quod menti tenebras offundit, ne verum deſpiciat. Attamen 26 in exequendo, ardua præſertim, moderata ira retinenda eſt.

24 *Chryſoſt. hom. 62. ad pop. lege etiam ho. 30.*
25 *Hom. 29. ad pop.*
26 *Lo. Chryſoſt. hom. 30. ad pop.*

2 Admiratio, & ſi affectus non ſit, neque pertineat ad appetitum 196
ſenſitiuum: haud tamen naturæ multum diſſimilis eſt de affectibus. *2. Admiratio.*
tantumque conducit ad eloquentiam; vt eam, quæ admirationem

non habet, nullam Cicero 26 putet: & 27 Quintilianus, Auditores, *26 Cicer. de clar. or.*
quamquam delectatione plerumque capi; attamen admiratione non- *27 Quintil.*
nunquam, velut auferri prædicet.

Naſcitur admiratio, primum ex ignoratione: cum enim videmus
aliquem effectum, cuius cauſam neſcimus; ſtatim miramur. Deinde
ex magnitudine, extraordinariaque excellentia alicuius obiecti; et-
iamſi eius cauſa non ignoretur. & in vtraque cauſa requiri videtur
tamquam neceſſaria conditio, nouitas obiecti, aut in ſe, aut reſpectu
noſtri: huius enim conditionis defectu, maxima diuinæ prouiden-
tię opera, vt inquit 28 Auguſtinus, aſsiduitate nobis viluerunt; mi- *28 Auguſt. tract. 24. in Ioan.*
nora deinde, quia rara, mirantibus. Ex hac porro admirabilis obie-
cti cognitione varii creantur in voluntate affectus: vt deſiderium co-
gnoſcendi etiam cauſas illius; complacentia ſeu cupiditas tam ma-
gnæ rei celebrandæ; ſtupor quidam ſiue deliquium, &c. Quare, *Ex ad-* *29 Chryſoſt. hom. 66. ad pop.*
miratione idololatria principium cepit, vt 29 Chryſoſtomus docet; *cum ho-*
mines nimia ſupra meritum haberentur admirationi; itaque tertium decimum
Deum eſſe putauit Alexandrum Romanorum Senatus; hic enim & Deos crean-
di, ac decernandi poteſtatem habebat. Excitabimus igitur admirationem:
ſi effectus, quem adducimus, difficillimum eſſe inueniri rationem di-
camus; ſoluentes illas, quæ afferuntur, aut afferri poſſe videntur, ra-
tiones: ſi rem, magnam admodum atque excellentem in ſuo gene-
re oſtenderimus; aut abſolute, aut comparatam cum aliis; & aut per
ſe, aut reſpectu circumſtantiarum: ſi denique nouam, extraordina-
riam, numquam viſam, numquam auditam, numquam cogitatam
prædicauerimus. modo tamen res illa ſit admiratione digna. Iam ve-
ro admirato vſui eſt, primum conciliandæ attentioni, vt ſuo 30 loco *30 Lib. 4. ſec. 4. c. 1. n. 238.*
dicetur: admiratio enim deſiderium generat cognoſcendi cauſas e-
ius effectus, quem admiramur, deſiderium vero parit attentionem
audiendi eius, quod ſcire concupiſcimus. Deinde, quemadmodum
paulo ſuperius cum voluptatem tractaremus, innuimus, valet admi-
ratio ad delectationem: nam deſiderium ſciendi, cum ſpe futuræ ac
vicinæ ſcientiæ, quam affert admiratio, delectat: delectat item obie-
ctum magnum ac nouum, quod admirationi eſt. Denique iuuat admi-
ratio ad rem aliquam amplificandam, & magnam in ſuo genere exhi-
bendam: vt 31 præcedenti capite docuimus. *31 Cap. 2. nu. 182.*

197 a Affectuũ doctrina quomodo tractanda.

a Hæc, quæ nos ex 32 Ariſtotele potiſsimum & pleraque alia, *32 Ariſt. lib. 2. Rhet.*
quæ communium locorum ductu elici poſſunt ex locis Philoſophiæ
ciuilis, ac theologiæ propriis, præſertim vero ex S. Scriptura, Sancto-
rumque Patrum elucubrationibus, poterit Eccleſiaſtes per argumen-
tationem aptare ac conformare in amplificationes: vt prædictos affe-
ctus (ad quos alii omnes reuocantur) aut extimulet, cum opus eſt; aut
compeſcat.

Digitized by Google

Hoc enim negotium, triplici ratione conficitur: expoſitione obiectorum, cauſarumque mouentium, ſedantiumue: excitatione, vel depreſsione eorum affectuum; à quibus ii, quos ciere intendimus, oriuntur atque dependent; vt verbi gratia, ex amore odium ac deſiderium; ex deſiderio ſpes, timor, lætitia, triſtitia, audacia, ira; ex timore deſperatio, &c. proficiſcuntur: denique amplificatione; qua res, quaſi viuæ vigenteſque ac magnæ, vt ſunt, oſtenduntur.

CAPVT IV.

Permouendorum Animorum variæ conditiones pernoſcendæ.

VT *a* ſciat Eccleſiaſtes, quinam, in quibus inflammandi, aut reprimendi ſint prædicti affectus: noſſe oportet Auditorum mores, ex affectionibus, habitibus, conſuetudine, ætate, fortuna, &c. De quibus idem 1 Philoſophus ſecundo Rhetoricorum libro diſſerit. 198

1 Ariſt. lib. 2. Rhet.

a Ad excitandos reprimendoſque affectus, noſcendi hominũ mores.

b Amant enim ii, qui pulchritudine facile capiuntur: vt molli animo, dulci ingenio. Contra vero, qui barbari ſunt, ruſtici moribus aſperis, ingenio duriore, amare non ſolent: aut, ſi amant, perdite proiecteque amant. Hinc ad odium hi ſunt procliues: illi minime. *c* Proni ad cupiditates ſunt, calidi, rerum carentes vſu, ſanguine bilique abundantes, timidi, meticuloſi. Iidem quoque facile auerſantur: contraria enim circa idem fieri apta ſunt. *d* Gaudent, ac triſtantur ii, qui ad amores, ac deſideria faciles ſunt. 199

b Quinam ſint proni ad amorem & odium.

c Ad cupiditatem, & auerſationem.

d Ad voluptatem, & triſtitiam.

e Miſericordia ducuntur, mites animo, malorum experti, imbecilli, timidiores, periti rerum, ac doctrina exculti. non ita vero felices, non iracundi, non qui omnes homines malos putant, non qui ſunt ipſi in extrema calamitate. Iidem quoq; faciles ſunt conſequenter, aut difficiles ad præſtandam gratiam. 200

e Ad miſericordiam & gratiam.

f Inuidentiam facile concipiunt, qui anguſto puſilloque ſunt animo, & omnia æſtimant magna: item qui ſunt honorum cupidi, &c. Aemulantur autem magnanimi, diuites, gratioſi: qui ſe bonis illis dignos exiſtimant, & intelligunt ſe poſſe potiri: maxime vero, quorum patria & maiores in pretio fuere. 201

f Ad inuidiam, æmulationem, indignationem, verecundiam.

Ad indignationem mouentur, qui ſunt maximis digni bonis, probi, ac ſtudioſi: vel qui de ſe ipſis præclare ſentiunt, de aliis humiliter, verecundia facillime corripiuntur ingenui, bonæque indolis homines. 202

g Sperant cito, qui non habent vſum rerum, qui ſanguine abundant, qui non aduertunt pericula. Confidentes ſunt, qui nihil dum aduerſi pertulerunt; vel qui è multis, magniſque periculis incolumes 203

g Ad ſpem, confidentiam, deſperationẽ.

Digitized by Google

euaſerunt: etiam qui multa ſunt experti; noruntque, mala non eſſe adeo magna: præterea opulenti, robuſti, gratia meritiſque pollentes: nonnumquam fidentes reddit etiam paupertas, orbitas, ſenectus, miſeria. Deſperant vero, qui mente torpida ſunt: qui de ſe abiecte opinantur: & quos magna malorum colluuies incurrit.

204 *h* Ad timorem, audaciam, iram, admirationem.

h Timent, qui multa poſsident, amant, deſiderant: frigidi, melancholici. Liberi à timore ſunt, natura calidiores: item ii, quibus nihil mali contingere poteſt, vt ſunt Beati: ſed & qui apud nos ad malorum extrema deuenere. Audaces ſunt, qui corde ſunt calido, vinolenti, ingenio præcipiti: opinantes ſe quidem fortes, aduerſarios vero imbecilles: itē inexperti, imperiti: & ex accidenti, qui deſperant. Iraſcuntur procliuius, bilioſi; ſed diutius iram ſeruant frigidi: item, animo qui ſunt anguſto, pauperes, debiles, deformes, amatores: & in ſumma, qui, cum deſiderent, expleri non poſſunt. Deniq; admirabundi ſunt, curioſi, non aſſueti rebus magnis, indocti. Non autem facile admirantur, docti, hebetes, magnanimi.

205 *i* Iuuenum mores.

Ex his nullo negotio de ſingulis ætatibus iudicium feres. *i* Iuuenes enim, ſunt amantes, proni ad cupiditates, nimii, audaces, prompti, iracundi, mutabiles, admirantes, ſimplices & aperti, nec praui ingenii, ſodalium ſtudioſi, &c.

206 *k* Mores ſenum.

k E diuerſo ſenes facile dubitant, in deteriorem partem res accipiunt, non amant iocos & facetias, timidi ſunt animoque puſillo, pecuniarum tenaces & auari, difficiles, queruli, moroſi: nec in amore, nec in odio vehementes, & omnino cupiditatibus minime obnoxii: ſed valde tamen cupidi vitæ; cuius tantam habent penuriam, vt præteriti potius memoria, quam ſpē futuri viuere videantur. Commoditatem præterea, & lucrum magis, quam dignitatem ſectantur: quare iniuriæ quas inferunt, contra facultates & patrimonia tendunt. miſericordes tamen ſunt, vti iuuenes; verum ex diuerſa cauſa: nam hi, ex amore, & bonitate naturæ: ſenes vero ob experientiam malorum, & timiditatem, quod facile ſibi hæc poſsint euenire. Non ſunt adeo verecundi: ſunt autem ad loquacitatem proni; callent enim multa, quæ libenter narrant iunioribus. quoniam vero quæ nunc diſcunt, memoria infirme hærent; eadem iiſdem identidem, & ad quamcumque occaſionem renarrant; obliti, quod hæc iis alias narrauerint. Ira ſunt, acri quidem, ſed languida nihilominus, ac cito diſſolubili, &c

207 *l* Mores ætatis virilis.

l Virilis ætatis homines, ex moribus iuuenum ſenumque participant: deſerentes nimirum id, quod in vtriſque eſt nimium. Ergo nec difficile, vt ſenes; nec facile, vt iuuenes, fidem habent: ſed credunt, quibus debent. Mediocriter cupidi, & iracundi ſunt: actioneſque ſuas, non ſolum ad honeſtatem, vt iuuenes, neq; ſolum ad lucrum, vt ſenes; ſed referunt ad vtrumque, &c.

m Sunt

Digitized by Google

m Sunt quoque pro varietate ſexus, conditionis, ſtatuum, natio- 208
num, &c. varii hominum mores. Qui excerpi poſſunt ex vtraque Phi- *m* Mores Sexuum, ſtatuum conditionum, nationum.
loſophia, ex mathematicis, ex theologia, ex hiſtoriis.

SECTIO IV.

De inuentione ad delectandum.

EXquiſitis iam iis, quæ ad doctrinam, in quæſtionis ac fidei inuentione; & iis, quæ ad motum, in enumeratione eorum, quæ ipſum excitarent: reliquum eſt, vt, quæ delectationis ſunt, quam breuiſsime explicemus. 209

CAPVT I.

Delectatio Sacro Eccleſiaſtæ quatenus adhibenda.

SVnt, qui ſacrum, & Chriſtianum Oratorem delectandi Auditoris debito liberent: ſeuerum tantummodo illum, acrem, reprehenſorem, lacrymarum excuſſorem poſtulantes. *a* Ego vero, quid tam cum eo tetrice contenteque agendum fit, non diſpicio: cum in Prophetarum, Apoſtolorum, Patrum; ipſiuſque adeo omnium magiſtræ Diuinæ Sapientiæ concionibus ſua delectatio non deſit. quæ ad Paleſtinos, vt notat S. 1 Hieronymus, in parabolis frequenter loquebatur: propterea quod iis illos delectari videret. Nec deſunt ex SS. Patribus, qui rem hanc expreſſe commendent, diſerteque præcipiant: vt 2 Ambroſius, qui plenum gratiæ & ſuauitatis ſermonem, haut putat indecorum: vt 3 Auguſtinus, qui admittens in Eccleſiaſte tria illa munera Oratorum vulgata; rationem inſuper addit, his verbis: *Orator debet docere, delectare, flectere: docere propter ignaros; delectare propter plurimos, veritatem, niſi adiungatur dicendi ſuauitas, faſtidientes; mouere propter duritiem. Et doctrina quidem, eſt omnino neceſſaria; quia ignorata, agi non poſſunt: delectare vero, non eſt neceſſe, niſi attentionem Auditoris faſtidientis. Et mouere, ad duritiem cordis*, & alibi: *Probet Orator, vt inſtruat: delectet, vt teneat: moueat, vt vincat.* Sicut enim natura functionibus quamuis neceſſariis, iucunditatem tamquam condimentum adiecit; & cibum ipſum, corpori maxime neceſſarium, delectatione condiuit: quidni animæ cibum, homini multo magis neceſſarium, molliat concionator; & difficillima Chriſtianæ Philoſophiæ præcepta in animos dicendi ſuauitate delinitos, altius demittat? Nam: *Qui libenter audiunt* (ait 4 Quintilianus) *& magis attendunt, & facilius credunt.* &, auto-

210 *a* Concionator, non abſoluitur munere delectandi.

1 *Hieronym. com. in Mat. cap.* 13.
2 *Ambroſ. lib.* 1. *off. cap.* 23.
3 *Auguſt. lib.* 4. *doctr. Chriſt. cap.* 12. 13.
4 *Quintil.*

&, autore 5 Auguſtino, *Qui delectatione eſt affectus, facile quo volueris ducitur; nemo flectitur, ſi moleſte audit.* b Neque vero dolorem & lacrymas ſiſtit delectatio: cum de ſe dixerit 6 Auguſtinus: *De peccato doleo, & de dolore gaudeo.* & in tragœdiis, quo altius dolemus & flemus, eo iucundius afficiamur.

5 Auguſt. li. 4. doct. Chr. *6 Auguſt.*

b Delectatio non tollit lacrymas.

211 Licet igitur, immo decet Eccleſiaſten delectabiliter dicere: modo c id decenter faciat, ac moderate. Et primum quidem, ne dicat ea; quæ ſint animis dulce venenum: vt ſunt exempla, proprietates, & deſcriptiones prophani amoris, & corporalis pulchritudinis. Ex quibus, & ſi pauci iuuari poſsint: multo plures tamen, qui ſunt in illa pice, ſcandalizabuntur: Quod enim recipitur, aiunt Philoſophi, per modum recipientis recipitur. neque vero ſatis conſultum videtur, vtcumque deinde curatio adhiberi poſsit, prius animo vulnus infligere. Deinde, (quod monet 7 Auguſtinus) ſubſit delectationi res digna & grauis: nec ſint tinnula ſine rebus verba, aut deſcriptiones poeticæ, aut ſuperflua ſynonyma, &c. neque exigua & fragilia bona ſpumeo verborum ambitu ornentur.

c Cautio in adhibenda delectatione.

7 Auguſt. li. 4. de doctr. Chriſt. c. 14.

212 d Tertio, nulla ratione delectationem aucupétur iocis, ſalibus, aut rebus ridiculis: quorum præparcus vſus, & ſi prophanis oratoribus permittitur; ſacris tamen omnino interdicitur; neque tamen materia, neque locus, neque finis, neque ſanctorum exempla hoc ſinunt. Nam 8 Chriſtus Dominus, ne ipſe riſit vmquam, & comminatus præterea ridentibus eſt: *Va vobis, qui ridetis nunc.* & S. 9 Bernardus in ore Sacerdotis nugas eſſe blaſphemias; eumque fœde ad cachinnos moueri, fœdius mouere affirmat: quid dicturus, quæſo, non de ſimplici Sacerdote; ſed & de publico verbi Dei diſſertore? Quarto, 10 floſculi delectationis, ſint etiam fructus honoris & honeſtatis: & voluptas, non ſit ipſa cibus; ſed condimentum dumtaxat ſolidorum ciborum. Quare in ipſamet delectatione ſubſit Auditoris vtilitas: etiam in ipſo genere demonſtratiuo; vbi dicendi ſuauitas, & ornamenta facilius licent. Secus enim eſſet, adulterare verbum Dei: hoc eſt, delectationem ex dictione quærere; non prolem Ieſu Chriſto generare.

d Sales, ioci ridicula exterminanda.

8 Luc. 6. *9 Bern. lib. 2. de conſ.* *10 Eccl. 24.*

213 Quinto, ne abſit recta intentio: vt eatenus ſcilicet delectatio quæratur; quatenus diuinæ gloriæ, & proximorum ſaluti conducit. neq; propria ex ea concionatoris fama captetur. e Denique ſit in delectando moderatus Eccleſiaſtes: & miſceat orationem delectabilem aliis dicendi generibus. Hoc autem, non ſolum vt profit; verum etiam vt ne ſit faſtidio & nauſææ. *Quis enim*, inquit 11 Cicero, *potione vti aut cibo dulci diutius poteſt? & omnibus in rebus, voluptatibus maximis finitimum faſtidium eſt.* etiam in ipſis poeticæ orationis cincinnis, ac fuco.

e Modeſtia in delectando.

11 Cicer. lib. 3. de Orat.

CAP.

CAPVT II.

Quibus rebus efficitur delectatio.

214 VEra, *a* ac grauis delectatio, illa eſt: quæ rerum & ſententiarum pondere & pulchro dicendi charactere conficitur. Quamobrem exiſtet primum delectatio, ex 1 alijs duobus officijs docendi atq; mouendi; ceteriſque Artis partibus recte expletis. Docere enim vera dilucide ornateque illa explicando, & efficaciter confirmando; mouere item vehementer affectus: maxime per ſeſe delectabit. Etenim in omnibus rebus, ſeu naturalibus, ſiue artificioſis (animaduerſore 2 Cicerone) ita comparatum eſt; vt neceſsitatem vtilitatemque earum ſequatur etiam pulchritudo atque ſuauitas. Atque ideo, quemadmodum ex tam neceſſaria connexione membrorum humani corporis, tam pulchra quoque & ſpectabilis ſtructura reſultat; vt ex neceſſarijs partib. ſpecies domus; ex carina, puppi, prora, remigio, armamentoque cetero, ſumme ad nauigandum neceſſarijs formoſa quinqueremis exiſtit: ita: *In omnibus*, inquit, *partibus orationis euenit; vt vtilitatem ac propeneceſsitatem ſuauitas quædam ac lepos conſequatur.* Cui 3 Quintilianus adſtipulatur, hoc dicto: *Nunquam vera ſpecies ab vtilitate diuiditur.*

a Vera delectatio eſt, recte docere, & mouere.

1 *Quintil. lib 8. in proœm. & lib. 12. cap. 3.*

2 *Cicer.*

3 *Quintil. lib 8. c. 3.*

215 *b* Verumenimuero, vt aliquid in particulari præcipiamus: oſtenſum late 4 ſuperius fuit in tractando voluptatis affectu per multas inductiones; ea, quæ naturæ conuenientem continent actionem, delectationem creare. Quibus nunc conſequenter dicimus, res illas afferre ac repræſentare, quę animi facultatem aliquam ſenſumue afficiunt, delectare. Et quidem intellectus cum voluptate intelligit res nouas, varias, admirabiles, occultas; acutas, ingenioſas, inexpectatas inuentiones; cauſas effectuum; hiſtorias, fabulas, res aliorum geſtas, &c. voluntas ducitur, bono, pulchro, amabili; proprijs bonis gaudet; amari atque honorari appetit. Appetitum ſenſitiuum delinimus exaggerandis ijs affectibus; quorum obiecta, ſunt bona præſentia delectabilia: illis vero, quæ futura bona ſpectant, addendo ſecuritatem: quæ autem circa malum verſantur, iſtius aut deſtructionem, aut abſentiam repræſentando.

b Quænam proprie delectationē pariant.

4 *Sect. 3. cap. 3. nu. 189.*

Externi ſenſus, quibus rebus capiantur; nemo neſcit. in his, oculorum obiecta, ſunt cum honeſtiora, tum phantaſiæ repræſentabiliora, & gratiora: vt florida prata, ſerenum cœlum, tranquillum mare, horti peramæni, &c. His igitur omnibus ab Oratore repræſentatis, atque ad viuum deſcriptis, creabitur in Auditorum mentibus delectatio.

216 Maximam 5 item delectationem pariunt tropi, ac figuræ dicendi fere omnes; de quibus inferius dicetur: præſertim pulchræ illuſtreſq; metaphoræ, allegoriæ, deſcriptiones, proſopopœiæ, &c. Ex locis quoque, præclaræ expreſſæque ſimilitudines, exempla, Scripturæ autoritates eximiæ ac ſapienter enucleatæ, delectant. Delectat item diſpoſitio ac rerum ordo: & oratio numeroſa. Actio deniq; ipſa, geſtu, ac voce decora, detinet cum voluptate concionem. — *5 Quintil. lib. 8. in proœm.*

217 Atque hactenus de vniuerſa inuentione, primo ac præcipuo Oratoris officio. *c* Quam ideo fuſiſsime omnium (vt in ſumma tamen) perſecuti fuimus: propterea quod plerique omnes, maxime ex tyronibus, in ea potiſsimum laborare videantur; atque adeo conciones edant vanas, inermes, languidas, flacceſcentes. Compenſabimus certe prolixitatem (ſi qua fuit tamen in hac tam vaſta parte ac neceſſaria, quæque veluti corpus concionis conſtituit) conſequentium breuitate.

c Concionatores tyrones, in inuentione laborare ſolent.

Finis Libri Secundi.

DE

Digitized by Google

DE SACRO ECCLESIASTE

LIBER TERTIVS.

In quo agitur de eius officio in ceteris partibus.

Corpvs *a* humanum, vt motui ceteriſque vitæ functionibus aptum redderetur; oſsibus ipſum, quaſi baſibus, ordine tamen certo quodam adfibulatis inter ſe atque connexis natura ſuffulſit. Quæ mox neruis, tendonibuſque conſtricta, toris, & reliqua carne veſtiuit: ſucco, ac ſanguine temperauit: cuti denique perpulchris fucata coloribus per totam ſuperficiem exornauit. Ita animatum ac roboratum corpus, viuens, vigenſque, atque efficax eſt. Eumdem in modum, naturæ ars æmulatrix, nihil ad finem ſuum ſufficienter fecerit; quod Orationis opificium argumentorum dumtaxat firmamentis per inuentionẽ præſtruxerit: niſi habilem etiam per diſpoſitionem reddiderit; viribus, ornatuque elocutionis expleuerit; memoria, tamquam ſpiritu animauerit; denique pronunciatione vitaliter atque adeo efficaciter operantem, docentem, delectantem, mouentem præſtiterit. Cum igitur libro ſuperiore pertractata inuentione, ceteris partibus fundamenta iecerimis: hoc libro, quod reliquum eſt operis, Deo duce, proſecuturi, ac perfecturi ſumus. Num. 1.

a Comparatio Rhetoricæ Orationis cum humano corpore.

SECTIO I.

De diſpoſitione inuentorum.

Sequitur alterum Oratoris officium: quod eſt, diſpoſitio, ſiue in ordinem collocatio eorum; quæ vel ad fidem faciendam, vel ad motum excitandum, aut ad delectationem gignendã ad inuenta fuerint. 2
a Hanc methodum, vt 1 alibi ſignificauimus, inuentionem concionis nonnulli vocant. improprio ſane Artis vocabulo: quæ illam proprie inuentionem appellat, quæ res & argumenta excogitat: illam vero

a Diſpoſitio proprie nõ eſt inuentio.

1 *Lib.2.ſect.1.c.2.n.15.*

vero partem, quæ diſtribuit, dirigitque in ordinem, nominat diſpoſitionem: propterea quod illa ad ingenium, hæc ad iudicium maxime ſpectet. Quamquam inficiandum non eſt, ingenium hic quoque deſeruire: nimirum vt varias ordinum formas exploret; ex quibus iudicium aptiſsimam deligat.

CAPVT I.

Quid ſit diſpoſitio: eius neceſsitas: & varii ordines.

3 Diſpoſitio eſt rerum & argumentorum inter ſe apta ad perſuadendum collocatio ſiue ordo. Qui, quam ſit ad dictum Rhetoricæ finem per neceſſarius, exemplo exercitus intelligi poteſt: hic enim, niſi in ordinem tribuatur, ineptus eſt ad præliandum, nedum ad vincendum.

4 *a* Iam vero, tametſi ad totam Orationem ordo ſpectet; vt nimirum eius partes exordium, narratio, confirmatio, peroratio (de quibus inferius ſuo 1 loco) rite diſponantur: nihilominus propria huius loci diſpoſitio ſolius videtur eſſe confirmationis; quæ concluſionum ſeu propoſitionum & argumentorum ſedes ac ſtatio eſt. quanam ſerie videlicet eius res & argumenta procedant. *b* Neque vero irrationabiliter hoc eſt aſſertum: confirmatio enim, qua fit quæſtioni fides, eſt totum corpus, ac robur ipſum concionis: ceteræ vero partes ad eam referuntur. Quippe quæ, aut ſolum confirmationi præparant; vt exordium, & narratio: aut ſunt confirmationis concluſio; vt peroratio.

a Diſpoſitio maxime pertinet ad confirmationem.

b Confirmatio eſt totum fere Orationis corpus.

1 *Sect. 4. à nu. 234.*

5 Porro autem argumentorum rerumque dicendarum ordines, 2 multi multos inducunt. Nos huic parti breuiter faciemus ſatis: *c* quandoquidem negotium iſtud, iudicio totum committendum exiſtimamus, quod acceptis ab ingenio rebus & argumentis, in hunc illumue modum tribuat, atque architectetur neceſſe eſt.

c Ordinarie, iudicio relinquendum videtur.

2 *Præſertim Rod. Agric. lib. 3. & Can. Reg. lib. 1.*

6 *d* Ac primum quidem generice dicendum: ad ſcopum quæſtionis acceptæ, vniuerſa eſſe collineanda: atque adeo illam orationem cenſeri ordinatiſsimam; quæ ſenſim creſcit, & in ſcopum præfixum ſumma cum Auditorum docilitate dirigitur.

d Ad rem & ſcopum dirigenda omnia.

7 Deinde ſciendum in ſpecie: definitum eſſe apud dialecticos ordinem rerum duplicem eſſe; alterum naturæ, doctrinæ alterum.

8 *e* Ordo duplex eſt & ipſe generationis, & perfectionis. Generationis ordo dicitur; qui à minus perfectis ad perfectoria, & item qui à cauſis ad effecta procedit. natura enim in rebus efficiendis, ita progreditur.

e Ordo naturæ duplex generationis, & perfectionis.

f Huic

f Huic generi duo ſubſunt ordines: compoſitiuus, & diuiſiuus. il- le eſt: cum à partibus integrantibus ad totum integrum; aut ad effecta à cauſis pergitur. hic autem: cum à ſuperioribus ad inferiora deſcendi- tur. Perfectionis ordo eſt: cum à perfectioribus ad minus perfecta de- labimur: quare etiam ab effectis ad cauſas: non quidem quia perfectio- ra ſint cauſis effecta: ſed quia perfectio cauſæ, in effectus productione ſpectatur. *g* Sub hoc genere duo itidem ordines exiſtunt alter reſolu- tiuus, alter collectiuus. ille eſt, à toto integro ad partes: & ab effectis ad cauſas progreſſus. iſte, ab inferioribus ad ſuperiora. Eſt & alius perfe- ctionis ordo, qui dicitur dignitatis: cum ſcilicet à re digniori ad minus dignam; vt verbi gratia à tractatione hominis ad leonis tractationem declinamus. Cuius oppoſitus ordo generationis erit, incipere à minus digniore ad digniorem.

f Gener. compoſitiuus, diuiſiuus.

g Perf reſolutiuus, collectiuus.

h Doctrinæ ordo eſt: cum ab ijs progredimur, à quibus commo- 9
dius progrediendum videtur; pro rerum, ac perſonarum ratione & ca- ptu. vt ſunt generaliter quidem, faciliora: & ea, quorum cognitio ad ſequentium cognitionem requiritur. Hinc eſt, vt interdum doctrinæ ordini conducibilius ſit, ordinem generationis continenter: interdũ continenter quoque perfectionis ordinem ſeruare: alias vtrumq; per- miſte; hoc eſt, ſæpius in eadem tractatione ab vno ad alterum ordi- nem, prout commodius viſum fuerit, reſilire. Illæ vero res, quæ vi- dentur æque perfectæ, & æque faciles aut difficiles cognitu: nulli or- dini, niſi arbitrario ſubijcitur.

h Ordo doctrinę, quis.

CAPVT II.

Sequendus ordo doctrinæ.

DOctrinæ ordinem, qui docet, ſemper ſequi debet. *a* Ergo ſi plures 10
tractandæ fuerint Oratori in eadem oratione quæſtiones; & 1 ſub quæſtionibus ſingulis plures concluſiones, ſiue puncta, & partes, atque particulæ; & partes partium, & particularum particulæ: illa prior tra- ctetur, quæ facem præferat poſteriori. Itaq; vniuerſalia particularibus; clariora obſcurioribus; quæ dependentia à ſe habent alia, ijs, quæ ab i- pſis dependent, præmittenda ſunt.

1 *Quintil. lib. 7. c. 11.*

a Illa quæſtio, & pars quæſtionis tractanda prior: quæ poſterioris notitiæ cõducit.

b Item rerum ad docendum, delectandum, mouendum: in prin- 11
cipio dicantur illæ, quæ doctrinam continent ac difficiles ſunt; vtpote recentib. Auditorum ingenijs: quæ vero delectationis, poſt medium; ad recreandos audiendo feſſos animos: quæ deniq; ad fructum, mo- tumque valent; in fine.

b Ordo inter doctrinã delectationem, & motum.

c Præterea 2 cum orationem ſemper creſcere æquum ſit; prius 12
minora, mox maiora tractentur.

2 *Quintil. lib. 6. c. 1. in fine. & lib. 7. c. 1. & lib. 9. c. 4.*

c Minora prius maioribus.

13 *d* Præmittantur natura priora.

d Cum deſunt alij reſpectus; ſeruetur ordo naturæ. Hinc prius afferemus res, quæ ad pueritiam, quam quæ ad iuuentutem; & quæ ad hanc, quam quæ ad ſenectutem ſpectant: prius eſſentiam, quam proprietates: ſubſtantiam, quam accidentia: rem, quam circumſtantias: immediatum, quam mediatum.

14 *e* Bonus ordo ille Ariſtotelicus, An res ſit, quid ſit, qualis, & propter quid ſit.

f Prædicto ordine tractari poſſunt omnes quæſtiones.

3 *Ariſt. lib. poſt. cap. 1.*

4 *Lib. 1. ſect. 1. c. 1.*

e Quare optimus eſt ille ordo, quem Ariſtoteles 3 tradit in libris Poſteriorum: vt primum oſtendamus, rem eſſe; deinde quid ſit; tum qualis ſit; denique propter quid ſit, id eſt, exiſtentiam, naturam, qualitates, & cauſas rei qualitatumque eius. Ad quæ capita reuocantur omnia, quæ de re quapiam dici poſſunt. *f* Quo etiam ordine, non tantum infinitæ quæſtiones, vt 4 alibi notauimus: ſed etiam definitæ explicantur.

15 *g* Deliberatiui generis ordo.

g Nam in genere deliberatiuo: cum oſtendimus, rem propoſitam poſſe vel non poſſe fieri; iam in primo capite ſumus: cum, eſſe honeſtam, vtilem, neceſſariam, iucundam, aut contra; in tertio: cum autem, qua via, ratione, facilitate, mediis conſequi valeamus; in quarto. ſolum caput ſecundum non videtur in deliberatione habere locum: qui enim deliberant, ſcire non curant cuius naturæ ſit res, niſi forte iſta cognitio ad demonſtrandam rei qualitatem, eiuſque facilem conſecutionem conducat. Itaque cum ſermo eſt de virtutibus, verbi gratia: primum deſceptabimus. An propoſita virtus, ſit neceſſaria, quod ad primum caput reducitur: tum, quænam ſit eius materia, tam obiecta, quam ſubiecta; quod pertinet ad ſecundum caput: poſt, exquiremus quænam ſint conditiones, atque effectiones ipſius; & ecce tertium caput: tandem, quonam pacto remotis impedimentis, poſsimus ipſam comparare; quarti capitis eſt.

16 *h* Demonſtratiui generis ordines.

5 *Cicer. in Partit. lege etiam Quintil. lib. 3. c. 9.*

h Genus demonſtratiuum in quæſt. tertij & quarti capitis potiſſimum verſatur. Quibus petractandis ſeruari poſſunt ordines à 5 Cicerone pro demonſtratiuo genere præſcripti. Primus eſt ordo temporum, qui ad hiſtoricam narrationem accedit: vt primo loco exornetur, quod primum omnium geſtum commemoratur; ſecundo loco ſecundum; & ſic deinceps. alter ordo eſt: cum res geſtæ, aliaue quæ laudanda ſunt, ſub certis quibuſdam rerum generibus & capitibus adunantur. tertius: cum à minoribus ad maiora aſcendimus. quartus cum res varias & inæquales, inæquabili etiam varietate contexìmus ac diſtinguimus; parua magnis, læta triſtibus, obſcura dilucidis commiſcentes.

17 *i* Iudicialis generis diſpoſitio.

i Denique iudiciale genus, ſi quærat, an ſit factum; pertinet ad primum caput, an ſit: ſi, quibus auxilijs factum; ad quartum, propter quid ſit: ſi, cuius naturæ ſit, & quo nomine appellandum; ad ſecundum id eſt, quid ſit: ſi denique recte an perperam, iure an iniuria factum; ad tertium, quale ſit.

k Præ-

k Prædicto Ariſtotelico generi finitimus eſt ordo ille; quem D. Thomas, ceterique Theologi in diſſerendo vſurpant. Primum enim oſtendunt, quid res ſit: deinde, qualis ſit: tum, quas habeat cauſas; & quos edat effectus: ad extremum, quas habeat partes: & quomodo diuidatur. 18

k Ordo theologicus, quid, qualis ſit res: quas cauſas, effectus parteſque habeat.

l Quod vero ad argumenta ſpectat: in confirmatione cuiuſcunque quæſtionis, ſiue concluſionis, explicato in primis per diſtinctionem aut interpretationem rei vocabulo, ſi forte ambiguum aut ignotæ ſignificationis eſſe contigerit; ordo optimus in argumentis collocandis videtur eſſe: vt primum afferantur, quæ rem & quæſtionem confirmant atque intellectum conuincunt: deinde vero illa, quæ amplificant, & voluntatem expugnant. Iam vero in iis, quæ rem confirmant, ac probant: illæ quæ neceſsitatem inducunt; vt S. Scripturæ autoritates in ſenſu literali, vt rationes à priori, efficaces, & euidentes, &c. partim in principio, partim in fine locentur. Et in 6 principio quidem, firmiſsimum quodque argumentorum; vt animos occupet: in fine autem, quæ maxime ad mouendum conducunt & memoria volumus retineri; vt affectos animos dimittant. Quæ vero tantum ſunt probabilia, vt myſtici Scripturæ ſenſus, humanæ autoritates, ſimilitudines, congruentiæ probabiles, &c. in medium coniiciantur. eaque, vel tamquam deducta ex primis, vel figura præteritione breuiter percenſita, vel 7 denique conglobatim ac coaceruatim adducta: vt, quæ ſingula non admodum per ſe firma ſunt, magnum robur accipiant ex conſtipatione; efficiantque hoc pacto amplificationem, quæ grauior quædam confirmatio eſt, vt 8 ſuperius definiuimus. Huius diſpoſitionis præceptum 9 Quintilianus, Neſtoris apud 10 Homerum diſpoſitione conſilioque inſinuat: qui primo, & poſtremo loco, milites robuſtos: imbecilliores, intermedios collocabat. Quamquam hoc quoque fieri poteſt: vt argumenta creſcant ſemper à minimis: nam illud tantummodo cauendum, ne à potentiſsimis ad leuiſsima decreſcat oratio. 19

l Ordo argumentorum in cõfirmatione.

6 *Lo. Quintil. lib. 7. c. 1.*

7 *Quintil. lib. 5. c. 14.*

8 *Lib. 2. ſect. 3. cap. 2. nu. 170.*

9 *Quintil. lib. 5. c. 12.*

10 *Homer. Iliad. 4.*

m Deniq; animaduertendum eſt, quod præcipit 11 Cicero; cum in rebus, tum in argumentis variari ordinem (rationabiliter tamen) ſubinde oportere. Nam: *In omnibus*, inquit, *ſimilitudo eſt ſacietatis mater.* 20

m Diſpoſitio & ordines variandi.

11 *Cicer. lib. 2. de inuent.*

n De argumentationum, quibus argumenta induuntur: & de partium argumentationis ordine, paulo 12 poſt dicetur, commodiori loco. 21

n Ordines argumentationum & earum partium.

12 *Sect. 2. cap. 2. num. 40.*

CAPVT

CAPVT III.

Iunctura.

22 a Iunctura refertur ad diſpoſitionē, & multum confert.

A D a ordinem pertinet iunctura: vt partes omnes, tam maiores, quam minores, inter ſe 1 cohæreant; nec ſint quaſi diſſolutæ ſcopæ, aut ſine calcis glutino arenæ. Multum autem valet coniunctio, ad pulchritudinem orationis, ad diluciditatem, ad docilitatem, ad renouandam attentionem, ad motum, ad delectationem. 1 *Quintil. lib. 7. c. 11.*

23 b Tranſitione res cōiunguntur.

b Iam vero partium, & particularum iunctura fit per tranſitionem: cum ab vna re tranſgredimur ad aliam. Cuius varia ſunt genera: aliquando enim ſimpliciter & in artificioſo, ab vno ad aliud nos tranſire profitemur: aut vtimur particularis coniunctiuis, &, Quamquam, Præterea, Ad hæc, Accedit, Iam vero, Porro, Hinc, vnde, ex quibus, &c.

24 c Tranſitiones figuratæ.

c Aliquando vero tranſitiones, figurate & cum quadam venuſtate, nunc ab æquali deſumuntur: vt, At erant hæc iucundiſsima; neq; minus voluptatis attulerunt illa. nunc ab inæquali: vt, ſed hæc vtcunque ignoſcenda, illud quis ferat? A ſimili: vt, Hæc obedientia deſignauit; cuius generis & illa ſunt, quia nuper Romæ patraſſe dicitur. A comparatione: vt, obſtupuiſtis ad magnitudinem dictarum rerum? quid erit, cum acceperitis, quæ nunc aggredior, multo iam dictis ſublimiora? A contrario: vt, ſed hæc priuatim; nunc quæ publice. A diuerſo: vt, De moribus habetis; nunc de doctrina reliquum eſt. Quaſi per occupationem: vt, Iam ad reliqua properabimus; ſed, ſi prius illud vnum adiecerimus. Per reprehenſionem: vt, Quorſum nos tranſuerſos abripuit dolor? ad rem redeamus. A conſequentibus, ſiue relatiuis: vt, Habetis quid in illum populum contulerit beneficiorum Deus; nunc, quam ipſi gratiam illi retulerint accipite. Et alia huiuſmodi quampluríma. Sub quibus ſingulis generibus varias eſt tranſitionum formulas per varias figuras (de quibus 2 poſtea dicetur) accipere: quas ingenium autorum præſertim obſeruatione fœcundum, excogitabit. 2 *Sect. 3. c. 2. à nu. 113.*

25 d Commēdatur trāſitionum varietas.

d Verum, vt in alijs quoque, ita in his inculcandum eſt illud: vt varietatem ſectetur Eccleſiaſtes, nec tædium ac ſacietatem ſimilitudine gignat.

SECTIO III.

De formatione, & dilatatione Argumentorum.

26 a Tractatio rerum, eloquentem oſtendit.

POſtquam a argumenta, & res dicendæ ſuo quidque loco diſpoſita fuerint: magnum opus Oratori ſacro incumbit (eſtq; tertium munus eius) quanam ratione ea formet, tractet, dilatet, eloquatur. Ex quo officio

Digitized by Google

officio recte facto, diſerti, & eloquentis nomenclaturam ſortietur. Quamuis autem formatio ac dilatatio argumentorum ſub elocutione fit: nos tamen claritatis gratia diſtinguentes, elocutionem appellabimus ſectione ſequenti; à quodam eius magis proprio munere, conueſtiendi nimirum formata iam argumenta, atque exornandi oratione.

CAPVT I.

Argumentationum Genera.

27 Argumenta *a* igitur ex locis inuenta, ſuiſque iam ſedibus accommodata, cum rudia ſint adhuc, & contracta; neceſſe eſt illa explicare, formare, vim eorum oſtendere, verſare, pertractare, dilatare: tum vt iuſtum concionis ſiue Orationis corpus effici: tum vt, qui audiunt, plane vim argumenti percipere, & conuinci, ac commoueri poſsint.

a Argumẽtorum extendendorum neceſſitas.

28 Tractatio autem iſta, primum fiet per argumentationem. *b* Quæ cum ſit argumenti veluti quædam forma, *Argumenti explicatio*, definitur. Et explicationis nomine intelligitur, legitima agumenti ſeu medij termini cum tota quæſtione, vel cum partibus quæſtionis, ſubiecto & prædicato collocatio. Iam vero argumentationes ex M. 1 Tullio, duæ ſunt: inductio, & ratiocinatio. ad quas ceteræ omnes reuocari commode poſſunt: nam exemplum, enumeratio ſiue expeditio, ſubiectio, dilemma ſiue complexio, ad inductionem: enthymema vero, epicherema, ſorites, ſummiſsio, collectio, ad ratiocinationem referuntur. Tametſi omnes demum argumentationes ad ſyllogiſmum ſiue ratiocinationem, vnde vim omnes accipiunt, referendæ videantur.

b Quid ſit argumentatio & quotuplex.

1 Cicer. in libro de inuen.

29 *c* Inductio, eſt argumentatio: qua, vel ex particularibus vniuerſale; aut ex 2 multis ſimilibus aliud ſimile; ſeu ex multis particularibus aliud particulare eiuſdem generis infertur. In priori genere, omnem virtutem eſſe rectum animi habitum, ſic conuinces: & iuſtitia, & temperantia, & fortitudo, & reliquæ omnes recti ſunt habitus animi: omnis igitur virtus eſt animi rectus habitus. & S. 3 Paulus, nulla re à Chriſti ſe complexu diuellendum vnquam, ita probat: *Certus ſum, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, &c. neque creatura alia poterit nos ſeparare à charitate Dei.* In altero genere, S. 4 Cyprianus ex ſimilibus oſtendit, ſolidam virtutem in aduerſis ſpectari: *Arbor enim*, inquit, *quæ alta radice fundata eſt, ventis incumbentibus, non mouetur; & nauis, quæ forti compage ſolidata eſt, pulſatur fluctibus, nec foratur; Et, quando area fruges terit, ventos grana fortia & robuſta contemnunt.* Et in ſacris literis, ex particularibus 5 Iuditha populum excitat ad longanimem diuini auxilij expe-

c Inductio duplex, ex particularibus, & ex ſimilibus.

2 Quintil. lib. 5. c. 11.

3 Rom. 8.

4 Cypr. lib. de mortalitate.

5 Iudith. 8.

ctationem: exemplis nimirum Abrahæ, Iſaac, Iacob, Moyſis, & aliorum: qui diu multumque tentati ac probati, ſalui tandem à Deo ſunt facti. Expolitur inductio: ſi partes eius ſingulæ, copioſe, ornateque tractentur.

30 *d* Exempli eſt inductio imperfecta.

d Exemplum, eſt veluti quædam inductio imperfecta: cum ſcilicet non ex multis ſimilitudinibus aut particularibus, ſed ex vno dumtaxat argumentamur ad aliud. Quamquam nonnulli ſic ab inductione diſtinguunt: vt exemplum, ex vno, vel pluribus eius generis: inductionem vero, ex omnibus omnino eſſe velint.

31 *e* Expeditio ſiue enumeratio.

e Expeditio ſiue enumeratio eſt argumentatio: cum, facta ſufficienti enumeratione ſiue diuiſione, multa proponuntur: ex quibus excluſis ceteris, vnum inferatur. vt: Hominem redempturus Deus, è cœlo deſcendit; aut neceſſitate compulſus, aut aliquo ſuo commodo allectus, aut ipſius hominis amore detractus: at nihil, quod non ſit Deus, vel cogere, vel locupletare Deum poteſt: mera igitur ex charitate deſcendit. Item: Non illum odio, non furore, non ſpe, non gratia, non voluntate, non caſu occidit: ergo non occidit.

32 *f* Subiectio.

f Finitima enumerationi ſubiectio eſt: qua plura illa, quæ enumeranda ſunt, maioris elegantiæ gratia quærendo & reſpondendo infirmamus; vt ad extremum, quod nos volumus, ſubiiciamus ac concludamus. Ita demonſtrat 6 Propheta, diuinam manum effugere ſe nuſquam poſſe: *Quo ibo à Spiritu tuo? & quo à facie tua fugiam? ſi aſcendero in cœlum, tu illic es: ſi deſcendero in infernum, ades, &c.* Et 7 Apoſtolus: *Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio? an anguſtia? &c. certus ſum, quia neque mors, neque vita, &c.* S. 8 Hieronymus Heliodorum ad vitam ſolitariam exhortans: *Paupertatem,* inquit, *times? ſed beatos Chriſtus pauperes appellat labore terreris? at nemo athleta ſine ſudore coronatur: de cibo cogitas? ſed fides famem non timet.*

6 *Pſal. 138.* 7 *Rom. 8.* 6 *Hieron. epiſt. ad Heliod.*

33 *g* Complexio dilemma, argumentum cornutum.

g Complexio ſiue dilemma, eſt argumentatio firmiſsima: quæ ex duobus capitibus vtrumlibet conceſſeris, reprehenderis. Exempli gratia, ſubornatos illos aduerſus Chriſti reſurrectionem milites conuincere ita poteris: Cum ſublatum (vt dicitis) à diſcipulis fuit corpus, vos dormiebatis ne, an vigilantes eratis? ſi vigilantes: quid hoc inermibus armati permiſiſtis? ſin dormientes: idonei profecto huius rei teſtes non eſtis. Hac etiam argumentatione vſum contra ſe Baſilium, Chryſoſtomus 9 refert: Si Epiſcopalis dignitas commoda ad ſalutem & Dei gloriam erat; quare illam refugiſti? ſin detrimentoſa: quid me cœlando, in eos me laqueos indui permiſiſti? Ipſo vero contra Gentiles conſcientiæ legem negantes ſic arguit. *Vnde ſcierunt, quod voluntas Dei eſt, in improbitate viuentes puniri? vnde? Ex his, in quibus alios iudicabant peccantes. Si enim malum eſſe non putes cædem aut adulterium; cum inciderit adulter aut homicida, ſententia tua non punies, ſed abſolues. Si vero in aliorum*

9 *Chryſoſt. lib 8. de Sacerd.*

aliorum peccatis leges ſcribis, & pœnas definis, & ſeuerus es iudex: quam habere poſsis excuſationem in quibus ipſe peccas, dicens, te agenda ignorare? Mœchatis eſtis, & tu, & ille. Quare illum quidem punis, te vero venia dignum cenſes? Si enim malum eſſe neſcias adulterium; neutrum puniri oportebat: Si vero alterum punias, & te pœnam effugere exiſtimes: quomodo rationabile eſſe poteſt, eorumdem criminum reos non eaſdem pondere pœnas? Et 10 alibi aduerſus iurantes: *Si credis, quod verax ſit homo; ne iuramenti neceſsitatem adducas: ſi vero noſti, quod mentitur; ne peierare cogas. Sed multi ſunt,* inquis, *qui ſine iuramento defraudare voluerunt: non autem cum iuramento te ipſum decipis, homo. nam qui furari, & iniuria proximum afficere ſolitus eſt; neque iuramentum frequenter peſſumdare dubitauerit: quod ſi fuerit in iurando reuerens; & in inferenda iniuria, multo magis erit.*

10 *Hom.* 15. & 26. *ad pop.*

h Ratiocinatio, Græce Syllogiſmus, ab alijs 11 Epicherema perfectiſsima omnium ſpecies argumentationis eſt: cuius terminos, formam, varias figuras, atque modos dialectici ex 12 Ariſtotele tradunt. Qui & tribus Syllogiſmum propoſitionibus abſoluunt, propoſitione, aſſumptione, concluſione. Concluſio eſt ipſa quæſtio, quæ probanda ſuſcepta fuerat; & nunc iam probata deducitur: propoſitio & aſſumptio, ſeu maior & minor propoſitio, forma eſt argumenti quæſtionem probantis, & in concluſionem traducentis. Rhetores autem, qui ſe ad captum populi accommodant, reſque explicant atque amplificant ad perſuadendum, ratiocinationem, nunc tripartitam, vt illi; nunc quinquepartitam (additis nimirum ad propoſitionem & aſſumptionem ſuis rationibus) efficiunt. Tres partes habet, iſta ratiocinatio: Qui 13 ex Deo eſt, verba Dei audit: vos non auditis: igitur ex Deo non eſtis: Quinque vero, iſta: Non 14 poteſt obliuiſci mater infantem ſuum; eſt enim filius vteri ſui: at nobis Deus eſt tamquam mater & pluſquam mater; qui nos & creat, & nutrit, & fouet, & tenerrimo amore complectitur: igitur noſtri numquam obliuiſcetur. Quod ſi vni tantum ex propoſitionibus ſua probatio ſubiungatur quadripartita erit ratiocinatio. De concluſione, illud eſt notandum; eam interdum ſimplicem eſſe; aliquando vero adiunctam habentem totius præmiſſæ argumentationis ſummam: prout videlicet, aut breuis aut prolixa fuerit ipſa ratiocinatio.

34 *h* Ratiocinatio, Syllogiſmus.

11 *Quintil. lib.* 1. *c.* 14.
12 *Ariſt. in lib. prior.*
13 *Ioan.* 8.
14 *Iſa.* 49.

i Enthymema, quod 15 Ariſtoteles argumentationem Rhetorum propriam dicit: ſiue quia, pretermiſſa aliqua ſumptionum, occultius ingreditur ad rem conficiendam: ſiue quia, ex humanis actionibus, ciuilibuſque negotiis arguente Oratore, raro admodum euenit, vt propoſitionum alterutra non ſit nota Auditori. Eſt, inquam, Enthymema, Syllogiſmus ſiue ratiocinatio carens altera è propoſitionib. propterea quod facile ſubintelligatur. Et poteſt illa vna ſumptio ſua ratione firmari quemadmodum in ratiocinatione. Exemplum enthym. talis eſt:

35 *i* Enthymema, argumentatio oratoria.

15 *Ariſt. li.* 1. *Rhet. ca.* 7. & *lib.* 2. *cap.* 28. & 29.

Qui 16 me diligit mandata mea ſeruat: igitur me vos non diligitis. aut 16 *Ioan. 14.*
hoc pacto: vos mandata mea non ſeruatis: me igitur non diligitis. *k* Il-
lud vero maxime atque antonomaſtice enthymema vocatur, quod ex
contrarijs conficitur, atque alio nomine appellatur oppoſitio. vt: Ne-
que 17 me amore, neque honore proſequimini; quare igitur Patrem; 17 *Malac. 1.*
quare Dominum appellatis? & 18 Paulus: *Si, cum inimici eſſemus recon-*
ciliati ſumus Deo per mortem Filij eius: multo magis, reconciliati, ſalui erimus 18 *Rom. 5.*
in vita ipſius.

k Oppoſitio, ſpecies enthymematis præcipua.

36 *l* Epicherema, eſt argumentatio, totam ratiocinationem in v-
nam cogens propoſitionem, quæ virtute omnes eius partes contineat:
atque adeo interdum in vnum verbum. vt: *Si 19 vis ad vitam ingredi, ſer-* 19 *Mat. 19.*
ua mandata. Conuenit hæc argumentatio argumentorum congloba-
tioni. vt: Quin amas Deum, pulchritudinem fontalem? dilectorem
tuum? Dominum, redemptorem, glorificatorem? ecce hic, quot pene
verba, tot ſunt argumenta.

l Epicherema, ſeruit conglobatis.

37 *m* Sorites, vt nomen indicat, argumentatio eſt, multas ſimul ar-
gumentationes coaceruans; argumentum de primo ad vltimum, vo-
cant dialectici. Hoc genere argumentationis vſus eſt 20 Apoſtolus: *Si* 20 *1. Corint. 15.*
reſurrectio mortuorum non eſt, neque Chriſtus reſurrexit: Si autem Chriſtus non
reſurrexit; inanis eſt prædicatio noſtra, &c. S. 21 Chryſoſtomus, improbum 21 *Chryſoſt. hom 23. ad pop. initio.*
Chriſtianum non eſſe fidelem probat: quia neque ſit homo, ſed fera;
nec fera, ſed dæmon; nec dæmon, ſed quid dæmone peius. Idem 22 et- 22 *Hom. 50.*
iam: *Si non eſt iudicium,* inquit, *Deus non eſt iuſtus (ſecundum hominem dico:)*
ſi iuſtus non eſt; neque Deus: ſi Deus non eſt, omnia temere feruntur; nihil virtus,
nihil vitium. S. 23 Auguſtinus, *Si Chriſtianus ſeparatur à corpore Chriſti;* 23 *Auguſt. tract. 27. in Ioan.*
non eſt membrum eius: ſi non eſt membrum eius; non vegetatur ſpiritu eius: qui
autem (inquit Apoſtolus) *Spiritum Chriſti non habet; hic non eſt eius: Spiri-*
tus ergo eſt, qui viuificat; caro autem non prodeſt quidquam. Denique 24 S. 24 *Hieron. epiſt. ad Heliod.*
Hieronymus, per effectorum multos gradus monachum in patria ſua
perfectum eſſe non poſſe, ita concludit: *Nemo Propheta in patria ſua ho-*
norem habet at vbi honor non eſt, contemptus eſt, vbi contemptus, ibi frequens in-
iuria: vbi autem iniuria, ibi & indignatio: vbi indignatio, ibi quies nulla: vbi
quies non eſt, ibi mens à propoſito ſæpe deducitur: vbi autem per inquietudinem a-
liquid aufertur ex ſtudio, minus fit ab eo quod tollitur: Et vbi minus eſt, perfectum
non poteſt dici. monachus igitur in patria ſua nequit eſſe perfectus.

m Sorites.

38 *n* Summiſsio ad enthymema refertur; & à Q. 25 Cornificio dici- 25 *Autor ad Here. lib. 4.*
tur ratiocinatio: quod ſit plurium rationum per interrogationem con-
nexio. Quo fit, vt plura hic enthymemata connecti ſoleant. vt: Quin
Deum amas, ô homo! nonne te ipſe de nihilo creauit? nonne perdi-
tum recreauit? non ad vitæ profuſionem dilexit? quid dicam am-
plius? an non ſe totum, & ſemper impendit, & in totam æternitatem
ſeruat tibi?

n Summiſsio.

o Col-

a Collectionem nonnulli in argumentationibus ponunt, ad enthymema,& per hoc ad ratiocinationem ſiue Syllogiſmum reducentes. Verum illa, non tam eſt argumentatio, quam perfecta Oratio ſiue concio, aut magna eius pars aliqua. Conſtat enim quinque partibus: propoſitione ſiue expoſitione; per quam, quid probare velimus, ſummatim oſtendimus: tum ratione, id eſt, cauſa breuiter adducta; quæ, verum eſſe id, quod intendimus, demonſtrat: mox rationis confirmatione; quæ rationem breuiter expoſitam, pluribus argumentis corroborat: quarta pars, eſt exornatio; qua rationem præcipue, aut confirmationem, aut etiam propoſitionem (ſi latentem vim habeant) expolit; & quidquid virium aut venuſtatis inerat, ſolerter, acute, eleganter inſpiciendum, & veluti ſpectandum proponit: denique complexio ſiue concluſio partes argumentationis breuiter colligens, quod propoſitum initio fuerat, concludit.

39 a Collectio.

CAPVT II.

Argumentationum Vſus.

40 a Argumẽtationes variandæ, & oratorio modo explicandæ, ac diſponendæ.

EX a prædictis argumentationibus prudens Orator videat, quæ, cui argumento apte conueniat: & varietati ſtudeat, ad vitandam ſimilitudinem ſatietatis parentem. Iam vero intelligat non perinde tractari argumentationes ab Oratoribus, quemadmodum à dialecticis. Etenim hi, verbis quam pauciſsimis, ſimplicique oratione, & propoſitionum ordine ſeruato exponunt: quippe qui nullum habent alium finem, niſi nudam veritatis cognitionem. Illi vero, quorum ſcopus eſt, non docere modo; verum etiam delectare & flectere Auditores: eleganti oratione facta, & figurata, atque amplificata expoliunt. vt exempli gratia, ſeu propoſitiones ſtatuant, ſiue concluſionem colligant modo imperando, modo reprehendendo, nunc optando, nunc exclamando, &c. Quod genus dicendi adeo proprium Rhetores exiſtimant; vt argumentationes ipſas interdum non ex forma, ſed ex ſola elegantia diſcernant: quemadmodum inter enumerationem, & ſubiectionem luculenter apparet. Præterea, nec eumdem propoſitionum & probationum cum concluſione tenorem ordinemue ita ſeruant; quin vt commodum appoſitumq; fuerit, hanc, vel illam, primo, medio, poſtremo loco ponant. Quod fit illud, quod de partium argumentationis diſpoſitione dicimus: vt polliciti ſuperius 1 ſumus. nam de ordine ipſarum argumentationum inter ſe, nõ eſt quod priuatim dicamus: cum ſit idem, quem argumentorum eſſe 2 decreuimus; quorum ipſæ ſunt formæ.

1 *Sect. 1. c. 2. in fine. n. 21.*

2 *Ibidem.*

41 b Extendẽdorum argumentorũ praxis.

b Porro ex hac argumentorum ſiue rationum per argumentationes tractatione, iam liquet: quonam pacto, ac quantum (cum ne-

Digitized by Google

ceſſe, aut expediens fuerit) diduci, dilatari, atq; amplificari argumenta poſsint. Vt enim ſileamus nunc de oratione, qua veſtiuntur, minime Laconica atque arcta; ſed laciniosa, liberali, variis figuris exuberante; de qua 3 mox erit ſermo: res ipſæ, ecce quam late diffundi poſſunt.

3 Sect. ſeq. à nu. 92. lege Quintil li. 5. c. 14. & lib. 7. c. 3.

Primum enim, eſt argumentum informe, ex locis communibus propriiſq; inuentum ad probandam quæſtionem propoſitam. Secundo, argumentum iſtud, ſeu ratio, ſiue medius terminus formatur in argumentatione; complicatū cum ſubiecto & prædicato, terminis quæſtionis concludendæ. 4 Tertio, quælibet argumentationis propoſitio (cum & ipſa, ſi de ea dubitari contingerit, quæſtio euadere poſsit) confirmari poteſt argumentis eductis ex omnibus locis: qui propterea communes dicuntur; quod omnibus quibuſcunq; quæſtionibus ſuppetias ferant. Quarto, iſta rurſus argumenta ſecundaria (vt ſic appellem) conformari & ipſa in argumentationes poſſunt: quarum propoſitiones alijs pariter argumentis ex iiſdem locis communibus acceptis & ſuis argumentationibus efformatis corroborentur eodemque modo alijs ſuper alias probationibus, vlterius atque vlterius protendi quodlibet argumentum poteſt: vſque dum ad prima principia atque axiomata, naturali manifeſta lumini deueniatur. Atque hoc eſt, ab vna prima quæſtione multas deducere alias quæſtiones: *c* id quod plerique Diuiſionem Rhetorum appellarunt; quam inueniendis controuerſiæ neruis oſsibuſque aptiſsimam eſſe, Quintilianus 5 obſeruauit. Hoc eſt, plene propoſitum probare, fidemque ſummam rebus conciliare, atque intellectum omnino conuincere. Hoc eſt, res & argumenta, non ſuperficie tenus exponere; ſed in eorum viſcera penetrare, profunde euoluere, vndequaque verſare, vim omnem oſtendere, ad viuum reſecare. *d* Ex quo deinde nullo negotio, & quaſi ſponte ſua, motus voluntatis fructuſque concionis, intellectu iam perfecto, ſequetur. *e* Verumtamen (quod ſemper monendum atque inculcandum eſt) prudentis iudicii partes ſunt, perſpicere quod neceſſarium ſit, quid expediat, quid deceat, quatenus progrediendum: ne difficulter, minuſq; laudabiliter ex tanta copia contingat emergere. Legatur, quod de locorum vſu libro 6 ſuperiore notauimus.

4 Le. Quintil. lib. 1. cap. 12.

c Diuiſio Rhetorum, quid ſit, & quid conferat.

5 Quintil.

d Motus facilis ab enucleata confirmatione.

e Iudicii munus in rerum extenſione.

6 Lib. 2 ſec. 2. cap. 11. nu. 113.

42 Quare Eccleſiaſtes vnumquodque argumentorum formet argumentatione. cuius ſingulas propoſitiones dum ponit (niſi claræ per ſe ſint) probet vna vel pluribus rationibus, per ſuas item argumentationes explicatis: & has rurſus aliis, quatenus opus fuerit, vt dictum eſt.

f Ex quo patet, duo, vel tria, aut quatuor Argumenta ſic extenſa, atque Oratorie artificioſeque tractata; & interdum vnum, (ſi fuerit præſertim ex partium enumeratione,) poſſe integræ concioni

f Pauca argumenta vni concioni ſufficiunt

Digitized by Google

cioni adeo ſufficere; vt ceteris, non niſi confertis ac conglobatis, locus remaneat.

7 Le. Quintil. lib. 4. cap. 13.

g Contrarię argumẽtationes, qua ratione diluendæ.

g Quod 7 ſpectat denique ad diſſolutionem confutationemque 43
argumentationum, quando contra nos adducuntur, aut adduci poſſunt: iám dialecticorum cautio eſt: vt, niſi rectam argumentatio formam exhibeat, quantumuis propoſitiones admittantur, concluſio pernegetur. Sin autem recte quidem formata ſit, falſum tamen aliquid in ſe cohibeat: excludatur illa eius propoſitio, quæ falſa eſt; aut qua parte falſa eſt, ſi ambiguam eſſe contigerit. Ita enim, ad propoſiti concluſionem aduerſarius non pertinget. Quæ enumerationib. conſtant argumentationes, reprehenduntur: ſi aut prætermiſſum aliquid oſtendatur; aut ex enumeratis, aliquid infirmetur. Dilemma vero, hoc habet peculiare: vt, ſi falſum fuerit, aut conuerſione totius argumentationis in aduerſarium, aut alterius partis infirmatione diluatur. Fiant 8 autem hæc, non tam ſimpliciter ac ieiune, quam dialecticis conſuetum eſt: Sed Oratorie, ac figurate; nunc per ironiam, nunc per exclamationem, &c. *h* In 9 quo tamen ſumma ratio SS. Patrum & Catholicorum Doctorũm habenda eſt; quando eorum argumenta erunt confutanda. *i* Ex dictis, illud etiam aduerte ad rerum copiam: cum tu reiicis propoſitionem aliquam oblatam tibi ab aduerſario, potes reddere negationis tuæ rationem. id eſt, potes oppoſitam illi propoſitionem (quam, negando aliam, virtualiter affirmaſti) tanquam tuam aliquam quæſtionem, argumentis confirmare. Ita 10 Chryſoſtomus aduerſus Baſilium fecit. Baſilius aiebat: Decepiſti me, fugiens nunc Epiſcopalem dignitatem, quam te meo exemplo admiſſurum receperas: ergo non candide mecum, non ſincere, non bene egiſti. Negat Chryſoſtomus hanc conſequentiam. quæ cum deduci videretur ex propoſitione quadam maiori ſubintellecta, quod omnis circumuentio mala eſſet: contra hanc late diſſerit, probans, non omnem deceptionem eſſe malam. Sed de confutatione argumentorum 11 iterum dicendum eſt.

8 Le. Quintil. lib. 12. ca. 2.

9 Le. Quintil. lib. 10. ca. 1.

h Reuerentia SS. Patribus & Catholicis Doctorib. exhibenda.

i Occaſio copiæ ex confutatione.

10 Chryſoſt. lib. 1. de ſacerd.

11 Sect. 4. c. 3. n. 158.

CAPVT III.

Paradigma extendendorum Argumentorum.

VT practice oſtendamus (quod nobis ad iuniorum facilem inſtitutionem potiſsimum in hoc opere propoſitum fuit) vſum argumẽtationis in formando, tractando, dilatando argumento: eſto exemplũ ex eodẽ argumentorum paradigmate quod poſt 1 topicẽ explicemus. 44
a Ibi, quæſtio ſiue propoſitio, hæc erat: Frequẽs diuinorum cõtemplatio expediens eſt Chriſtiano viro. Eius primum Argumentum à duplici definitione ſubiecti, tale fuit: Contemplatio, eſt operatio intellectus, verſans

1 Sect. 2. lib. 2. cap. 12. à nu. 126.

a Quæſtio, & Argumẽtum.

verſans circa diuina: eſt item functio, felicem in hac vita hominem faciens; imo eſt ipſamet huius vitæ felicitas.

b Argumẽtum argumentatione formatum.

45 *b* Hoc argumentum, vt quæſtionem confirmet, atque inferat, formandum eſt aliqua argumentatione. Quæ nunc, verbi gratia, ſit ratiocinatio, in hunc modum: Intellectus operatio circa diuina verſans, homini Chriſtiano expediens eſt: Sed contemplatio, eſt intellectus operatio verſans circa diuina: igitur contemplatio diuinorum, expediens erit homini Chriſtiano. Ecce hic, ex argumento per argumentationem diſpoſito, quæſtionem, quæ prius dubia erat, ſtabilem iam atq; firmam.

c Sumptiones argumentationis, ſi dubię fuerint, probandæ.

46 *c* Et certe, ſi binæ illæ propoſitiones, in quibus eſt argumentum probantes quæſtionem, firmæ omnino apud intellectum, & ſine dubietate receptæ forent: traderent vtique tamquam cauſæ, omnimodam ipſi quæſtioni firmitatem. Quæ ſecus, non abſolutam, ſed tantum conditionatam firmitudinem habet: vt nimirum vera cenſeatur; ſi veræ ſint propoſitiones. Nam propoſitiones non omnino conceſſæ, quæſtiones adhuc ſunt, de quibus dubitari licet: atque adeo dubitabilem adhuc concluſionem relinquunt: cui firmum ab intellectu aſſenſum, quam ipſe non habent, conferre ac conciliare non poſſunt. Hinc eſt: quod ſi altera earum, vel ambæ non habent apertam veritatem, ſed dubitationem aliquam patiantur; declarandæ ac confirmandæ ipſæ ſunt alijs propoſitionibus, & concludendæ tamquam quæſtiones: vt deinde, illatæ iam atque concluſæ, verti queant in propoſitiones concludentes ſtabilienteſque primam illam intentam quæſtionem.

d Prior argumentationis propoſitio cõfirmatur argumento ſua quoque argumentatione formato.

47 *d* Videamus igitur, vtrum prior Syllogiſmi ſumptio: Intellectus operatio circa diuina verſans, homini Chriſtiano expediens eſt; claram omnino veritatem habeat, nec ne. Si minus habuerit, ab omnibus locis ipſi, tamquam dubitabili quęſtioni, argumenta conquiri poſſunt: eadem prorſus ratione, vt nos primigeniæ quæſtioni fecimus in illo paradigmate. Sed, relictis alijs, ſumamus nunc in exemplum, vnum argumentum ab adiunctis ſiue proprietatibus in modum definitionis: Quia intellectus, eſt potentia humani animi præſtantiſsima; & res diuinæ obiectum omnium rerum nobiliſsimum. Hoc argumentum, formetur iam argumentatione aliqua: vt poſsit efficere ſumptionem illam. ſi fuerit ratiocinatio; ita procedet: operatio nobiliſsimæ potentiæ quæ ſit in homine, verſans circa obiectum omnium præſtantiſsimum, expediens eſt homini Chriſtiano: ſed operatio intellectus, eſt operatio nobiliſsimæ facultatis; & res diuinæ, obiectum præſtantiſsimum omnium: igitur operatio intellectus, verſans circa diuina, expediens erit homini Chriſtiano. Si argumentatio fuerit enthymema; ſupprimetur altera ſumptionũ, hoc modo: Operatio nobiliſsimæ poten-

Digitized by Google

potentiæ circa obiectum præſtantiſsimum, expediens eſt: expediens igitur intellectus operatio verſans circa diuina. aut hac altera forma: Operatio intellectus, eſt functio nobiliſsimæ facultatis, & diuinæ res, obiectum præſtantiſsimum: expediens igitur. Si fuerit Epicherema; contractius adhuc, vnica propoſitione probabit, operationem intellectus circa diuina obuerſantem, eſſe expedientem: Propterea quod ſit operatio nobiliſsimæ potentiæ circa præſtantiſsimum obiectum.

e Iam vero ſi propoſitio, vel propoſitiones harum argumentationum, adhuc non iudicentur claræ atque admiſſæ mentibus Auditorum: probentur eadem iſta ratione, qua diximus de maiori propoſitione prioris argumentationis. Atque ita deinceps ſeriatim in confirmatione progrediendum: vſque dum deueniatur ad propoſitionem ſumme probabilem, atque apertiſsimam. ex qua, per quandam quaſi catenam & ſeriem, lumen probabilitatis ad omnes inferiores propoſitiones, & deniq; ad ipſam primo propoſitam quæſtionem deſcendat; vt iam in ea intellectus conquieſcat. 48

e Secundæ argumentationis, & tertiæ, & quartæ, &c. propoſitiones etiam probandæ, ſi non habeant apertam veritatem.

f Exacta iam propoſitione maiori, accipiatur probanda, ſi fuerit opus, aſſumptio: Contemplatio, eſt operatio intellectus, verſans circa res diuinas. Petitis ad illam argumentis ex locis, & in argumentationes diductis: vt hactenus de maiori fecimus. O quantum extendi vnicum argumentum poteſt! *g* Ergo accedat iudicium, & tantam luxuriem depaſcatur: vt, quæ facile concedenda videntur, vel relinquat, vel breuiter attingat: probationes, præſertim ſecundarias, ſuccinctis argumentationibus tranſigat: argumentis vtatur conglobatis; aut certe, ſi velit eloquentia exultare; vnico argumento, ſumma dilatatione amplificato Orationem totam abſoluat. 49

f Eadem ſerie probanda minor primi argumenti.

g Prudentia in argumentorum extenſione.

h Porro abſoluto primo paradigmatis argumento, quod fuit prior contemplationis definitio; ſumatur altera, nimirum: Operatio, felicem reddens hominem in hac orbe terrarum: Mox alia Argumenta, à deſcriptione, à notatione, à coniugatis, à partibus, à toto, &c. ſi tantum opus fuerit progredi: vel illa dumtaxat, quæ ſelecta fuerint. eaque amplificentur, & pari ratione, vt primum argumentum, confirmentur. 50

h Cetera quæſtionis argumenta eodem modo tractanda.

i Hinc intelligere licet, quid ſibi velint Rhetores, cum ratiocinationem quinque partibus conſtruunt, vt 2 docuimus; propoſitione, propoſitionis confirmatione; aſſumptione, & aſſumptionis probatione; & denique complexione ſiue concluſione, quæ ſi ratiocinatio prolixa fuerit, antequam inferatur, ſummatim repetitam ratiocinationem ſecum rapit. Vt, ne diſcedamus à primi argumenti exemplo: Intellectus illa operatio, quæ circa diuina obuerſetur, expediens eſt homini Chriſtiano; quippe nobiliſsimæ potentiæ, circa præſtantiſsi- 51

i Cur Rhetorica quinque partib. conſtat.

2 *Cap. 1. nu. 34.*

mum obiectum operatio: Sed contemplatio, intellectus operatio eſt, circa diuina occupata; quid enim ſit aliud? igitur contemplatio, ſi circa diuina verſans actio intellectus eſt, expedientiſsimam eſſe, quis inficiabitur? volunt enim oſtendere, argumenta eſſe ab Oratore extendenda, formanda, verſanda.

52 Denique, quod attinet ad ſtylum & elocutionem; illa debent eſſe Oratoria; *k* non autem dialectica, vt nunc nos, quo clare perciperemur, vſi ſumus. vſi autem fuimus: eo quod hic locus dilatandorũ duntaxat argumentorum, non autem etiam eloquendorum fuerit. Eloquemur autem 3 inferius ſuo loco.

k Quo ſtylo tractanda argumenta.

3 *Sect. ſeq. cap. 4. à nu. 210.*

53 *l* Atque vt aliquid huius doctrinæ in SS. Patribus obſeruemus: ecce D. 4 Chryſoſtomum. Is quæſtionem inſtituit: Non prohibitas eſſe diuitias, ſi quis in neceſsitatem ipſis vſus fuerit. Probat eam à ſimili, per enthymema hoc modo: ſicut enim dixi, non mala res vinum, ſed mala ebrietas; ita non mala res diuitiæ, ſed mala auaritia, mala cupiditas. Probat iſtam conſequentiam ſiue ſimilitudinem epicheremate à repugnantibus, inquiens: Aliud auarus, & aliud diues, auarus non eſt diues. Et hoc confirmat ratiocinatione à definitione prædicati: Auarus multorum indiget; indigens autem multorum numquam diues eſſe poſſet. Item altera definitione per epicherema: Auarus cuſtos eſt, non dominus.

l Idem obſeruatum in Patribus.

4 *Chryſoſt. hom. 2. ad pop.*

Hoc rurſus, alio epicheremate ab oppoſitis relatiuis: Pecuniarum ſeruus, non poſſeſſor. Et hoc alio epicheremate ab effectis. Facilius enim alicui ex propriis carnibus, quam ex defoſſo auro communicaret. Confirmat iſtud à pari, per enthymema: velut enim quodã mandante & iubente, nihil de repoſitis tangere; Sic cum omni diligentia ea ſeruat, & continet, à ſuis, tamquam alienis abſtinens. Probat eſſe aliena nec ſua, definitione enthymematica: Et quippe ſunt aliena: quæ enim aliis erogare numquam pateretur, neque in neceſſariis impendere, etiamſi infinitas ſubſtineret pœnas; quomodo hæc eſſe propria putare poſſet? & rurſum epicheremate, per definitionem à repugnantibus: Quomodo vero eorum habet poſſeſsionem; quorum nec vſum, nec fructum cum libertate habet? Quæ vt colligamus, ſic habent, *Præterea nouit, non prohibitas eſſe diuitias. ſi quis in neceſsitatem vſus fuerit. Sicut 5 enim dixi, non mala res vinum, ſed mala ebrietas: ita non mala res diuitiæ, ſed mala auaritia, mala cupiditas. Aliud auarus & aliud diues: auarus non eſt diues. Auarus multorum indiget, indigens autem multorum, nunquam diues eſſe poſſet. Auarus cuſtos eſt, non dominus: pecuniarum ſeruus, non poſſeſſor. Facilius enim alicui ex propriis carnibus, quam ex defoſſo auro communicaret. Velut enim quodam mandante, & iubente nihil de repoſitis tangere; ſic cum omni diligentia ea ſeruat & continet, à ſuis tamquam alienis abſtinens. Et quippe ſunt aliena: quæ enim aliis erogare numquam pateretur, neque in neceſſariis impendere, etiamſi infinitas ſuſtine-*

5 *Hom. ſuperiori, id eſt, prima.*

ſuſtineret pœnas; quomodo hæc eſſe propria, putare poſſet? Quomodo vero eorum habet poſſeſſionem; quorum nec vſum, nec fructum cum libertate habet?

4 Hom. 13. ad pop.

Idem 4 dicens, rectorum cognitionem quidem, naturalem feciſſe Deum; operationem vero ſtudioſam, non feciſſe naturalem; ſed labori, voluntati, & ſtudio dediſſe: probat ab effectu: *Quare vero tandem? Quoniam ſi totum naturæ tribuiſſet, ſine coronis & præmiis fuiſſemus.* Hoc autem confirmat à ſimili: *Et ſicut bruta virtutum, quas habent, mercedem aut laudem capere non debent: ſic & nos, ſi horum aliquid à natura habuiſſemus.* Probat antecedens: *Naturæ enim munera, non habentium, ſed datoris ſunt laus & commendatio. Igitur non totum naturæ permiſit.* quæ eſt prima illa quæſtio, iam firma ex dictis. 54

5 Homil. 5. ad populum.

Et 5 alias, cum affirmaſſet, mortem timeri propter malam conſcientiam; probauit à contrario; quia virum bonum nihil contriſtare & lædere poteſt. Hoc autem confirmauit à repugnantibus: quia vbi ſpes bona eſt; ibi nulla triſtitia eſſe poteſt. Quod oſtendit inductione à partibus, & rurſum à ſimili. Sed præſtat auream ipſius elegantiam audire: *Vis, inquit, & aliam cauſam commemorem; propter quam mortem timemus? non viuimus cum diligentia; non habemus conſcientiam puram: quod ſi hoc eſſet; neque mors, neque fames nos, neque pecuniarum iactura, neque aliud aliquid omnium quæ ſunt, terruiſſet. In virtute enim viuentem nihil horum lædere poterit, nec interiori voluptate priuare: bona enim connutritum ſpei nihil in triſtitiam deiicere poterit. Quid enim quiſpiam facere poſſit, quo generoſum virum cogat contriſtari? Auferat pecunias? ſed habet in cœlis diuitias. Patria eiiciat? ſed in cœleſtem ciuitatem mittet. Vincula iniiciat? ſed habet conſcientiam ſolutam & exteriorum non ſentiet catenam. Sed interficiet corpus? at iterum reſurget. Quemadmodum igitur, qui cum vmbra pugnat, aerem verberans, percutere neminem poterit: ſic & cum iuſto pugnans, cum vmbra tantum pugnat & vires diſſoluit ſuas, & nullam illi plagam poterit infligere. Itaque da mihi de cœlorum regno confidere: &, ſi vis, hodie me iugula, & cadis tibi gratias habeo, quod me celeriter ad illa bona tranſmittis, &c.* 55

CAPVT IV.

Forma explicandi tractandique Scripturæ Sententias.

1 Lege lib. 1. Sect. 2. cap. 8. nu. 104.

a Scripturarum Scita tractatio, plurimum confert.

QVamquam 1 autoritates, argumenta ſint, & ceterorum inſtar argumentorum habeant ſua quoque pronunciata, formarique prędictis argumentationibus poſsint ac debeant: *a* quia nihilominus ſacro Eccleſiaſte S. Scripturæ teſtimoniis vtendum frequenter eſt, cum ad confirmationem & motum, tum ad ornatum, delectationem, atq; atten- 56

Digitized by Google

attentionem: idcirco nonnullos hic peculiares modos rationeſq; tractandi, expendendi, amplificandi Scripturæ Sententias. *b* ſuaſq; circa illas, animaduerſiones ſeu excogitationes (quas conceptus ſcripturales appellant) recte, vti res poſtulat, explicandi, ſeorſim afferemus.

b Quinam ſint conceptus ſcripturales.

Mirum eſt enim, quantum decoris, & efficaciæ illis, ex appoſitis explicandi formis accreſcat. *c* Quod autem hic de S. Scriptura dicimus, dici quoq; de SS. Patrum & quorumcunq; autorum ſententiis exponendis poſſet.

c Sententiæ Patrum, & aliorum autorum, ſimiliter tractandæ.

57 Primum igitur moneo, & ſi Scripturæ ſententiæ debent eſſe faciles, claræ, & valde appoſitæ: *d* debere nihilominus, vel ipſas, vel quæ nos in ipſis obſeruamus elicimuſque, continere aliquid viuidi, acuti, inexpectati.

d Sententiæ vel conceptus, ſint ſelecti.

58 *e* Deinde aio, ex locis communibus, & figuris dicendi ornatam iſtam atque explicatam ſententiarum amplificationem fieri: quemadmodum partim prædictum eſt, partim 1 dicetur.

e Loci, & figuræ, quãtum huc conferant.

1 Lib. 1. ſect. 2. c. 11. & lib. 3. ſect. 3. c. 2. nu. 196.

59 Verum, vt ad particularia nonnulla deſcendamus; ponderentur Scripturæ, *f* primum: conſiderata ſignificatione & vi verborum, quid ſignificent, quomodo ſignificent, quare illud ſignificent. In Scriptura enim non eſt iota vnum, aut vnus apex, qui ſit otioſus, nec ſumma potius conſideratione digniſſimus. Item, ſi attendatur verborum inter ſe coniunctio, nec non & verba, quæ accedunt, ſubſequunturque ſententiam, quam tractamus. Si conſulantur variæ verſiones. Si figuræ, tam grammaticæ, quam rhetoricæ obſeruentur, &c.

f Attendẽda ſignificatio & vis verborum, &c.

60 *g* Secundo, ſi præter literalem, myſtici notentur ſenſus; id eſt, allegoricus, anagogicus, tropologicus, & accommodatitius; de quibus quid nam ſint, & quo pacto excutiantur, docent ſacrarum literarum interpretes.

g Excutiendi ſenſus.

61 *h* Tertio, amplificantur ſententiæ: ſi comparentur, fulciantur, exornentur aliis ex iiſdem Scripturæ, aut Patrum, aliorumue autorum Sententiis, aut hiſtoriis; quæ cum illis habeant affinitatem aliumue reſpectum.

h Sententia per ſententiam.

62 *i* Quarto, ſi ſententiæ circumſtantiæ omnes obſeruentur: à quo, cui, quo loco, tempore, occaſione, fine, modo, &c. dicta eſt.

i Circumſtantiæ.

63 *k* Quinto, ſi excogitentur conuenientiæ, ac rationes eorum, quæ dicuntur: ductæ ab effectibus, à cauſis, à contrariis, antecedentibus & conſequentibus, ceteriſque topicis argumentorum ſedibus.

k Rationes & conuenientiæ.

64 *l* Sexto, ſi rerum, quæ dicuntur, natura, partes, genera, cauſæ, effectus, proprietates, ſimilia, diſſimilia, &c. conſiderentur.

l Natura & attributa rerum.

65 *m* Septimo, ſi vtamur ſententia, tamquam argumento aliquo, ad illationem maiorum, minorum, parium, antecedentium, conſequentium, contrariorum, &c.

m Quid ex ſententia inferatur.

n Octa-

n Octauo, venuſte explicatur ſententia aliqua: ſi aduerſus eam 66
dubitationes moueantur atque amplificentur: mox ſtatim, breuiterque ſubiiciatur reſponſio; quæ deinde fuſius, ſi expedierit, explicetur. Si per figuram ſuſtentationem dubitationibus excitatis variæ reſponſiones afferantur, & impugnentur: aut efficiatur, vt Auditor contraria expectet eorum, quæ dicenda denique ac reſpondenda ſunt. Quo in genere feliciſsimus eſt S. 3 Auguſtinus, præſertim in opere ſuper Pſalmos.

n Figura ſuſtentatio.

3 Aug. in Pſal.

o Nono, pulcherrima quoque eſt explicatio ſententiæ: Si prius ſimilitudinem aliquam illuſtrem, atque adæquatam affabre concinnemus, mox autem Scripturam illam apte reſpondentem proferamus. 67

o Per ſimilitudinem explicatio.

p Decimo, ornate etiam explicatur ſententia per figuras interrogationem & ſubiectionem, ad noſtros Auditores, vel ad autorem illius Scripturæ. 68

p Per apoſtrophen, ſeu per interrogationem, & reſponſionē.

q Vndecimo, ſi prius aperte proponamus, quod intendimus, tanquam ſcopum quendam ſtatuentes: tum vero ſententiam Scripturæ ad illud collineemus. 69

q Propoſito aliquo, ſententia collimetur.

r Duodecimo, ſi ſententiam ad quotidianam rerum occurrentium praxim explicemus; aut earumdem praxi confirmemus. 70

r Practice exponendæ ſententiæ.

ſ In quibus explicandi formis, illud ſedulo cauendum eſt: ne verba inaniter multiplicentur: ne item eædem formulæ ſæpius cum tędio repetantur. Quod attinet ad exempla, obuia paſsim habentur apud SS. Patres, & elegantiores noſtrorum temporum concionatores. Vide, quonam modo S. 4 Leo amplificet illam Patris vocem in Filij transfiguratione: *Hic eſt Filius meus dilectus ipſum audite.* & illud Chriſti: *Ego, ſi exaltatus fuero à terra, omnia trăham ad me ipſum.* Gregorius 5 illud ex Canticis: *Ecce iſte venit, ſaliens in montibus tranſiliens colles.* Bernardus 6 illa verba: *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto, deliciis affluens?* & illa: *Mel, & lac ſub lingua eius:* Origenes 7 in tota homilia de Maria Magdalena, quæ ipſi aſcribitur. Auguſtinus 8 verba Chriſti: *Videbitis cœlum apertum, & Angelos aſcendentes, &c.* Richardus 9 Victorinus, illud Dei, hominem irridentis: *Ecce Adam, quaſi vnus ex nobis.* Theodoretus 10 illud Exodi. *Non aſſumes nomen Dei tui in vanum.* 11 Ambroſius, ea Chriſti verba: *Iuda, oſculo filium hominis tradis?* Euſebius 12 Emiſenus, verba Latronis, *Memento mei, Domine, cum veneris in regnum tuum.* 13 Hilarius illud Chriſti: *Pater, venit hora, clarifica filium tuum.* Petrus 14 Chryſologus, verba illa: *Benedicta tu in mulieribus.* Et illa: *Ecce concipies in vtero.* 15 Gregorius Nyſſenus, illud: *Quomodo fiet iſtud; quoniam virum cognoſco?* 16 Albertus Magnus, illa verba: *Inueniſti gratiam apud Deum.* 17 Bonauentura, illud *Et diſceſsit ab illa Angelus.* Et alia quamplurima, cum apud eoſdem, tum apud alios. Verum, vt fuſe nonnulla hic tranſcribamus: S. Chryſoſto- 71

ſ Varietas commendatur.

4 Leo ſer. de transfig. & ſer. 8. de paſſ.
5 Greg. hom. 29. in euang.
6 Bern. ſer. 4 de Aſſum. & in ſententiis.
7 Orig. hom. Magd.
8 Aug. in Pſal. 44.
9 Rich. Vict. lib. 1. de Emman. p. 1. cap. 19.
10 Theod. q. 41. in Exod.
11 Ambr. in Pſal. 39.
12 Euſeb. Emiſ. hom. d. bono latr.
13 Hilar. lib. 3. de Trin.
14 Chryſoſt. ſer. 145. & ſer. 2. de Annunc.
15 Nyſſ. ho. 14. de nat.
16 Albert. Magnus ſer. 3. de Annunc.
17 Bonau. in 1. cap. Lucæ.

P 3 mum.

Digitized by Google

† S. Chryſoſtomus Rhetor perfectiſſimus. mum † in omnibus Rhetoricæ partibus feliciſsimum & maxime idoneum autorem excutiamus.

72 Is 19 explicans initium Pſalmi quinquageſimi, ſic inquit: *Si non potes eleemoſynam facere, compungere: Si non potes ieiunare, ſicut Niniuitæ; ſaltem, vt meretrix, peccata lacrymis ablue: Si ieiunare non potes, nec peccata tua redimere; eia, ad miſericordiam Dei confuge cum* 20 *Dauide, dicens: Miſerere Deus ſecundum magnam miſericordiam tuam. Non eſt enim viperæ morſus, vt ſuper ipſum medicinam imponam; nec macula ex luto facta, vt ipſam aqua diluã: ſed ex diaboli morſu vulnus, egens clementia tuæ, miſericordia tuæ. Tantum igitur accede petens, tantum vulnus reuela, & dic: Miſerere mei Deus: miſerere corporis & animæ meæ: miſerere mei, & hic, & in futuro ſæculo: miſerere mei, & propter naturæ infirmitatem, & propter bonitatem tuam.*

19 Chryſoſt. hom. 21. ad Pop.

20 Pſal. 50.

73 Exponens 21 autem illud Eccleſiaſtici nono: *Agnoſce, quod in medio laqueorum tranſis, & ſuper propugnaculis vrbium ambulas*: Papæ, inquit, *quot bonorum plenum eſt hoc verbum. ipſum igitur in mente quiſque noſtra ſcribamus, & ſemper in memoria circumferamus; & non peccabimus facile. Inſcribamus, inquam; Sed prius cum omni diligentia diſcentes. Non enim dixit: Aſpice, quod in medio laqueorum pertranſis: Sed Agnoſce. Et quare dixit: Agnoſce? Obumbratus eſt enim laqueus; quandoquidem non aperte mors apparet, &c. Propterea dixit Agnoſce. multa tibi opus eſt agnitione, & diligenti ſcrutatione: ſicut enim pueri terra laqueos; ſic diabolus vitæ voluptatibus peccata circumtexit. Sed agnoſce, perſcrutans diligenter, &c.*

21 Hom. 15. ad pop. Eccl. 9.

74 Iam 22 illud Apoſtoli: *Quæ ſurſum ſunt ſapite*, Sic excutit: *Quæ ſurſum ſunt, qualia dicis? dic mihi. Vbi Sol, vbi Luna?* Non, inquit, *Sed vbi? vbi Angeli, vbi Archangeli? vbi Cherubim & Seraphim?* Non, inquit, *Sed vbi? Vbi Chriſtus eſt, in dextera Dei ſedens.*

22 Eadem hom. Coloſ. 3.

75 Et 23 Chriſti ſanctionem illam: *Quæ* 24 *vultis, vt faciant vobis homines, hæc & vos facite ipſis*, tractat his verbis: *Non opus eſt multis ſermonibus*, inquit, *neque prolixis legibus, & varia doctrina: voluntas tua ſit lex. Vis beneficia capere? confer beneficium alteri. Vis miſericordiam conſequi? miſerere proximi. Vis laudari? lauda alium. Vis amari? ama. Vis partibus primis potiri? cede illas alteri prius. Tu ſis iudex, tu ſis vitæ tuæ legislator, &c.*

23 Hom. 13. ad pop.

24 Matt. 7.

76 Porro 25 illud 26 Pauli. *Creatura ingemiſcit; & nos ipſi. primitias ſpiritus habentes, gemimus*, ita ediſſerit: *Hæc dicebat, non condemnans præſentia, ſed futura deſiderans. Guſtaui*, inquit, *gratiam; & non fero dilationem: Spiritus primitias habeo; & ad integrum feſtino: aſcendi in tertium cælum; vidi gloriam illam ineffabilem, vidi aulas ſplendentes, didici, quibus, hic immorans, bonis caream; propterea gemo. Dic mihi, ſi quis te in regias duxiſſet aulas, & aurum vndique de parietibus fulgens, omnemque alium tibi demonſtraſſet ornatum; poſtea te inde in cellam pauperis induxiſſet, pollicens in regias illas poſt breue tempus reducturum, & perennem tibi manſionem ibi daturum: numquid non deberes affici deſiderio, & vel ipſos paucos dies ægre ferre, &c.*

25 Hom. 5. ad pop.

26 Rom. 8.

Eiuſdem

27 *Hom. 9. ad pop.* 28 *Rom. 1.*

77 Eiuſdem 27 illud: *Quod* 28 *notum eſt Dei, manifeſtum eſt illis*, eloquitur in hunc modum: *Et quomodo manifeſtum eſt illis?* (Gentilibus) *quomodo vero Deum videre poterant? quis oſtendit? effare. Deus enim illis manifeſtauit*, inquit. *Quo pacto? quem Prophetam mittens? quem Euangeliſtam? quem Doctorem: Si Scripturæ nondum erant? Inuiſibilia enim ipſius*, inquit, *à creatura mundi, &c. Quod autem dicit, tale eſt: Ante omnium oculos creaturam in medio propoſuit, vt ex operibus* Creatorem *coniiciant. Quod quidem & alius* 29 *dicebat*: Ex *magnitudine, & pulchritudine creaturarum proportionabiliter ipſarum autor conſideratur. Vidiſti enim creaturæ magnitudinem? conſidera cum admiratione potentiam conditoris. vidiſti pulchritudinem? Sapientiam obſtupeſce.* Quod & 30 Propheta demonſtrans, dicebat: *Cæli enarrant gloriam Dei. Quomodo iam narrant? dic mihi. vocem non habent, os non poſſident, ipſis non eſt lingua: Quomodo igitur narrant? Per ipſum aſpectum. Cum enim videris magnitudinem, pulchritudinem, celſitudinem, ſitum, formam tantum tempus permanentem: tanquam vocem audiens, & ad aſpectum diſcens, adoras eum, qui tam pulchrum, & admirabile opus creauit, &c.*

29 *Sap. 3.* 30 *Pſal. 18.*

31 *Hom. 3. ad pop.* 32 *Ion. 3.*

78 Regis 31 Niniuitæ iuſſum, apud 32 Ionam: *Homines, & iumenta, & pecudes, & oues non paſcantur*, Sic explicat: *Quid dicit? & bruta ieiunant; & equi & muli ſacco veſtiuntur?* Etiam, inquit, *Sicut enim diuite aliquo mortuo, non ſeruos ſolos & ancillas; ſed & equos neceſſarij ſacco amicientes & agaſonibus tradentes, ad ſepulchrum ſequi iubent, calamitatis magnitudinem oſtentantes, omneſque ad miſericodiam inuitantes; ſic & in ciuitate illa, mori periclitante, & brutam naturam ſacco circumdant, & ieiunij iugo ſubiiciunt. Non licet brutis ſermone iram Dei diſcere: diſcant fame. Etenim, ſi dirueretur*, inquit, *ciuitas; non tantum noſtri, ſed & horum vna eſſet communis ſepultura: pœnæ igitur partem habere debentia, & ieiunij partem capiant, &c.*

33 *In epiſt. ad Galatas 2.*

79 Rurſum 33 Apoſtoli dictum: *Qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me*, ita exagitat: *Quid facis, Paule: communia quæ ſunt, tibi vendicas? & quæ pro toto terrarum orbe facta ſunt, tibi facis peculiaria? Cum conſideraret Apoſtolus infirmitatem humanæ naturæ, & ineffabilem Dei ſollicitudinem; tum quibus malis ipſum liberaſſet, quæ bona largitus eſſet: inflammatus illius deſiderio in hunc modum loquitur. Quandoquidem & Propheta non raro, Deum communem, ſibi proprium faciunt, hoc modo loquentes: Deus* 34 *Deus meus ad te luce vigilo. Propterea vero declarat Paulus, hoc quoque par eſſe; vt quiſque noſtrum non minores agat Chriſto gratias, quam ſi ob ipſum ſolum adueniſſet. Neque enim recuſaturus erat, vel ob vnum tantum, exhibere diſpenſationem.*

34 *Pſal. 62.*

35 *Hom. 8. ad pop.* *Philip. 4.*

80 Item 35 illud eiuſdem: *Gaudete in Domino ſemper*, Sic enucleat: *Non ſimpliciter dixit: Gaudete ſemper: ſed addidit continuæ voluptatis cauſam; cum dixerit, Gaudete in Domino ſemper. In Domino gaudens, ex accidente nullo hac voluptate*

Digitized by Google

voluptate excidere poteſt. Alia nempe cuncta, in quibus gaudemus, mutabilia ſunt & tranſitu facilia, & facile vertuntur: neque hoc ſolum moleſti habent; ſed etiam quod quamtumuis permanſerint, non tantam nobis afferunt voluptatem, vt naſcentem ex alijs rebus triſtitiam repellant, & obumbrent. Dei vero timor, hæc habet vtraque: & ſtabilis enim immotuſque eſt; & tantam effundit lætitiam, vt nullus nos capiat aliorum ſenſus malorum. Deum enim, ſicut oportet, timens, & ipſo confidens; voluptatis radicem lucratus eſt, omnemque habet lætitiæ fontem. & ſicut in immenſum mare parua ſcintilla decidens, facile deletur: ſic quantacunque Deum timenti illidantur, velut in vaſtum lætitiæ pelagus incidentia extinguuntur, perduntur, &c.

81 Denique 36 (ne tædio ſimus) eiuſdem 37 Apoſtoli verba illa ad Feſtum: *Optarem vtique ego à Deo, & in modico, & in multo, non ſolum te, ſed etiam omnes audientes me fieri Chriſtianos: abſque vinculis.* Sic enarrat: *Quid dicis ô Paule? Epheſiis nempe ſcribens, ais: Rogo igitur vos, ego vinctus in Domino, &c. vbique catenam circumfers, vbique vincula proponis; & gloriaris: in iudicium autem veniens, cum maxime libere tegerere decebat, diſciplinam prodidiſti & iudici dicis: Optarem vtique te fieri Chriſtianum, abſque vinculis his. Nempe ſi bona, &c. quare coram iudice non hac re gloriaris, ſed contrarium facis? Numquid non videtur eſſe quæſtio, quod dicitur? Sed celerrimam ſolutionem affert. Non enim ex anxitate vel timiditate Paulus hæc faciebat; ſed ex ſapientia multa, & Spirituali prouidentia: nam ad Gentilem loquebatur, & infidelem, nec noſtra ſcientem. Nolebat igitur ipſum per grauia inducere: Sed quod dicebat, Factus ſum carentibus lege, tamquam ſine lege; hoc & hic faciebat. Si vincula audierit, inquit, & tribulationes; ſtatim refugiet: cum vinculorum virtutem non norit, fiat prius fidelis, & prædicationem guſtet: & tunc ipſe quoque ad hæc vincula curret, &c.* 36 *Hom. 16. ad pop.* 37 *Act. 26.*

SECTIO III.

De Elocutione Argumentorum.

82 *a* Vis, & difficultas elocutionis.

VBi *a* Oratòr res & argumenta inuenit, diſpoſuit, atque Argumentatione formauit ac dilatauit; intelligat ſupereſſe explendum ſibi maximi 1 momenti, maximeque proprium munus: quonam pacto illa eloquatur, quaque oratione conueſtiat, informet, amplificet adhuc. Siquidem ab hoc munere Orator, & eloquens appellatur: ab hoc exiſtit delectatio, attentio, & quædam fere ecſtaſis Auditorum: ab hoc perſuaſio, qui Rhetoricæ dictionis finis eſt, non parum dependet. 1 *Cicer. li. 3. de Orat. Quintil. li. 8. in proœm.*

b Bonus, & ineptus cõcionator, in quo diſcernuntur.

b Hoc opus: hic labor Concionatorum, nam 2 res, & concepta ex multis libris (vt pleriqne faciunt) colligere, ac iudicio aliquo diſpoſita confarcinare ad explendam horam, facile eſt: at vnamquamque rem ſuo 2 *Vide Quintil. lib. 12. c. 3.*

ſuo habitu conueſtire, apto, proprio, graui, ſancto, pulchro, ornato, elaborato, bene contexto; ideoque non modo circa ſingulas periodos, phraſes, atque ſententias, verum etiam circa verba ſingula diligenter attendere; haud ita cuique pronum eſt. *c* Sermo enim Oratorius non debet eſſe aridus ac ieiunus, ſimplex ac vulgaris; qualis eſt in dialecticis concertationibus, in ordinariis colloquiis, in dialogis, in epiſtolis, &c. Sed eſſe debet affluentior, varius, efficax, factus, ornatus, atque vulgari, & communi eminentior. Qua vero moderatione, in ſacris præſertim concionibus; inferius 3 præſcribemus.

c Oratorius ſermo, qualis.

3 *Cap. 3. à nu. 213.*

d Verumenimuero non eſt, cur his difficultatibus terreamur, quæ tantum initiis (vt ceteris in artibus) obſtare ſolent. Nam perrupto ſemel earum agmine, habituque ornate dicendi acquiſito; ſuccedit labori delectatio. Et quemadmodum, qui pulſare artificioſe teſtudinem diſcit, principio quidem tarda manum applicatione attentus inuigilat; mox vero citiſsima digitorum micatione, premit ex arte neruos & pulſat incogitans: ita nobis, quæ ſub initium ægre, vel inuitata, vel exquiſita prodibant; Sponte deinde ſua, vel incogitantibus, offerent ſe & verba, & figuræ, & numerus, & quidquid ornamentorum erit. 83

d Eloquentiæ parabilitas.

CAPVT I.

Sermonis Puritas, ac Diluciditas.

1 *Quintil. lib 8 c.10.*

ORatio, *a* qua Rhetores vtuntur; quatuor ex 1 Quintiliano virtutes habere debet: vt ſit pura & emendata; vt clara atque dilucida; vt facta atque ornata; vt apta denique & conueniens. 84

a Quatuor virtutes elocutionis.

Emendata ac pura erit Oratio: ſi non fuerit inquinata ac barbara. Id eſt, *b* ſi grammaticorum præcepta ſeruauerit, carens ſolœciſmis ac barbariſmis: ſi linguæ proprietatem prætulerit: ſi verba, communi politiorum doctiorumque prouinciæ hominum recepta vſu, conceptum bene exprimentia, concioni intelligibilia; non autem eneruia & ignota, non antiqua & obſoleta, non vulgi aut oppidi alicuius vitioſa dialecto inquinata, non poetica aut affectata vſurpauerit. *c* Verborum enim delectus, inquit 2 Cicero eſt eloquentiæ origo. 85

b Pura & emendata elocutio quę nam ſit.

c Origo eloquentiæ, verborum delectus.

2 *Cicer. in Bruto.*

3 *Lege lib. 1. cap 5. n. 40. & Quintil. lib. 10 cap. 1. & 7.*

d Hic igitur 3 peruideat Orator, vt idioma, in quo dicturus eſt, apprime calleat; nouerit vim, naturam, genera verborum ſimplicium & copulatorum; deinde quot modis quidque dicatur. Quare habeat varietatem; copiam verborum, ac formularū ſiue phraſium; vim quoque & mutuam inter ſe correſpondentiam particularium, quæ veluti nerui ſunt orationis. hæc autem, quo animi conceptus exprimat quam ſignificantiſsime ac viuidiſsime: quo vitet homologiæ, idem ſemper eodem modo dicentis vitium odioſiſsimum: quod non ſit neceſſe, di- 86

d Idioma, in quo dicitur, perfecte callendum.

Q centem

Digitized by Google

centem ad ſingula mentis ſenſa explicanda hærere; & velut oſtiatim mendicare, quonam illa modo efferre debeat, ſemperque adeo circumlocutione vti: quo non cogatur, in memoriter pronuntiando, ſingulis ſe ſcriptionis verbis mancipare. Sic enim, & dicentis acrimonia retunditur: nec permittitur, aperte, ſignificante, appoſite, ornate, & ſine affectatione mens explicari: neq; vero accommodari verba rebus: quippe cum alia lætis rebus, alia triſtibus, alia grandibus, alia lenibus, alia atrocibus verba conueniant.

87

e Quanam ratione linguæ elegantia addiſcitur.

4 *Quintil. lib. 1. in proæmio. & li. 10. cap. 1.*

e Hæc 4 porro conſequetur ex elegantiorum ſcriptorum lectione: item ex conſuetudine cum politioribus, variarumq; eius idiomatis dialectorum hominibus. Ita enim, adhibito aurium, prudentiæque iudicio, procliue erit natiua deponere vitia; &, alienis abſtinentem, communis linguæ in affectatis deliciis locupletari.

88

f Quid ex peregrinis linguis aſſumẽdum.

g Autoritates quo ſermone reddendæ.

h Scientiarum propriæ formulæ retinendæ.

i Propriorũ ac translatorum vſus.

k Verba antiqua parce deliberanda.

5 *Quintil. lib. 1. cap. 7.*

Quæ vt explicentur adhuc planius; quoad formam verborum, quæ eſt ſignificatio, videat primum Eccleſiaſtes: vt *f* de peregrinis à lingua, in qua dicit, verbis, Latina quidem vſurpet; pondus enim, & vim autoritatis habent. *g* In autoritatibus præſertim Scripturæ & Patrum; quæ breuiores ſint, & elegantiæ atque acuminis aliquid habeant: quas cum reddit vulgari idiomate; non ad verbum, ſed ad ſenſum, eleganter expreſſeque id præſtet. Hebraica vero, & Græca vocabula non proferat, niſi vrgente neceſsitate: multo igitur minus ea, quæ ſunt aliarum linguarum. *h* Deinde videat: vt formulas, ſiue terminos (quos vocant) ſcientiarum, & artium proprios non mutet. *i* Item ſtudeat: vt translatis, figuratiſq; verbis vtatur ad ornatum & robur: propriis vero ad dilucidatem. *k* De vocabulis antiquis, audiat 5 Quintilianum, vt verbis, æque ac numiſmatis vtamur præſentib. *Sed vetuſta interdũ verba,* inquit, *repetita, non ſolum magnos aſſertores habent; ſed etiam afferunt orationi maieſtatem aliquam non ſine delectatione; nam & autoritatem antiquitatis habent; & quia intermiſſa ſunt, gratiam nouitati ſimilem parant. Sed opus eſt modo: vt neq; crebra ſint hæc, neq; manifeſta, quia nihil eſt odioſius affectatione. Ergo, vt nouorum optima erunt maxime vetera: ita veterum, maxime noua.*

l Noua, quomodo cudantur.

m Cautio in vſu compoſitorum verborum.

n Non vſurpanda communia pro propriis.

o Delectus verborum

p Verba, ſint intelligibilia.

6 *Horat. in arte.*

7 *Auguſt. li. 4. de doctr. Chriſt. c. 2.*

l De nouis vero & recenter inuentis, ſequatur 6 Horatii conſilium: licere rationabiliter tamen, moderate, & ſine aurium offenſione, noua procudere nomina, ad imitationem alicuius ſoni naturalis, aut per deriuationem ab aliquo vocabulo, aut per compoſitionem plurium vocabulorum. *m* In vſu verborum compoſitorum, aut à communi conſuetudine per adiectionem, detractionem, tranſpoſitionem alteratorum non appareat affectatus, aut poeticus. *n* Cum verba propria ſuppetunt (niſi figurate dici expediat) non vtatur communibus, id eſt, ſpecificis, genericis, æquiuocis, tranſcendentibus. *o* Grandia humilibus, honeſta ſordidis, nobilia vilibus præferat. *p* Deniq; malit cum 7 Auguſtino reprehendi à grammaticis, quam non intelligi à populis, cum opus eſt:

quare

Digitized by Google

8 *Cicer. 8. de Orat. Ariſt. lib. 3. Rhet. cap. 2.* quare 8 vtatur interdum verbis minus integris, dum tamen res ipſa doceatur, integreque diſcatur.

q Quod ſpectat ad verborũm materiam, id eſt, ſonum, inuigilet: vt rebus conformiter vſurpet vocabula, dura vel ſuauia, lenia vel aſpera, turgida vel depreſſa, grandia vel humilia, muta vel ſonantia, rotunda vel anguſta, clara vel obſcura, velocia vel tarda, robuſta vel languida, alta vel depreſſa. &c. Quorum omnium iudicium, eſt apud aures. 89 *q* Sonus verborum rebus concordet.

9 *Quintil. lib. 8. c. 3.* *r* Quoad 9 verborum ſelectorum copiam ſeu varietatem, ſciat: valere illam ad ornatum, & numerum orationis; ad amplificationem; ad declinandã tautologiam; ad res pulchre deſcribendas; ad magis proprie, ſuccinctiuſq;, & nihilominus ornatius dicendum; ad aliquid ex tempore eleganter explicandum, ad ſuccurrendum memoriæ, & non hæſitandum, aut tepide in pronunciatione dicendum. *ſ* Ditabitur autem ea multiplici ſupellectili, primum ex attenta bonorum, eloquentiumque (modo non impurorum) autorum lectione. in quib. non ſolum res, ſed & reſpondentiã rebus verba animaduertat; notet vocabulorum, quænam ſint propria, quæ translata, Synonyma, epitheta, antitheta, dicendi, conſtruendiq; formulas, iuncturas, particulas, & ſimilia. Paratur deinde, exquiſita perfectaq; ipſarum rerum dicendarũ cognitione: nam *Verba* (inquit 10 ille) *præuiſam rem, non inuita ſequentur*. Tertio, ex vſu non tantum propriorum, ſed etiam aliorum verborum; nimirum aut translatorum ſeu figuratorum, aut 11 periphraſi ſeu circumlocutione, aut æquipollentia minime diuerſorum. Hæc de puritate & emendatione ſermonis. 90 *r* Copiæ & varietatis fructus. *ſ* Copia verborum, vnde comparanda.

10 *Horat. in arte August. lib. 4. doctr. Chriſt. c. 6.* 11 *Lege cap. ſeq. num. 111. & 183.*

12 *Quintil. lib. 8. c. 2.* Dilucida vero, claraq; eſt oratio illa: quæ ſenſa & cõcepta manifeſte aliis aperit. *t* Quod obtinebit primũ: ſi verba 12 propria ſint, & vſitata; modo ne obſcœna, ne ſordida: ſi collocata atque diſpoſita: ſi minime amphibologica. Deinde, ſi periodos habeat non prolixas, nec vocum nimia tranſpoſitione obſcuras. Denique, ſi vtatur propoſitione, diſtinctione, ordine, obſcuriorum interpretatione, definitione, partitione, repetitione, interrogatione, tranſitione, & ſimilibus figuris. 91 *t* Diluciditas elocutionis, vnde.

CAPVT II.

Sermonis ornatus, & robur.

ORnata *a* & elaborata oratio, eademq; robuſta & efficax ad perſuadendum illa cenſetur: quæ iuxta proprium dicendi genus, tropis figuriſque, tanquam gemmis & ſpiculis, diſtincta atque armata eſt: & numeroſo ſtylo exculta. 92 *a* Ornatus elocutionis in quo ſit.

b De tropis, & figuris rhetoricis (nam nihil hic de grammaticis) illud communiter dicere poſſumus: tropos, vel figuras eſſe, omnes illos dicendi modos; qui ſic recedunt à communi forma dicendi, vt oratio noſtra recipiat ex parte habitum quemdam, à vulgari, & ordinario 93 *b* Tropus, & figura in quo conueniunt.

Q 2 nario

nario dicendi ritu diuerſum, & vſitato ac ſimplici elegantiorem, hoc eſt enim tropice ac figuratæ loqui. Exempli gratia, ſi ſic dicamus: Nihil eſt peccatore infelicius; ſimpliciter dixeris. at figuratæ per interrogationem, hoc pacto: An quidquam homine peccatore infelicius eſſe poteſt? ſimiliter hoc: vir eſt inſigni clementia, figuratur per exclamationem, hoc modo: O ſingularem viri clementiam! Et hoc, Deus non curat quantum, ſed quo affectu donetur; per ironiam ſic extolles: Id ſcilicet curat Deus; quantum; & non potius quanto donetur affectu. Denique Aeſtuare cupiditate per metaphoram tropice dicimus; pro, Magnum habere deſiderium. Quam ſermonis elegantiam ſupra vulgarem, in reliquis omnibus figuris ac tropis eſt obſeruare.

94 *c In quo differunt.* *c* Verumenimuero, ſi diſtinguamus inter tropos, & figuras: Tropus 1 eſt, verbi, vel ſermonis à propria ſignificatione in aliam cum virtute mutatio. Figura vero ſiue ſchema, vt ex ipſo nomine conſtat, eſt conformatio quædam orationis, à communi, & primum ſe offerente ratione remota: qua rectus ſermo in alium cum virtute, mutatur. Et in hoc differt à tropo: quod tropus (vt in eius definitione apparet) non poteſt fieri propriis verbis, ſed ſolum alienis: figura vero, cum propriis fieri poteſt, tum alienis. Quare frequenter accidit, vt in eamdem ſententiam & tropus, & figura conueniant: vt in hanc: Linguæ gladium, te infelicem! contra Deum, contra proximum, contra teipſum exeruiſti; metaphora tropus, exclamatio figura ſententiarum, & repetitio figura verborum. *1 Quintil. l. 8. c. 6. & lib. 9. c. 1.*

95 *d In quo differant figuræ verborum, & ſententiarum.* *d* Etenim figuræ, duplices ſunt: aliæ verborum, aliæ ſententiarum. illæ, in verborum habitudine, & venuſta concinnaque eorum collocatione, aut ſono conſtant: qua ſublata (etiam non mutata ſententia) mutatur, aut tollitur, aut euaneſcit figura. Iſtæ vero non in verbis, ſed in rebus ipſis poſitæ ſunt: nempe in dicendi formulis: quæ, variatis quibuſcunque verbis, modo remaneat idem ſenſus; ſemper eædem conſiſtunt, vt patebit in vtriuſque generis particularibus figuris, cum proferentur. Sed iam incipiamus enumerare per claſſes tropos, & vtraſque figuras.

Tropi.

96 *e Metaphora quid ſit, & quotuplex.* *e* Metaphora ſiue translatio, viro eloquenti maxime familiaris, in particulari acceptione (nam in 2 ampliori omnes amplectitur tropos) tropus eſt, quo verbum aliquod de re propria ad non propriam, ſe de propria ſignificatione ad non propriã, propter aliquam proportionẽ ſilimitudinẽue, quæ inter ipſas eſt, traducitur. ſiue iſta verbi translatio fiat à partibus & ſenſibus corporis ad animum: vt, Facinus vel iniuriam concoquere, pro, tolerare: Rem ſubodorari, pro, ſuſpicari, deprehen- *2 Ariſt. in poet. c. 4.*

Digitized by Google

prehendere. ſiue à re animata ad aliam animatam: vt, vlulate matres:
3 Daniel.1. *Benedicite 3 cete, & omnia quæ mouentur in aquis, Domino.* ſiue ab animata
ad aliam inanimatam: vt, Concentus virtutum, ſtellantia prata. ſiue
4 Pſal.97. ab animata ad inanimatam: vt: *Flumina 4 plaudent manu: 5 Exultabunt*
5 Pſal.86. *omnia ligna Siluarum.* ſiue deniq; econuerſo, ab inanimata ad animatam: vt, Melleus Orator, lapidea corda.

f Facile autem eſt inuenire metaphoras: ſi conſiderentur ſimili- 97
tudines rerum inter ſe; quo pacto fortem hominem, Leonem nuncu-
pabimus: aut ſi proportiones ſiue habitudines attributorum earum-
dem attendantur; itaq; dicemus corpus, animæ nidum, domum, carcerem, pondus, veſtem, rebellem equum, &c.

f Quomodo inueniuntur metaphoræ.

6 Ariſt. lib. 3. Rhet. c. 2. *g* Ariſtoteles 6 perſpicuitatem, iucunditatem, dignitatem, & in 98
primis energiam laudat in metaphoris. Quare illæ erunt præſtantiores, quæ ſpiritum vitamque dant rebus inſenſibilibus & inanimatis:
quæ item res tamquam in motu & operatione repræſentant, maxi-
7 Cicer. lib. 3. de Orat. mæque 7 mouent oculorum ſenſum: quæ habent aliquid nouitatis:
quæ in amplificatione ſumuntur à rebus magnis; in diminutione, à
paruis.

g Ex metaphoris, quænam ſunt pulcherrimæ.

h Ne ſint autem metaphoræ, à rebus parum ſimilibus, ab ignotis, 99
à vilibus aut turpibus: ne ſint nimis frequentes: ne in eadem ſententia
diſparatæ: ne duræ. Quod ſi interdum duriuſculæ, audacioreſue ſint:
adiunctis particulis. Quodammodo, vt ita dicam, & ſimilibus moliantur.

h Vitia in metaphoris.

i Translatio, maxime delectat: quia, cum ſit ad vnum verbum 100
8 Quintil. li. 8. c. 6. tracta ſimilitudo, plura vno obiectu intellectui repræſentat. hoc 8 ſolum differens à ſimilitudine: *k* quod ſimilitudo, rei quam exprimere volumus, comparatur; vt cum dicimus, caſtum, religioſum viuere tamquam Angelum: metaphora vero, pro ipſa re dicitur: vt cum
de Religioſo dicimus, Angelus eſt. Neque delectat modo: Sed & ma-
9 Deut.32. ximam ſæpe efficaciam addit. vt iſta metaphora: *Gladius 9 meus deuorabit carnes.* Seruit etiam & amplificationi. Sed ecce D. 10 Maximi pe-
10 Maxim. hom. 59. quæ 1 de S. Euſebio eſt. riodum metaphoris illuſtrem: *Qui* (de S. Euſebio loquitur) *gubernaculum fidei viriliter tenens, anchoram ſpei tranquilla iam in ſtatione compoſuit; & plenam cœleſtibus diuitiis & æternis mercibus nauem, optato in litore collocauit: qui contra omnes aduerſarios ſcutum timoris Dei tamdiu infatigabiliter tenuit, donec ad victoriam perueniret. quid enim fuit totius vitæ illius curſus, niſi vnius cum vigili hoſte conflictus?*

i Metaphoræ commoda.

k Differentia inter metaphoram, & ſimilitudinem.

11 Luc 10. *l* Allegoria, tropus eſt metaphoræ affinis: & in eo differens, quod 101
12 Mat. 3. hæc pauca translata miſcet cum propriis; allegoria vero per totam o-
13 Iſa.5. rationem vtitur translatis. Vt: *Leuate 11 oculos, & videte regiones, quia albæ*
14 Auguſt. ſerm. 28. de verbis Domini. *ſunt iam ad meſſem. Cuius 12 ventilabrum in manu ſua, & purgabit aream ſuam. Vinea 13 facta eſt Dilecto meo in cornu filio olei. Tu 14 nauigas; illa iam*

l Allegoriæ natura & virtutes.

in portu eſt. Vinea 15 *Noli huic tranquillitati*(id eſt, proſperæ fortunæ)*con-* 15 *Senec. e-*
fidere; momento mare vertitur; eodem die, vbi luſerunt nauigia, ſorbentur. 16 *Sed* *piſt 4.*
dicis, Perfectam non poſſum agere pœnitentiam. ſi non potes Sol fieri, fias vel ſtella 16 *Chryſoſt. hom. 22. ad*
dũtaxat. Quando 17 *ſpinas excidere? quando ſemina ſpargere cogitas? neſcis, quod* *pop.*
iam meſſis ingruit tempus: nos vero nondum proſcidimus arua? Si venerit igitur 17 *Idem ho.*
Agricola, noſq; accuſauerit; quid dicemus? quid reſpõdebimus? Quod ſemina dedit *45. ad eund.*
nemo? ſed quotidie hæc erogatur, &c. Allegoriæ frequens eſt vſus in ſenten-
tiis prouerbialibus, ſeu prouerbiis. vt, Flamma fumo eſt proxima. quo
prouerbio ſignificatur, mature fugiendum eſſe periculum. Allegoria,
ſicut & metaphora, de vicino ſumenda eſt: ne degeneret in ænigma. i-
tem, quo genere translationis cœperit, eodem terminanda. Differt au-
tem à ſimilitudine, in modo tractandi; quemadmodum metaphora.
Denique gaudet aliis metaphoræ virtutibus.

102 *m* Antiphraſis, id eſt, contraria locutio, Allegoria quædam eſt:
m Antiphraſis. quæ non aliud ſenſu, aliud verbis oſtendit; ſed contrariũ. vt: 18 *Benedic* 18 *Iob. 2.*
Deo, & morere. id eſt, maledic. Ecce fructus peccatorum meorum, id eſt,
detrimenta.

103 *n* Synecdoche, ſeu comprehenſio, aut intellectio, tropus eſt: vſur-
n Synecdoche. pans pro toto partem, pro parte totum; antecedens pro conſequente;
conſequens pro antecedente. vt: *Maledictus* 19 *homo, qui ponit carnem* 19 *Ierem. 17.*
brachium ſuum. id eſt, hominem. *Peccator* 20 *videbit, & iraſcetur.* id eſt, 20 *Pſal. 111.*
peccatores. *Latrones improperabant ei.* id eſt, ex 21 latronibus vnus. 22 *E-* 21 *Mat. 27.*
rit tamquam lignum, quod plantatum eſt, &c. id eſt, tamquam arbor fœ- 22 *Bonau. in cap. 23. Luc.*
cunda. Biberunt Iordanem, id eſt, aliquid aquę Iordanis. Falernum bi- *Pſal. 1.*
bere. id eſt, vinum pretioſum. Ita Dominus in ſepulchro recte dicitur
triduo iacuiſſe: eo quod integrum naturalem diem & partem tum an-
tecedentis, tum conſequentis diei conditus fuerit. *Reges* 23 *Tharſis, & in-* 23 *Pſal 71.*
ſulæ munera offerent. id eſt, voluntarie ſubiicientur: *Conflabunt* 24 *gladios* 24 *Iſa. 5.*
ſuos in vomeres, &c. nimirum pax erit.

104 *o* Metonymia, hypallage, aut denominatio, tropus eſt: quo cau-
o Metonymia. ſas per effecta; effecta per cauſas; contentum per continens, continens
per contentum; rem per ſignum declaramus. vt: *Non* 25 *regnet pecca-* 25 *Rom. 6.*
tum in veſtro mortali corpore. id eſt, fomes cauſa peccati. Sol ingreſſus eſt
per feneſtras. id eſt, lumen ſolis. *Auribus* 26 *percipe terra,* id eſt, homines, 26 *Iſa 1.*
qui terra continemini. Agricolæ non fecerunt fructum, id eſt, agri. In
toga ſumus, non in ſago. id eſt, in pace, non bello.

105 *p* Periphraſis, Latine circumlocutio ſiue circuitio, tropus eſt: quo
p Periphraſis vſus. aut vitandæ obſcœnitatis, moleſtiæq; vocabuli; aut etiam neceſsitatis,
ſi nomen abſit; aut deniq; maieſtatis, & ornamenti gratia, id, quod ſim-
pliciter dici poterat, oratione circumſcribitur. vt: *Terreſtris* 27 *domus* 27 *2. Cor. 5.*
noſtra. pro, corpus. Homo 28 ſecundũ cor Dei. id eſt, Dauid. S. 29 Leo: 28 *1 Reg 13.*
Ad arcem Romani deſtinatur imperij, id eſt, Romam deſtinatur. Et item: *Sil-* 29 *Leo ſer. 1. de SS Petr.*
uam *& Paul.*

Digitized by Google

uam iſtam frementium beſtiarum, & turbulentiſsimæ profunditatis Oceanum
30 *Chryſoſt. ſerm de quo legitur. 5. die infra oct. nat.* *ingrederis*.id eſt, Romam,S.30 Chryſoſtomus Deiparam ſic compellat: *Aue igitur mater, cœlum, puella, virgo Eccleſia noſtræ decus, gloria, & firmamentum.* Sumi autem poteſt circumlocutio ab omnibus fere locis dialecticis, definitione rei, deſcriptione, cauſis, effectis, contrariis, antecedentibus, conſequentibus, &c. Vſuſq; eius, poetis frequentiſsimus eſt (ait
31 *Quintil. lib.2. cap. 6.* 31 Quintil.)apud Oratores non rarus, ſemper tamen aſtrictior.

q Antonomaſia, id eſt, prænominatio, tropus eſt: cum aliquid ponitur pro nomine; & maxime, cum nomen plurib. commune, alicui per excellentiam fit peculiare; aut nomen alicuius in aliquo excellentis, alteri ob ſimilitudinem tribuitur. Sic Chriſtus dicitur Saluator: Antichriſtus, Abominatio 32 deſolationis: Dauid, Propheta. 33 *Vouete, & reddite Terribili.* id eſt, Deo. Ecce Iudam. id eſt, ecce proditorem hominem. *Carneam* 34 *turrim illam* (id eſt, Goliath) ſolo ictu proſtrauit. 106 *q* Antonomaſia.

32 *Daniel.9.* 33 *Pſal 76.* 34 *Chryſoſt. ho.17 ad pop.*

r Hyperbole, tropus eſt: ſignificans, rem, de qua eſt ſermo, tantam eſſe; vt, niſi per exceſſum explicari nõ poſsit. vt: *Venit* 35 *Ioannes Baptiſta non manducans, neque bibens. Ignis* 36 *accenſus eſt in furore meo, & ardebit ad inferni nouiſsima; deuorabitque terram cum germine ſuo; & montium fundamenta comburet.* 107 *r* Hyperbole.

35 *Matth.11.* 36 *Deut.32.*

ſ Onomatopœia, tropus eſt: qui nomen, quod rei deeſt, fingit ẽ naturali ſono. vt, ſibilus, mugitus, murmur, tinnitus. 108 *ſ* Onomatopœia.

t Paragoge, tropus eſt: qui ex analogia aliorum deducit, & format noua verba. vt, exempli gratia, quemadmodum Græcari dicitur; ita dicatur, Philoſophari, Theologari. 109 *t* Paragoge.

37 *Quintil. lib.8.c.6.* *u* Catachreſis, Latine abuſio, tropus eſt: qui 37 non habentibus nomen ſuum, accommodat quod proximum eſt. Ita, nauim ædificare dicimus: matris aut ſororis interfectorem, parricidam appellamus. 110 *u* Catachreſis.

x Metalepſis, ſiue tranſumptio, tropus eſt: quo rem ſignificamus per aliam tam longe poſitam, vt plures aliæ ſint mediæ inter ipſas. Vt: *Sileat* 38 *a facie eius omnis terra*, id eſt, quieſcat: & vlterius, timeat. 39 *Poſt aliquot, mea regna videns mirabor, ariſtas.* id eſt, poſt aliquot annos: ſumptis videlicet ariſtis pro ſpicis, ſpicis pro meſsibus, meſsibus pro æſtatibus, æſtatibus pro annis. 111 *x* Metalepſis.

38 *Habac.2.* 39 *Virg.*

y In iſtorum troporum (ad quos alii reuocari poſſunt) non concionator adeo frequens, vt ſolet eſſe poeta: fugiat item affectationem, obſcœnitatem, humilitatem, obſcuritatem, duritiem. 112 *y* Obſeruatio in vſu troporum.

FIGVRÆ VERBORVM.

z Repetitio, ſiue aggreſsio, anaphora, cum ab eodem verbo ſæpe ducitur oratio. vt: *Periculis ex genere, periculis* 40 *ex Gentibus, periculis in ſolitudine, &c.* Et elegantiſsima eſt illa S. 41 Leonis *Traxiſti, Domine, omnia ad te, &c.* 113 *z* Repetitio.

40 *2.Cor.11.* 41 *Leo ſer.8. de paſſ.*

a Con-

114 *a* Conuerſio. *a* Conuerſio, ſiue antiſtrophe, epiſtrophe, epiphora, epanaphora, reuerſio; ſuperiori oppoſita eſt: cum in idem verbum aut verba ſæpe cadit ac terminatur oratio. Vt: *Hebræi 42 ſunt? & ego: ſemen Abrahæ ſunt? & ego, &c.* Propheta Pſalmum 43 integrum hac figura eloquitur: *Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in æternum miſericordia eius: Confitemini Deo deorum, quoniam in æternum miſericordia eius, &c.* Ergo *b* ſimiliter concionator, ſi cum iudicio ſæpe repetat in acri aliquo loco eandem ſcripturæ ſententiam, figuratam, id eſt, ornatam, fortem, venuſtamque fecerit orationem.

42 1. Corint. 11.
43 Pſal. 135.

b Scripturæ elegans tractatio.

115 *c* Complexio. *c* Complexio, Græce ſymploce, epanalepſis, ex repetitione & conuerſione conficitur: cum ſcilicet ab eodem ſæpe verbo, in idem verbum tendit oratio. vt: Quidnam è cœlo Deum in terram attraxit? charitas: quid tot labores ſuſcipere coegit? charitas: quidnam calumniis, opprobriis, crucitatibus, morti ſubiecit? dico iam tertio, charitas. Prædictæ figuræ, tertia præſertim, venuſtati orationis, & item vehementiæ, mirum, quantum deſeruiunt.

116 *d* Conduplicatio. *d* Conduplicatio, ſeu verbi geminatio, combinatio, ſubiunctio, anadiploſis, palilogia, polylogia; & à nonnullis tautologia: cum in eodem caſu verba repetuntur. vt: *Foderunt 44 ſibi ciſternas, ciſternas diſſipatas. 45 Terra, terra, audi verbum Domini. Vſque 46 quo peccatores Domine, vſque quo peccatores gloriabuntur? Stantes 47 erant pedes noſtri in atriis tuis. Ieruſalem; Ieruſalem, quæ ædificatur vt ciuitas. Virga 48 directionis, virga regni tui.* Multæ ſunt ab hominibus inſidiæ & à dæmonibus multæ. 49 *Conſolamini, conſolamini, popule meus.* valet hæc figura ad reprehenſionem, expreſsionem affectuum, aſſeuerationem, vim venuſtatemq; ſermonis, attentionem, &c.

44 Ierem. 2.
45 Iere. 22.
46 Pſal. 94.
47 Pſal. 121.
48 Pſal 44
49 Iſa. 40.

117 *e* Traductio. *e* Traductio, ſiue ploce, ſiue antanaclaſis, id eſt, repercuſsio, metabole, polyptoton: cum verbum quidem repetitur ſed in diuerſo caſu, vel in diuerſa ſignificatione. vt: *Accipiunt 50 curas, vt viuant ſine curis. Scire 51 tuum, nihil eſt; niſi, te ſcire, hoc ſciat alter.* Amari iucundum eſt; ſi curetur, ne quid inſit amari. *Non 52 omnes Epiſcopi, Epiſcopi ſunt.*

50 Bern.
51 Perſius.
52 Hieron. ad Heliod.

118 *f* Agnominatio. *f* Agnominatio, protonomaſia, paronymia, tranſpoſitio, metateſis, antimetabole: cum parum immutata verba in oratione ponuntur quo in genere multus inter alios, ac feliciſsimus eſt D. Bernardus. vt: *Futuram 53 hominis gloriam Dæmon vidit, & inuidit.* Sol erant, & Sal mundi. O virgineam fœcunditatem, O virginitatem fœcundam.

53 Bern.

119 *g* Gradatio. *g* Gradatio, Græce climax, quamdam quaſi verborum ſcalam & catenam facit; alterumque ex altero connectit. vt: *Caput 54 mulieris vir, viri caput Chriſtus, Chriſti autem Deus.* S. 55 Gregorius: *Numquid caſu geſtum creditis,* inquit, *vt electus ille diſcipulus tunc deeſſet; poſt autem veniens audiret, audiens dubitaret, dubitans palparet, palpans crederet?* S. 56 Chryſoſt.

54 1. Corin. 11.
55 Greg. ho. 26. in euang.
56 Chryſoſt. ho. 5. ad pop.

Propterea

Propterea non ſtatim de nauigio Deus Ionam ad vrbem deduxit; ſed nautæ mari tradiderunt, mare ceto, cetus Deo, Deus Niniuitis; & per longum circuitum profugum reducit: vt omnes doceat, impoſſibile eſſe, Dei manus effugere.

h Synonymia, latine interpretatio, aut polyonymia: cum ad idem ſignificandum plura verba, aliud alio ſignificantius ardentiuſue po- 120 *h* Synonymia.
57 *Ariſt. li. 3. Rhet. c. 14.* nuntur. nam & ſi, vt inquit 57 Ariſtoteles, idem ſæpe in ſcriptionibus ponere, recte repudiatur: at in contentione, etiam ab oratoribus vſur-
58 *Cicer. in catil. orat. 2.* 59 *Iſa. 1.* patur. vt: 58 *Abiit, exceſſit, euaſit, erupit. Væ* 59 *genti peccatrici, populo graui iniquitate, ſemini nequam, filiis ſceleratis.* *i* In loco igitur: & neque tam frequenter ea concionator vtatur. *i* Obſeruatio.

k Copia ad Synonymiam refertur: & eſt, verborum ac phraſium vbertas; ne inopiæ cauſa idem verbum, aut dicendi formulam ſæpe repetere cogamur. vt, mors, lethum, fatum; mori, vita defungi, animam exhalare, &c. *l* Paratur autem hæc vbertas, obſeruatione claſſi- 121 *k* Copia. *l* Quomodo paratur.
60 *Cap. 1.* corum in aliquo idiomate ſcriptorum; vti 60 prædictum eſt: & præterea vſu locorum communium; vt in varietate, figura ſententiarum
61 *Num. 183.* inferius 61 dicetur.

m Epithetum, ſiue adiectum, & adiunctum, eſt quid appoſitum, ſeu adiunctum nomini. vel diſcretionis gratia: vt, iuſtitia Phariſaica. vel proprietatis: vt, virgo intemerata. vel ornatus: vt, alma Deipara. 122 *m* Epithetum.
n Differt autem ab antonomaſia tropo: quod epithetum numquam ſolum ponitur, ſed nomini proprio alicuius adiungitur: antonomaſia vero per ſe, proprij nominis vice ſtatuitur. *o* Quod ſunt porro epitheta *n* Quid differt ab antonomaſia. *o* Aduerbia.
62 *Pſal. 118.* 63 *Pſal. 46.* nomini ſubſtantiuo, ſunt verbo aduerbia. vt: *Tu* 62 *mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis. Pſallite* 63 *ſapienter. Vehementer eleuati ſunt.* Cauenda Oratori epitheta inutilia, ad rem non pertinentia: *p* cauenda item nimia eorum frequentia; quæ poetarum propria eſt. *p* Obſeruandum.

q Antithetum, ſeu contrarium, contrapoſitum, contentio: fit ex 123 *q* Antithetum.
64 *1. Cor. 4.* contrariorum, vel differentium conflictione. vt: *Maledicimur* 64 *& benedicimus; perſecutionem patimur, & ſuſtinemus; blaſphemamur, & obſecramus.*
65 *Ambroſ. lib. 2. in Luc.* 66 *Mat. 10.* 67 *Ioan. 7. lege Auguſt. in eum locum tract. 29.* 65 *Maria, non quaſi incrudela de oraculo, nec quaſi incerta de nuncio, nec quaſi dubitans de exemplo: ſed quaſi læta pro voto, religioſa pro officio, feſtina præ gaudio in montana perrexit.*

r Cohabitatio, Græce ſynœcioſis: qua in eadem re vel perſona coniunguntur ſimul contraria, aut oppoſita; quæ ſimul coire poſſe nõ videbantur. vt: *Qui* 66 *amat animam ſuam, perdet eam, qui perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam. Doctrina* 67 *mea, non eſt mea.* 68 *Odi, & amo, &c.* Lactantius 69 de Phœnice: " *Ipſa quidem, ſed non eadem; quia & ipſa, nec ipſa eſt:* " *Aeternam vitam, mortis adepta bono.* 70 Fulgentius: *Quis eſt iſte Rex Iudæorum? pauper, & diues, humilis & ſublimis, &c.* S. 71 Auguſtinus de Maria Magdalena loquens: *Quæſiuit*, inquit, *pia impudentia ſanitatem.* S. 72 Chryſoſtomus de tribus illis pueris in fornace: *Neſcio* 124 *r* Cohabitatio.
68 *Catul.* 69 *Lact.* 70 *Fulgent. ſer. 5. qui eſt de Epiph.* 71 *Auguſt. lib. 50. hom. 21.* 72 *Chryſoſt. ho. 4. ad pop.*

quomodo dicam miraculum, omnem narrationem tranſcendens. etenim vis ignis erat extincta, & non erat extincta: cum verſabatur circa Sanctorum corpora, erat extincta; cum vero vincula diſrumpere oportuit, non erat extincta. compedes igitur diſrupit & talos non tetigit.

125 ſ Diſcriminatio. s Differentia.

ſ Diſcriminatio, ſeu peridiaſtole, res, quæ videntur ſimiles & con-
ſequentes eſſe, & coniungi debere, facit differre. vt: *In* 73 *omnibus tribu-* 73 *2. Corint. 4.*
lationem patimur, ſed non anguſtiamur; aporiamur, ſed non deſtituimur; perſe-
cutionem patimur, ſed non relinquimur; deficimus, ſed non perimus. t Diapho-
reſis, ſiue differentia huc pertinet: cum in rebus, aut ſimilib. aut etiam
contrariis diſcrimen ponitur aut indicatur. vt: *Hi in* 74 *curribus, & hi in* 74 *Pſal. 19.*
equis; nos autem in nomine Domini inuocabimus. Duas 75 *vitas, ſibi diuinitus* 75 *Auguſt. tract. 124. in Ioan.*
prædicatas & commendatas, nouit Eccleſia: quarum vna eſt in fide, altera in ſpe;
vna in tempore peregrinationis, altera in æternitate manſionis; vna in labo-
re, &c.

126 u Congeries.

u Congeries, Græce Synathriſmus: cum plura ſeu verba, ſeu com-
mata: ſiue membra orationis, interpoſitis coniunctionibus, aut etiam
(quod acrius eſt) ſublatis coniunguntur. Et ſimilis eſt contentioni. vt:
76 *Innoxios, iuſtos, Deo charos domo priuas, patrimonio ſpolias, catenis premis,* 76 *Cypr. in Demet.*
carcere includis, gladio, beſtiis, ignibus punis.

127 x Diminutio.

x Diminutio: cum plus ſignificatur quam vox dicat. vt: 77 *Manus* 77 *Iob. 19.*
Domini detigit me. 78 Labor veſter non eſt inanis apud Deum. 78 *1. Cor. 15.*

128 y Correctio.

y Correctio: cum prolatum verbum corrigimus, & aliud eius loco
ſubſtituimus. Ita 79 Hieronymus: *Eadem licentia, imo impudentia men-* 79 *Hieron. in Ruff.*
tiendi qua putas, omnes ſermonib. tuis credituros. 80 Chryſoſtomus: *Suppli-* 80 *Chryſoſt. hom. 10. ad pop.*
cans vobis, non pro me ipſo, ſed pro ſalute veſtra hoc facio: imo vero & pro me ipſo
hoc me facere non negarim; veſtra enim bona, mea eſſe merita reputo. 81 *Adhuc* 81 *Hom. 37. ad eundem.*
interrogas, quamobrem gehenna? interroga, quomodo ſola vna ſit gehenna? 82 S.
Greg. de Maria Magdalena: *Quid igitur miramur, fratres, Mariam venien-* 82 *Greg. ho. 33. in Euang.*
tem, an Dominum ſuſcipientem? ſuſcipientem dicam, an trahentem? ſed me-
lius dicam, trahentem, & ſuſcipientem.

129 z Reticentia.

z Reticentia, eclipſis, defectio: cum ſententia non abſoluitur; ſed
quædam verba ſubticentur, vt ſubintelligantur. vt: 83 *Anima mea tur-* 83 *Pſal. 6.*
bata eſt valde; ſed tu, Domine, vſque quo? Subaudi, Non parcis mihi? aut
quid ſimile. 84 *Si cognouiſſes tu.* 85 *Quos ego, &c.* 84 *Luc 19.* 85 *Virg 1. Æn.*

130 a Superfluitas.

a Superfluitas, periſsia, peritotis, periteton: cum econuerſo, non
neceſsitatis, ſed expreſsionis, ornamenti, aut roboris gratia, ponitur in
oratione particula aliqua expletiua, *Vero, ergo, Nimirum, &c.* vt: 86 *Egre-* 86 *Virgil.*
giam vero laudem. Et quæ tanta fuit, Romam tibi cauſa videndi?

131 b Copulatio & diſſolutio.

b Copulatio, ſiue polyſyndeton: per quam, coniunctionibus non
neceſſariis abundat. Aſyndeton, ſiue diſſolutio, aut diſiunctio, aut arti-
culus: per quam econtrario, coniunctionibus vacat oratio. vt: 87 *Et me* 87 *Ioan. 7.*
ſcitis, & vnde ſim ſcitis, & à me ipſo non loquor. 88 *Neque me ſcitis, neq; Patrem* 88 *Ioan. 8.*
meum.

89 3 *Reg* 19. *meum.* 89 *Surge,comede,grandis tibi reſtat via.* 90 Iuuencus præsbyter,vno
90 *Iuuenc.* carmine vtramq; figuram eleganter complexus eſt : *Aurum, thus,myrrham regique, hominique, Deoque, Donauerunt.* Præbent iſtæ duæ figuræ magnificentiam orationi.

c Adiunctio,ſiue zeugma: cum plures ſententiæ ad vnum verbum referuntur,ſiue illud in principio,ſiue in medio, ſiue in fine exiſtat. vt: 132 *c* Adiunctio.
91 *Cicer.* 22. *Ambroſ. lib.* 2. *in Luc.* 91 *Vicit pudorem libido,timorem audacia, rationem amentia.* 92 *Mariam, non à publico,virginitatis pudor; non à ſtudio,aſperitas montium,non ab officio,prolixitas itineris retardauit. Forma dignitas, aut morbo deflorecit, aut vetuſtate.*

d Diſiunctio,ſingulis membris ſuum verbum aſsignat; cum tamen vnum aliquod toti orationi ſufficere potuiſſet. vt: Chriſtus, in cruce moriens mundum vicit, diabolum ſuperauit, mortem deſtruxit, infernum debellauit. 133 *d* Diſiunctio.

e Diſtributio, non quidem plura verba idem ſignificantia ſingulis membris aſsignat; ſed diuerſa,ſeu verba,ſiue nomina diſtribuit.vt: 92 *Videmus inſeparabili æqualitate patientiæ, nocentibus & innoxiis, religioſis, & impiis,Dei nutu tempora obſequi,elementa famulari,ſpirare ventos, fontes fluere &c.* 93 *Stabiles in fide, humiles in timore, ad omnem tolerantiam fortes, &c.* Feruens,fortis,victor,amauit,pugnauit,triumphauit. 134 *e* Diſtributio.
92 *Chryſoſt. ſerm. de patient.*
93 *De habitu virginum.*

f Similiter cadens: cum eodem caſu,vel tempore plura verba efferuntur.v: Laurentius cœcos illuminauit,theſauros Eccleſię dedit pauperibus,Sixtum Pontificem ad martyrium eſt conſecutus. 135 *f* Similiter cadens.

g Similiter deſinens: cum orationis membra, vel articuli exitu ſonoue ſimili terminantur. vt: Appetitus ſubſtitit, impetitus reſtitit, dimiſſus inſtitit. Diabolum ſuperauit, mortem proſtrauit, infernum debellauit. 94 *Ab omnibus voluit agnoſci, qui dignatus eſt pro omnibus naſci.* Si quæ ſunt aliæ figuræ verborum;ad iſtas reduces. 136 *g* Similiter deſinens.
94 *S. Leo ſer.* 1. *de Epiph.*

Figvræ Sententiarvm.

a Figuræ ſententiarum,quarum ornamenta maiora ſunt;& quibus quia frequentiſsime Demoſthenes vtitur,vt nullus fere locus ab eo ſine quadam conformatione ſententiæ edicatur,ſunt, 95 qui putent, idcirco eius eloquentiam maxime eſſe laudabilem : non in verborũ habitudine,vt ſub initium capitis prędiximus;ſed in ipſis dicendi formulis ordinario loquendi ritu elegantiorib.cernuntur. *b* Vt, cum aliquid dicimus optantes, orantes, obſecrantes, adiurantes, exhortantes, dehortantes,cõmiſerantes, expoſtulantes, deteſtantes, inuitantes, exultantes, admirantes, precantes bona, imprecantes mala,promittentes, iurantes,ominantes prædicenteſq; mala,deprecantes Deum,gratias agentes,reprehẽdentes,indignãtes: & huiuſmodi aliis formulis, paſsim vſitatis apud Oratores. Quare huiuſmodi figuræ,quamplurimæ ſunt. Nos v.pręter iã modo indicatas,celebriores aliquas alias explicabim⁹. 137 *a* Ornamẽtum, & efficacia maior ineſt figuris ſententiarum. *b* Figuratæ dicẽdi modi quamplurimi.
95 *Cicer. in Orat. circa medium.*

R 2 *c* Inter-

138 c Interrogatio. *c* Interrogatio(vt ab ea exordiamur, cuius copia libri redundant)
figura eſt: quando 96 non ſciſcitandi, ſed inſtandi, aſſeuerandi, dolen- 96 *Quintil. lib. 9 c. 2.*
di, indignandi, admirandi, irridendi, &c. gratia adhibetur. Vt: 97 *Quid* 97 *Iſa. 5.*
eſt, quod vltra debui facere vineæ meæ, & non feci? an quod expectaui, vt faceret
vuas; fecit autem ſpinas? &c. Maiorem vim habet hæc figura; cum pluribus vrget interrogationibus, nec reſpirare permittit. Neque modo ad vehementiam valet, ſed etiam ad variandam orationem, ad attentionem, ad confirmationem.

139 d Reſponſio. *d* Reſponſio, ſiue ſubiectio: cum ſibi ipſi, vel alteri, poſtquam interrogauerit, reſpondet Orator. Vt: Laborem? at labor omnia vincit.
Quid ita? quia nimirum, &c. S. 98 Chryſoſt. *Vis fratrem corrigere? ne per-* 98 *Chryſoſt. ho. 3. ad pop.*
vulges: ſed lacryma, ora Deum ex corde; apprehenſum admone, conſule, exhortare; demonſtra charitatem erga peccatorem. Hæc & ſuperior figura in ponderandis Scripturæ, aliorumque ſententiis ſpectabiles ſunt: vt notatum eſt 99 ſuo loco. 99 *Sect. 2. c. 4. n. 66.*

140 e Dialogiſmus. *e* Dialogiſmus, ſiue dialogus, Latine ratiocinatio: cum Orator, vel ſecum loquitur, ſeque interrogat, & reſpondet; vel inducit perſonas inter ſe loquentes; vel denique ipſe interrogat in perſona Auditorum, ſed reſpondet in propria; aut econuerſo in propria interrogat, & in
Auditorum perſona reſpondet. Vt: *Quid* 100 *ergo dicemus? numquid ini-* 100 *Rom. 9.*
quitas apud Deum? abſit, &c. Patientiam 101 *habe in me, & omnia reddam ti-* 101 *Mat. 18.*
bi, &c. Serue nequam, omne debitum dimiſi tibi, &c. Vtique 102 *dicetis mihi,* 102 *Luc. 4.*
Medice, cura teipſum, &c. nemo Propheta acceptus eſt in patria ſua, &c. Numquid vultis irritas reddere tantas miſerationes, & pretioſum Dei ſanguinem proterere pedibus? iam vidi exhorreſcentes; iam audio re-
f Obſeruatio. ſpondentes, Bona verba, Concionator, bona verba, &c. *f* In vſu huius figuræ, quæ valet ad recreandum Auditorem feſſum, ad attentionem, ad delectationem; ſeruetur decorum perſonarum aſſumptarum.

141 g Apoſtrophe. *g* Apoſtrophe, Latine auerſio, eſt auerſus ab Auditoribus ad alia ſermo: verbi gratia ad Deum, ad Sanctos, ad peccatores, ad res mutas, ad ſeipſum, &c. Et valet ad omnes affectus, cum graues, tum lenes. Vt:
Montes 103 *Gelboe, nec ros, nec pluuia veniant ſuper vos. Mare* 104 *vidit, & fu-* 103 *2. Reg. 1.*
git, &c. Quid eſt tibi, mare, quod fugiſti; & tu, Iordanis, quia conuerſus es retror- 104 *Pſal. 113.*
ſum? O 105 *mucro, mucro, euagina te ad occidendum; lima te; vt interficias,* 105 *Ezec. 21.*
& fulgeas. S. 106 Chryſoſtomus: *Hoc ridiculum magis eſt; quod, cum aliquid* 106 *Chryſoſt. ho. 3. ad pop.*
arcanum dixerint, rogant audientem, & adiurant, ne cuiquam alteri dicant hinc declarantes, quod rem reprehenſione dignam admiſerunt. Si enim illū, vt nemini dicat, rogas: multo magis te priorem, huic dicere non oportebat. In tuto ſermonem habebas: poſtquam illum prodidiſti, tunc ſalutem ipſius curas. Si non vis efferri; neque alteri ipſe dicas: poſtquam vero alteri prodidiſti ſermonis cuſtodiam, ſuperfluum & inutile eſt, pro ſermonis cuſtodia admonere atque obteſtari. Optimam
ac lon-

Digitized by Google

107 *Bern. ſer* ac longiuſculam apoſtrophen habet S. 107 Bernardus ad virginem,
4. *ſuper Miſ-* iam iam Angelo aſſenſuram: *Audiſti, virgo, factum, &c.*
ſus eſt. *h* Communicatio, Græce anacænoſis, contermina eſt Apoſtro- 142
phe qua rem aliquam cum Auditoribus, aut etiam cum iis quos repre- *h* Communicatio.
hendimus, quaſi deliberantes communicamus: quo noſtros ipſi in-
duant affectus. Vt: Quid agam Auditores? quo me vertam? ad filium,
manibus pedibuſque confixum: an ad matrem, doloris & commiſe-
rationis gladio in corde tranſuerberatam? Certe, ſi conſilium ve-
ſtrum ceteris in rebus deſideraui ſemper: hic, pene dicam, niſi dederi-
108 *Ezec.* 15. tis, obmuteſcam: *Quod* 108 *fiet de ligno vitis? &c. Quid* 109 *faciet agricolis il-*
109 *Matth.* 21. *lis? malos male perdet, &c.*
i Proſopopœia, id eſt, perſonæ fictio, Latine conformatio & ſer- 143
110 *Quintil.* mocinatio; figura 110 multum exornans, varians, excitans orationem: *i* Proſopopœia.
111 *Habac.* 2. cum perſonæ, ſeu veræ, ſiue fictæ ſermo datur, vt: *Lapis* 111 *de pariete*
112 *Prou.* 1. *clamabit: Væ, qui ædificat ciuitatem in ſanguinibus, &c. Sapientia* 112 *foris præ-*
dicat, &c. Vſquequo, paruuli, diligitis infantiam? &c. Quid agis, peccator?
quid moliris? quid moraris adhuc? Ecce te Chriſtus in cruce mori-
bundus alloquitur: Num vides, dilecte fili, cruoris mei manantes ri-
uos, hians corpus, confixa cum pedibus brachia, ad apertum pectus?
&c. Optima eſt illa proſopopœia, quam perſonæ ipſius, reiue ſermoci-
113 *Chryſoſt.* naturæ apta ad ſermonem deſcriptio vel præcedit, vel comitatur. S. 113
hom. 4 *ad pop.* Chryſoſtomus: *Nam cum agricola multo cum labore collecta ſemina ſemina-*
uerit; qui ignarus eſt eorum, quæ fiunt, cernens admirabitur, & forte apud ſe i-
pſum dicet: Quid hic homo tandem facit? collecta diſſipat; nec diſſipat tantum, ſed
& terræ cum multa cura committit, ne facile colligi poſſint; nec tantum commi-
ſcet terræ, ſed & optat vehementem fieri pluuiam, vt proiecta marceſcant omnia
& lutum fiant. Et turbabitur, cernens fulmina & coruſcationes deferri. Agricola
vero non ita; ſed lætatur & gaudet hiemem cernens: non enim præſentia reſpicit,
ſed futura ſpectat non reſpicit ad fulmina, ſed manipulos computat; non marceſ-
centia ſemina, ſed vernantes ſpicas; non grauem imbrem ſed iucundiſſimam areæ
ventilationem. Idem & nos, non præſentem ſpectemus tribulationem aut dolo-
rem; ſed orientem ex ipſa vtilitatem & fructum. Ecce hic pulchrā proſopo-
pœiam, multis aliis ornatam figuris, deſcriptione, antitheto, repetitio-
114 *Hom.* 14. *ad pop.* ne, gradatione, ſimilitudine, &c. 114 Idem: *Iam vos antea rogaui, vt Ioan-*
nis caput ad hoc abſciſſum, calido cruore deſtillans ſumentes, ſic domum quiſque
ſuam redeatis; & putetis ante oculos habere ipſum, vocem emittentem, & dicen-
tem: odio habete iugulatorem meum, iuramentum, quod increpatio non fecit,
115 *Cic.* 1. *Catil.* *hoc fecit iuramentum: quod ira non potuit tyrannica, hoc periurij neceſſitas ef-*
116 *Rom.* 11. *fecit.*
117 *Iſai.* 1. *k* Exclamatio. vt: O 115 *tempora, ô mores.* O 116 *altitudo diuitiarum,* 1[illegible]
118 *Apoc.* 10. *&c.* 117 *Heu, conſolabor de hoſtibus meis. Væ,* 118 *væ, ciuitas illa magna Baby-* *k* Exclamatio.
119 *Deut* 32. *lon. Generatio* 119 *praua atque peruerſa, haccine reddis? &c. Beatus* 120 *homo,*
120 *Pſal.* 94.

 quem

quem tu erudieris, *Domine. A, a, a,* 121 *Domine Deus Propheta dicunt eis, &c.* 121 *Ierem.* 14.
Vinxit 122 (*trium puerorum*) *pedes tyrannus ; ſed ignis vim pedes vinxerunt. O* 122 *Chryſoſt. hom.* 4. *ad pop.*
rem admirabilem. vinctos ſoluit flamma ; & ipſa de reliquo à vinclis vincta eſt. O
123 *miraculum, ſerui vincti, Dominus crucifixus ; & prædicatio quotidie creſcit ;*
& per quæ putabatur opera prohiberi, per hæc accenſa eſt. 123 *Hom.* 16. *ad pop.*

145 *l* Epiphonema. *l* Epiphonema, vt nomen indicat, 124 eſt, rei narratæ, vel confir- 124 *Quintil. lib.* 4 *c.* 5.
matæ ſumma acclamatio: ſeu, cum poſt confirmationem, aut narratio-
nem, aut amplificationem alicuius rei, ſubiicitur, quaſi corolarium
quoddam, acclamatio ; quæ præſertim contineat ſententiam. Vt: *Sic*
Deus 125 *dilexit mundum ; vt filium ſuum vnigenitum daret.* 126 *Multi ſunt* 125 *Ioan.* 3. 126 *Matth.* 20.
vocati; pauci vero electi. 127 *Omnis qui ſe exaltat, humiliabitur; & qui ſe humi-*
liat, exaltabitur. Macte puer virtute noua, ſic itur ad aſtra. Tantum poteſt ef- 127 *Luc.* 14.
frœnis cupiditas, cum ei ratio non moderatur. Deus immortalis, quid
tantum progredi permiſiſti, &c. Figura eſt magni ornamenti, & ma-
gnificentiæ: ac bene ſeruit generi demonſtratiuo.

146 *m* Emphaſis. *m* Emphaſis, id eſt, indicium, & viua repræſentatio rei occultæ, res
effert cum quadam energia: & plus ſignificat quam dicit. Vt: 128 *Ego* 128 *Matt.* 5.
autem dico vobis, Diligite inimicos veſtros. id eſt, ego Deus, Dominus legisla-
tor: *Dies iræ, dies illa.* nempe, dies illa tremenda. 129 *Domine tu mihi lauas* 129 *Ioan.* 13.
pedes? 130 *Me ergo non timebitis; qui, &c.* 131 *Hiſce oculis, egomet vidi.* 130 *Ierem.* 5. 131 *Terent. Adelph.*

147 *n* Hyperbole. *n* Hyperbole, Latine ſuperiectio, ſuperlatio, exceſſus, eminentia,
res explicat per exaggerationem: non quidē vt credatur; ſed vt intelli-
gatur, rem tantam eſſe, vt ipſi explicandę ordinaria verba minime ſuf-
ficere videantur. vt: 132 *Iam diuites facti eſtis, ſine nobis regnatis.* 133 *Terrebit* 132 1. *Cor.* 4.
o Obſeruatio. *vos ſonitus folij volantis.* 134 *Candidiores niue, nitidiores lacte, &c.* *o* Hæc fi- 133 *Leuit.* 26.
gura, 135 licet ſit ſupra fidem; non ſit tamen ſupra modum. 134 *Thren.* 4.

148 *p* Incrementum. *p* Incrementum, Græce auxeſis, eſt genus quoddam gradationis:
cum ab infimo ad ſupremum per media euadimus, augentes ſemper 135 *Quintil. lib. & cap.* 6.
orationem; & aliquando tantum progredientes, vt in hyperbolem de-
ſinamus. Vt: 136 *Perſequatur inimicus animam meam, & comprehendat, &* 136 *Pſal.* 7.
conculcet in terra vitam meam, & gloriam meam in puluerem deducat. 137 *Quæ* 137 *Ierem.* 7.
non præcepi, nec locutus ſum, nec aſcenderunt in cor meum.

149 *q* Dinoſis. *q* Dinoſis: 138 qua vtimur in exaggeranda rei indignitate; vt tan- 138 *Quintil. lib.* 6. *c.* 3.
ta appareat quanta eſt, & interdum maior quam eſt. Hæc rem ſuam a-
git per alias figuras quibus ipſa architectatur, incrementum, hyperbo-
lem, &c.

150 *r* Extenuatio. *r* Extenuatio, diminutio, tapinoſis, contraria eſt hyperbole. Vt:
139 *Quem perſequeris, Rex Iſrael? canem mortuum, & pulicem vnum. Venit* 139 1. *Reg.* 24.
140 *Ioannes, non manducans neque bibens.* Apta eſt hæc figura in propriis 140 *Matth.* 18.
laudibus, & in reprehenſionibus alienis.

151 *ſ* Differentia. *ſ* Differentia, ſiue diſcriminatio: cum rem aliquam, idem cum al-
tera eſſe dicimus; ſed cum aliqua tamen diuerſitate. vt: Filii Dei ſu-
mus,

Digitized by Google

141 *Greg.ho. 7. in Euang.* 142 *Nazian. orat. in ſancta lumina.* 143 *Leon.ho. de transfig* 144 *Aug.tr. 51. in Ioan.*

mus,non merito ſed gratia,non natura ſed adoptione, non æternitate ſed tempore. S. 141 Gregorius Magnus eleganter oſtendit, quanam ratione Ioannes Baptiſta & ſit Helias, & non ſit Helias. 142 S. Gregorius Nazianzenus: *Licet*, inquit, *non ſim præcurſor; de eremo tamen venio.* 143 S. Leo: *Hic eſt filius meus,non adoptiuus,ſed proprius; non aliunde creatus, ſed ex me genitus; nec de alia natura mihi factus comparabilis,ſed de mea eſſentia mihi natus æqualis.* 144 S. Auguſtinus: *Quem maiorem honorem poterit accipere adoptatus, quam vt ſit, vbi eſt vnicus: non æqualis factus diuinitati, ſed conſociatus æternitati?*

152 *t* Oppoſito.

t Oppoſitio, contentio, contrapoſitum: cum in periodo reſponduntur,quæ aliquam mutuo compoſitionem habent. vt, Terra & cœlum,terra & mare,coniugatus & cœlebs,&c.

153 *u* Compar.

145 *Habac. 3.* 146 *Petr. Chryſoſt. ſer. de nat. Chriſti.*

u Compar: cum periodi membra ſic inter ſe ſunt longitudine æqualia, vt parua differentia percipiatur. Vt: 145 *Dedit abyſſus vocem ſuam altitudo manus ſuas leuauit. In fremitu conculcabis terram; in furore obſtupefacies gentes.* 146 *Dulcis epiſtola; Sed vſque dum veniat, qui miſit: neceſſarium chirographum, ſed vſque ad debiti redditionem: optimi flores; ſed vſque dum veniant poma. ita amabilior eſt aduentus Chriſti, quam nuntius illius.*

154 *x* Sententia.

147 *Aut. ad Heren. Ariſt.*

x Sententia,ſiue gnome, figura ſeruiens maieſtati orationis: quid 147 ſit,aut eſſe oporteat in vita, breuiter oſtendit: ſeu eſt enunciatum quoddam vniuerſale, rei ad mores pertinentis, breuiter atque aſſeueranter prolatum. vt: Tanti eſt apud homines, quod non prodeſt, bonum, quanti, quod non nocet malum. Egens æque eſt, qui non ſatis habet; & cui nihil poteſt eſſe ſatis: 148 *Quæcumque ſeminauerit homo, hæc & metet.* 149 *Nemo Propheta acceptus in patria ſua.* 150 *Numquid malè mortuus eſt,qui bene ſemper vixit.* 151 *Ciuitas non habens pios ciues omni villa vilior eſt.* 152 *Oculus non videt, cor nō dolet.* 153 *Neſcit tarda molimina S. Spiritus gratia. Viuere decet moribus præteritis, loqui verbis præſentibus.* Sententiis abundant S. Scripturæ libri, præſertim ſapientiales, & Pſalmorum: D. Leo D. Gregorius, Seneca, & alii. *y* Vti poſſumus hac figura, ſententias, vel tamquam aliorum effata recenſentes; vnde Apophtegmata dicuntur: vel (quod ornamenti huius proprium eſt) tamquam nos ipſi eas cudentes. *z* Iam 154 vero ſententiis ita ſit oratio reſperſa; vt nec crebræ ſint, neque denſæ: diſſoluunt enim orationem; nec eminent, niſi alterius generis ſermone circumliniantur.

148 *Galat. 6.* 149 *Luc. 4.* 150 *Chryſoſt. hom. 65. ad pop.* 151 *Hom. 17. ad pop.* 152 *Bern. ſer. 3. omn. ſa.* 153 *Ambr. lib. 2. in Luc.* 154 *Quintil. lib. 8. c. 5.*

y Vſus. *z* Obſeruatio.

155 *a* Prouerbium quid differt à ſententia. *b* Obſeruatio.

a Prouerbium, adagium, parœmia, eſt breue, & argutum, dictum, communiter vſurpatum. differt à ſententia: quod prouerbium, licet poſſit, non tamen neceſſario refertur ad mores, neque eſſe neceſſario debet vniuerſale effatum. vt: Currentem incitare. Icaro audacior, Iro pauperior. Monti ſubeſt præcipitium. Pro amico, vſque aras. Ne quid nimis, &c. *b* Prouerbia, & ſi popularia ſunt, non ſint tamen

vilia

vilia & plebeia. nec, quæ alicubi prouerbia ſunt, afferantur alibi, vbi talia non ſunt; niſi bene declarentur.

156 *c* Aſſeueratio.

c Aſſeueratio; cum quadam fiducia, conſtantia, & autoritate af-
firmat aliquid: & 155 ipſis interdum argumentis plus valet. vt: *Omnis* 155 *Quintil. lib 12. c. 3.*
156 *plantatio quam non plantauit Pater meus, eradicabitur. Nolite* 157 *errare;* 156 *Matth. 15.*
neque fornicarij, neque idolis ſeruientes, neque adulteri, neque molles, &c. regnum
Dei poßidebunt. Regula 158 *hac eſt vniuerſalis: in virtute viuentium, nemo iu-* 157 *1. Corint. 6.*
dicij ſermonem negat, ſiue Gentilis, ſiue ſit hæreticus: in multa viuentium mali- 158 *Chryſoſt.*
tia, nemo, præter paucos reſurrectionis ſermonem admittit. Et hoc ait 159 *Pſal-* *hom. 50 ad pop.*
miſta: Auferuntur iudicia tua à facie eius. Quare? quia inquinatæ ſunt viæ illius 159 *Pſal. 9.*
in omni tempore. Non ſuſtinet anima peccatrix, non ſuſtinet conſcientia tri-
bunal.

157 *d* Breuitas duplex.

d Breuitas, Græce brachylogia: paucis verbis multa exhibet in-
telligenda, quæ non dicuntur. vt: *Nondum* 160 *aſcendi ad patrem meum.* 160 *Ioann. 20.*
id eſt: Ne te detineas in tactu amplexuque pedum meorum, ô Magdalena, erit pro hoc officio tempus: nam ego in terris adhuc moror, nec dum aſcendi in cœlum: poteris iam alias explere deſiderium tuum. Abi nunc è veſtigio, & nuncia Apoſtolis meis, &c. Breuitas etiam eſt: cum id, quod dicitur, quam breuiſsime dici poteſt, exprimitur. vt: *Veni, vidi, vici. Abij,* 161 *& laui, & vidi.* 161 *Ioan. 11.*

e Vſus.

e Et apte ſeruit: cum ex nota hiſtoria, illud ſummatim præmittimus, vnde aliquid deducere aut argumentari volumus.

158 *f* Præciſio.

f Præciſio, interruptio, reticentia, apoſiopeſis: cum ſermonem
ante legitimum finem abſcindimus. vt: *Anima* 162 *mea turbata eſt val-* 162 *Pſal. 6.*
de: ſed tu, Domine, vſque quo? Ego 163 *te, furcifer, ſi viuo. Sed iſtuc, quidquid* 163 *Terent. Eunch.*
eſt, expedi.

159 *g* Similitudo.

g Similitudo, 164 Græce homœoſis: cum, non quidem confirma- 164 *Quintil. lib. 8. c. 3.*
tionis (ſic enim ad argumenta pertinet) ſed vel claritatis, vel euidentiæ, aut ornatus gratia, rem quidem diuerſam à noſtra aſſumimus; ſed conuenientem tamen in illo quod intendimus, indicamus. vt: Quemadmodum lumen, quamquam à Sole profectum, non eſt Sole poſterius: ita diuinum verbum, haud Patre eſt æternum minus, licet à Patre
procedat. *Cani* 165 *ſimilis eſt voluptas: ſi pellu, fugit; ſi nutrias, permanet.* 165 *Chryſ. hom. 22. ad pop.*
Tanta 166 *promptitudine proprium pro Chriſto cruorem effundamus; quanta*
quis aquam effunderet. Non 167 *ſic ſemina delatus imber germinare, & creſce-* 166 *Hom. 67.*
re facit; vt pietatis ſemen excitat & vernare facit ex lacrymis ruens imber. 168 167 *Hom. 4.*
Maria, quanto humilius ad pedes Domini ſedebat, tanto amplius gratiæ & ſa- 168 *Auguſt. ſerm. 27. de verb Dom.*
pientiæ capiebat: confluit enim aqua ad humilitatem conuallis, denatat de tu-
moribus collis. Lege, quæ de ſimilitudine in ſuperioribus 169 dicta 169 *Lib. 2. ſect. 6 c. 6. & nu 76.*
ſunt.

160 *h* Definitio.

h Definitio, Græce horiſmos, rem definiendo vel deſcribendo 170 *Pſal. 96.*
explicat, aut exornat. vt: *Omnes* 170 *Dij gentium, dæmonia.* 171 *Solemni-* 171 *Ambr. ſerm. 47. de Sanctis.*
tates

172 *Chryſoſt. ho. 58. ad pop.* 173 *Hom. 1. ad pop.* 174 *Hom. de Adam. Sodoma, & Achab.*

nitates martyrum, exhortationes martyriorum ſunt. 172 *Tutus meritorum penus, obliuio meritorum.* 173 *Audiſtis Apoſtolicam vocem? tubam cœleſtem, lyrā Spiritualem?* 174 *Adam, vbi es? vbi imago mea, primum formata? vbi paradiſi pratioſiſſimus ornatus? vbi manuum mearum artificium? vbi imago regni mei, nuper depicta? vbi nunc familiaris meus amicus?* Euangelica præcepta nihil ſunt aliud, quam magiſteria diuina, fundamenta ædificandæ Spei, firmamenta corroborandæ fidei, nutrimenta fouendi cordis, gubernacula dirigendi itineris, præſidia obtinendæ ſalutis. De definitione, & deſcriptione, quod ad confirmationem & motum pertinet, ſuperius 175 explicatum eſt.

175 *Lib. 2. ſec. 2. c. 1. & ſect. 3. c. 2. à n 33. & 172.*

i Præparatio, ſiue inſinuatio, Græce procataſceue: cum rem quam dicere volumus, longe petimus; diſponentes Auditorem, vt, quod dicturi ſumus, in bonam partem accipiat; quamdam veluti ſementem futuri ſermonis iacientes. *k* Vtilis eſt eius vſus: cum eleemoſynas petere, reprehendere, aut omnino quidquam dicere volumus, quod Auditor non tam grata aure eſt accepturus. Ita ſe 176 in Dauidis, Chriſtus 177 in Samaritanæ, 178 Paulus in Athenienſium obiurgationem, cum fructu inſinuarunt. 161 *i* Præparatio. *k* Vſus eius.

176 2. *Reg.* 12. 177 *Ioan.* 4. 178 *Act.* 17.

l Diſtributio: cum aliquid plures in partes diſcernitur; quarum vnicuique ratio deinde ſubiungitur ſua: vel, cum eidem rei aut perſonæ varia prædicata tribuuntur, aut aliter aliud correſpondet. vt: Quid vobis deeſt, quo minus iter virtutis ingrediamini? an facultas, an exempla, an fructus? at ecce, quot hortatores, quot inuitamenta, quot occaſiones præclaras habetis: ecce, quot homines ſanctiſsimi, & ipſe Sanctus Sanctorum nobis præceſſerunt, iterque ſignarunt: Ecce quantus gloriæ cumulus ex hoc manet, &c. S. Cyprianus 179 de corruptela mundi: *Non in operibus, inquit, miſericordia; non in moribus diſciplina: corrupta barba in viris, in feminis forma fucata, &c.* 162 *l* Diſtributio.

179 *Cypr. de lapſis.*

m Gradatio, plura ſenſa ſiue Sententias, alteram ex altera connectit. vt: 180 *Scientes, quia tribulatio patientiam operatur; patientia autem probationem; probatio vero ſpem; ſpes autem non confundit.* 181 *Quomodo inuocabunt, in quem non crediderunt? quomodo vero credent, quem non audierunt? quomodo vero audient, ſine prædicante? quomodo prædicabunt, niſi mittantur? Ego* 182 *exaudiam cœlos; & illi exaudient terram; & terra exaudiet, &c. Sententia* 183 *Chriſti eſt, dicentis: Omnis, qui credit in me, etiamſi mortuus fuerit, viuet: non enim fabulæ ſunt dogmata noſtra. Si Chriſtianus es, Chriſto crede: Si Chriſto credis, per opera mihi fidem demonſtra: quomodo vero per opera mihi fidem demonſtrabis? ſi mortem contemnas.* *n* Hæc figura multum ornamenti confert: quoniam vero, vt inquit 184 Fabius, artem habet, & magis affectatam; rarior eſſe debet. *o* Eſt & aliud quoddam Gradationis genus, recentioribus nonnullis familiare, vulgoque, propter ingenii memoriæque oſtentationem plauſibile: quo plura ſeriatim dicta, re- 163 *m* Gradatio. *n* Obſeruatio. *o* Gradationis aliud genus.

180 *Rom.* 2. 181 *Rom.* 10. 182 *Oſe.* 2. 183 *Chryſoſt. hom.* 5. *ad pop.* 184 *Quintil. lib.* 4. *c.* 3.

Digitized by Google

vilia & plebeia. nec, quæ alicubi prouerbia ſunt, afferantur alibi, vbi ta-
lia non ſunt; niſi bene declarentur.

156 *c* Aſſeueratio; cum quadam fiducia, conſtantia, & autoritate af-
c Aſſeueratio. firmat aliquid: & 155 ipſis interdum argumentis plus valet. vt: *Omnis* 155 *Quintil. lib* 11. *c.* 3.
156 *plantatio quam non plantauit Pater meus, eradicabitur. Nolite* 157 *errare;* 156 *Matth.* 15.
neque fornicarij, neque idolis ſeruientes, neque adulteri, neque molles, &c. regnum
Dei poſſidebunt. Regula 158 *hæc eſt vniuerſalis: in virtute viuentium, nemo iu-* 157 1. *Corint.* 6.
dicij ſermonem negat, ſiue Gentilis, ſiue ſit hæreticus: in multa viuentium mali- 158 *Chryſoſt. hom.* 50 *ad pop.*
tia, nemo, præter paucos reſurrectionis ſermonem admittit. Et hoc ait 159 *Pſal-*
miſta: Auferuntur iudicia tua à facie eius. Quare? quia inquinatæ ſunt viæ illius 159 *Pſal.* 9.
in omni tempore. Non ſuſtinet anima peccatrix, non ſuſtinet conſcientia tri-
bunal.

157 *d* Breuitas, Græce brachylogia: paucis verbis multa exhibet in-
d Breuitas duplex. telligenda, quæ non dicuntur. vt: *Nondum* 160 *aſcendi ad patrem meum.* 160 *Ioan.* 20.
id eſt: Ne te detineas in tactu amplexuque pedum meorum, ô Magda-
lena, erit pro hoc officio tempus: nam ego in terris adhuc moror, nec
dum aſcendi in cœlum: poteris iam alias explere deſiderium tuum.
Abi nunc è veſtigio, & nuncia Apoſtolis meis, &c. Breuitas etiam eſt:
cum id, quod dicitur, quam breuiſsime dici poteſt, exprimitur. vt: *Ve-*
e Vſus. *ni, vidi, vici. Abij,* 161 *& laui, & vidi.* *e* Et apte ſeruit: cum ex nota hiſto- 161 *Ioan.* 11.
ria, illud ſummatim præmittimus, vnde aliquid deducere aut argu-
mentari volumus.

158 *f* Præciſio, interruptio, reticentia, apoſiopeſis: cum ſermonem
f Præciſio. ante legitimum finem abſcindimus. vt: *Anima* 162 *mea turbata eſt val-* 162 *Pſal.* 6.
de: ſed tu, Domine, vſque quo? Ego 163 *te, furcifer, ſi viuo. Sed iſtuc, quidquid* 163 *Terent. Enuch.*
eſt, expedi.

159 *g* Similitudo, 164 Græce homœoſis: cum, non quidem confirma- 164 *Quintil. lib.* 8. *c.* 3.
g Similitudo. tionis (ſic enim ad argumenta pertinet) ſed vel claritatis, vel euidentiæ,
aut ornatus gratia, rem quidem diuerſam à noſtra aſſumimus; ſed
conuenientem tamen in illo quod intendimus, indicamus. vt: Quem-
admodum lumen, quamquam à Sole profectum, non eſt Sole poſte-
rius: ita diuinum verbum, haud Patre eſt æternum minus, licet à Patre
procedat. *Cani* 165 *ſimilis eſt voluptas: ſi pellis, fugit; ſi nutrias, permanet.* 165 *Chryſ. hom.* 22. *ad pop.*
Tanta 166 *promptitudine proprium pro Chriſto cruorem effundamus; quanta*
quis aquam effunderet. Non 167 *ſic ſemina delatus imber germinare, & creſce-* 166 *Hom.* 67.
re facit; vt pietatis ſemen excitat & vernare facit ex lacrymis ruens imber. 168 167 *Hom.* 4.
Maria, quanto humilius ad pedes Domini ſedebat, tanto amplius gratiæ & ſa- 168 *Auguſt. ſerm.* 27. *de verb. Dom.*
pientiæ capiebat: confluit enim aqua ad humilitatem conuallis, denatat de tu-
moribus collis. Lege, quæ de ſimilitudine in ſuperioribus 169 dicta 169 *Lib.* 2. *ſect.* 6 *c.* 6. *à nu* 76.
ſunt.

160 *h* Definitio, Græce horiſmos, rem definiendo vel deſcribendo 170 *Pſal.* 96.
h Definitio. explicat, aut exornat. vt: *Omnes* 170 *Dij gentium, dæmonia.* 171 *Solemni-* 171 *Ambr. ſerm.* 47. *de Sanctis.*
tates

172 *Chryſoſt. ho. 58. ad pop.* 173 *Hom. 1. ad pop.* 174 *Hom. de Adam, Sodoma, & Achab.*

nitates martyrum, exhortationes martyriorum ſunt. 172 *Tutus meritorum penus, obliuio meritorum.* 173 *Audiſtis Apoſtolicam vocem? tubam cœleſtem, lyrã Spiritualem?* 174 *Adam, vbi es? vbi imago mea, primum formata? vbi paradiſi pretioſiſsimus ornatus? vbi manuum mearum artificium? vbi imago regni mei, nuper depicta? vbi nunc familiaris meus amicus?* Euangelica præcepta nihil ſunt aliud, quam magiſteria diuina, fundamenta ædificandæ Spei, firmamenta corroborandæ fidei, nutrimenta fouendi cordis, gubernacula dirigendi itineris, præſidia obtinendæ ſalutis. De definitione, & deſcriptione, quod ad confirmationem & motum pertinet, ſuperius 175 explicatum eſt.

175 *Lib. 2. ſec. 2. c. 1. & ſect. 3. c. 2. à n 33. & 172.*

i Præparatio, ſiue inſinuatio, Græce procataſceue: cum rem quam dicere volumus, longe petimus; diſponentes Auditorem, vt, quod dicturi ſumus, in bonam partem accipiat; quamdam veluti ſementem futuri ſermonis iacientes. *k* Vtilis eſt eius vſus: cum eleemoſynas petere, reprehendere, aut omnino quidquam dicere volumus, quod Auditor non tam grata aure eſt accepturus. Ita ſe 176 in Dauidis, Chriſtus 177 in Samaritanæ, 178 Paulus in Athenienſium obiurgationem, cum fructu inſinuarunt. 161

i Præparatio.

k Vſus eius.

176 *2. Reg. 12.* 177 *Ioan. 4.* 178 *Act. 17.*

l Diſtributio: cum aliquid plures in partes diſcernitur; quarum vnicuique ratio deinde ſubiungitur ſua: vel, cum eidem rei aut perſonæ varia prædicata tribuuntur, aut aliter aliud correſpondet. vt: Quid vobis deeſt, quo minus iter virtutis ingrediamini; an facultas, an exempla, an fructus? at ecce, quot hortatores, quot inuitamenta, quot occaſiones præclaras habetis: ecce, quot homines ſanctiſsimi, & ipſe Sanctus Sanctorum nobis præceſſerunt, iterque ſignarunt: Ecce quantus gloriæ cumulus ex hoc manet, &c. S. Cyprianus 179 de corruptela mundi: *Non in operibus,* inquit, *miſericordia; non in moribus diſciplina: corrupta barba in viris, in feminis forma fucata, &c.* 162

l Diſtributio.

179 *Cypr. de lapſis.*

m Gradatio, plura ſenſa ſiue Sententias, alteram ex altera connectit. vt: 180 *Scientes, quia tribulatio patientiam operatur; patientia autem probationem; probatio vero ſpem; ſpes autem non confundit.* 181 *Quomodo inuocabunt, in quem non crediderunt? quomodo vero credent, quem non audierunt? quomodo vero audient, ſine prædicante? quomodo prædicabunt, niſi mittantur?* *Ego* 182 *exaudiam cœlos; & illi exaudient terram; & terra exaudiet, &c.* Sententia 183 *Chriſti eſt, dicentis: Omnis, qui credit in me, etiamſi mortuus fuerit, viuet: non enim fabulæ ſunt dogmata noſtra. Si Chriſtianus es, Chriſto crede: Si Chriſto credis, per opera mihi fidem demonſtra: quomodo vero per opera mihi fidem demonſtrabis? ſi mortem contemnas.* *n* Hæc figura multum ornamenti confert: quoniam vero, vt inquit 184 Fabius, artem habet, & magis affectatam; rarior eſſe debet. *o* Eſt & aliud quoddam Gradationis genus, recentioribus nonnullis familiare, vulgoque, propter ingenii memoriæque oſtentationem plauſibile: quo plura ſeriatim dicta, repetun- 163

m Gradatio.

n Obſeruatio.

o Gradationis aliud genus.

180 *Rom. 2.* 181 *Rom. 10.* 182 *Oſe. 2.* 183 *Chryſoſt. hom. 5. ad pop.* 184 *Quintil. lib. 4. c. 3.*

S

petuntur aut eodem, aut inuerſo ordine, aut quaquauerſum; ſemel, aut iterum, aut pluries. Indignum Oratore, ne dum Concionatore ornamentum: niſi perraro, & breuiter, & cum affectu, & ſine oſtentatione fiat.

164 *p* Congeries.
p Congeries, ſiue Synachriſmus, quid ſit, diximus in verborum
185 figuris; nam idem ſchema, ratione rerum, eſt inter ornamenta 185 Nu. 126.
ſententiarum; quod ratione verborum, ad verborum lumina pertinet. Eius quædam ſpecies videtur eſſe, frequentatio de qua dicetur 186 186 Nu. 191.
inferius.

165 Ironia.
q Ironia, Latine ſimulatio, vult contrarium aut diuerſum intelligi eius, quod dicit: noſcitur hoc, vel ex pronunciatione, vel perſona, vel rei natura: cum à verbis diſcrepãtia ſunt: & ex adiectis quibuſdam
r Illuſio. particulis, certe, nimirum, vero, quaſi vero, & ſimilibus. *r* Quando autem hoc agitur cum quadã irriſione; Græce dicitur Sarcaſmus, Latine
irriſio, illuſio. Vt: *Ecce* 187 *Adam, quaſi vn⸗ ex nobis factus eſt.* 188 *Clamate,* 187 Gen. 3.
clamate voce maiori; forte enim dormit. Si Fi. us 189 *Dei eſt, deſcendat de cru-* 188 3. Reg. 18.
ce, & credimus ei. Quam 190 *glorioſus fuit hodie Rex Iſrael, diſcooperiens ſe an-* 189 Matth. 21.
te ancillas ſeruorum ſuorum. O Salomonem! ô magnum gigantem! Hæ- 190 2. Reg. 6.
retici Catholicos à Deo auerſos, à vera fide alienos prædicant: ipſi enim ſunt ſcilicet, qui Deo ſunt in amoribus, qui veram religionem tuentur.

166 *ſ* Imitatio.
ſ Imitatio, Græce mimeſis: cum alicuius verba, geſtuſue cum quadam deſpicientia, ſed non ſine Oratoria grauitate imitamur. vt: *Dixit
inimicus:* 191 *Perſequar, & comprehendam, diuidam ſpolia, implebitur anima* 191 Exod. 15.
mea, &c.

167 *t* Diſſimulatio.
t Diſsimulatio, ironiæ ſpecies eſt: quæ, etſi non ironico modo dicat, nec velit exiſtimari quod ironice loquatur; nihilominus contra ac dicit, rem accipi & ſentiri vult. vt: Cum nihil in me ſit ingenii, ac eloquentiæ, vereor, vt muneri meo, vt Auditoribus eruditiſsimis, vt tantis pertractandis rebus par eſſe valeam.

167 *u* Eleuatio.
u Eleuatio, vel Irriſio: qua aduerſariorum obiecta ludendo, & eleuando diſſoluimus. Vt: Quid vultis reſpondeam ad acutiſsimam obiectionem illam? Ariſtoteles nimirum quærendus eſt aliquis, &c.

169 *x* Reiectio.
x Reiectio, Græce apodraſis, eadem fere cum ſuperiori: cum aliquid dicere omittimus, tamquam indignum aut non ad rem, aut nihil nos vrgens. valet (cum præſertim vera diſſolutio non ſuccurrit) ad reiicienda, tamquam futilia, aduerſariorum argumenta. *Quæ enim* (ait
192 Quintilianus) *refutare non poſſumus; quaſi faſtidiendo calcamus.* Vt: *Au-* 192 Quintil.
diui 193 *frequenter talia: conſolatores oneroſi, omnes vos eſtis: numquid habebunt* 193 Iob. 16.
finem verba ventoſa? O homo, 194 *tu quis es, qui reſpondeas Deo? numquid dicit* 194 Rom. 9.
figmentum ei, qui ſe finxit, Quid me feciſti ſic?

y Præoc-

y Præoccupatio, occupatio, Græce prolepſis: cum, quod poſſet 170
obiici, nos ipſi præoccupamus; tacite, vel expreſſe poſitæ rationi ſa- *y* Præoccupatio.
195 *Pſalm.* 50. tisfacientes. vt: 195 *Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium, dediſſem vtique. Quid*
196 *Rom.* 3. 196 *amplius Iudæo eſt? multum per omnem modum.* valet hoc ad conuincen-
dum, & perſuadendum.

z Conceſsio, permiſsio, confeſsio, Græce synchorema, syncho- 171
reſis, epitrope, paronologia: cum aduerſario concedimus aliquid ex *z* Conceſſio.
his, quæ obiicit; quod nobis non officiat: aut cum aliter, aliorum iudi-
cio aliquid permittimus, quaſi de cauſæ noſtræ veritate ſecuri. vt: Eſto,
mille annos viuas, dieſque Mathuſalemios excedas: quid ſunt mille
anni coram Deo, niſi tamquam dies externa, quæ præteriit? *Delicias*
197 *Chryſoſt. ho.* 27. *in* 1. *ad Corinth.* 197 *amas? ego te in deliciis eſſe volo: Sed in veris, quæ numquam langueſcunt, &*
ſemper florent. Vis 198 *magnas & ſplendidas domos ædificare? non prohibeo; ſed*
198 *Hom.* 2. *ad pop.* *non ſuper terram: ædifica tabernacula in cœlis, tabernacula numquam deficien-*
tia. 199 *Vis diues fieri? fias in operibus bonis. cupis theſaurizare? non veto; ſed in*
199 *Hom.* 58. *cœlis tantum. Si* 200 *iuſtum eſt in conſpectu Dei, vos potius audire, quam Deum;*
200 *Act.* 4. 201 2. *Corin.* 12. *iudicate. Factus* 201 *ſum inſipiens: vos me coegiſtis.* 202 *Sequere Italiam ventis*
202 *Virg.* *pete regna per vndas, &c.* *a* Recte vtimur hac figura, poſtquam argumen- *a* Vſus figuræ.
tis manifeſtam prius cauſæ noſtræ iuſtitiam reddiderimus.

b Compenſatio conceſsioni finitima: cum difficile aliquid & con- 172
trarium confitendum quidem eſt; ſed contra tamen opponitur aliud *b* Compenſatio.
non minus firmum. vt: At enim in virtutũ ſtudio labor eſt. ingens pro-
fecto; non abnuo: ſed quanta animi tranquillitas, quantus gloriæ ac fe-
licitatis cumulus hoc labore comparatur?

c Inuerſio: cum id, quod aduerſarius obiicit, nos aſſumimus pro 173
nobis. vt: Ieiunare detrectas, & abſtinentiam reformidas; propterea *c* Inuerſio.
quod corpori times? at, quia corpori maxime conducat, ideo abſtinen-
203 *Chryſ. ho.* 16. *ad pop.* tiam colas, ieiunia multiplices: 203 *Quidni timeamus & tumultuemur? ho-*
mines ſumus. At propter hoc ipſum tumultuari non oportet, quia homines ſumus,
& non bruta. illa enim fragoribus ſtridoribuſque terrentur; non enim habent il-
lam, quæ timorem repellere poſſit, rationem. Tu vero, &c.

d Excuſatio, ſeu neceſſarium, Græce dicæologia, apologia: cum 174
confitentes quidem quod perperam factum appareat, rationem tamẽ *d* Excuſatio.
eius facti ſubiungimus. vt: Peccauit, Domine, populus hic, peccauit.
Sed tu noſti figmentum noſtrum, quam ad malum proni ſint hominis
ſenſus, &c. *Et ſi error; pietatis tamen error eſt, &c.* inquit de matre filiorum
204 *Ambr. lib.* 5. *de fide ad Gratianum c.* 3. Zebedæi S. 204 Ambroſius.

e Correctio, Græce epanortoſis: cum Orator, quaſi parum, aut non 175
205 *Ier.* 6. tam apte dixerit, dicta corrigit. vt: 205 *Confuſi ſunt; quia abominationem* *e* Correctio
fecerunt. quin potius, confuſione non ſunt confuſi, & erubeſcere neſcierunt.

f Præmunitio: cum aliquid, neceſſarium quidem dictu, ſed vel 176
odioſum, vel inamœnum, præmiſſa excuſatione proferimus. vt: *f* Præmunitio.

S 2 Quam-

Quamquam ſentio, quanta cum offenſione dicturus ſim; dicendum
eſt tamen, quia magiſtri communes ſumus: videas homines à vino
dementatos, crapulam euomentes, &c. 206 *Scindas igitur mente ven-* 206 *Chry-*
trem talibus veſcentium, & multam videbis ingluuiem, & immundam cloacam, *ſoſt. hom. 37.*
& dealbatum ſepulchrum: Quæ vero ſequuntur, & dicere pudet, moleſtas eru- *ad pop.*
ctationes, ex ſuperiori parte vomitus, ex inferiori excrementa.

177 *g* Licentia, Græce parrheſia: cum apud eos, quos aut vereri, aut
g Licentia. metuere debet Orator; aliquid tamē pro ſuo iure dicit, quod, licet eos
tangat, minimne tamen offendat. vt: Quis ego ſum, qui cordatos &
ſapientes increpem viros? pro meo tamen munere, non parcam: ni-
mium elementes atque humanos erga facinoroſos perditoſque ho-
mines vos præbetis, illuſtriſsime præſul, & Patres huius vrbis. *Vtinam*
207 *Propheta non eſſem, & mendacium potius loquerer.* 208 *Viri fratres liceat* 207 *Mich. 2.*
audēter dicere ad vos, &c. 209 *Quot eſſe putatis in ciuitate noſtra, qui ſalui fiant?* 208 *Act. 2.*
infeſtum quidem eſt, quod dicturus ſum; dicam tamen: non poſſunt in tot millib. 209 *Chry-*
inueniri centum, qui ſaluentur: quin & de his dubito. Quanta enim in iuueni- *ſoſt. hom. 40.*
bus, quæſo, malitia? quantus in ſenibus torpor? filij curam gerit nemo: nemo ze- *ad pop.*
lum habet, vt ſenem reſpiciens imitetur, exemplaria deleta ſunt: propterea neque
iuuenes euadunt laudabiles, &c.

178 *h* Vrbanitas, 210 Græce Aſteiſmus, eſt lepidum aliquod, argu- 210 *Quin-*
h Vrbanitas. tumque dictum; ridiculis tamen grauius. vt, ſi quis amico ſimulato, *til. lib. 6. c. 4.*
ac monenti vt caueat ab inimicis reſpondeat: Ergo diſcede à me. Nar-
rat apud S. 211 Chryſoſtomum Flauianus Epiſcopus, Magnum Con- 211 *Chryſoſt.*
ſtantinum, imagine ſua quandoque lapidata; multiſque ideo aduerſus *hom. 20. ad*
contumeliatos ipſum inſtigantibus, vt ſe excuteret, pœnaſque exige- *pop.*
ret; proponentibus rei indignitatem, quod omnem illi ipſius faciem
ſaxa iaculantes percuſſerint: manu faciem palpantem Imperatorem,
leniterque ridentem dixiſſe: Nuſquam vulnus in fronte factum vi-
deo; ſed ſanum caput, ſana & facies tota. verum his argutiis, quia faci-
le ad ridicula deflectunt, pene edixerim, abſtinendum.

179 *i* Præteritio, reticentia, occupatio, omiſsio, Græce paralepſis, a-
i Præteritio. pophaſis: cum aliqua dicimus, aliquid aliud à nobis taceri ſignifican-
tes: aut cum profitentes velle nos aliquid præterire, tamen dicimus,
aut ſaltem indicamus. vt: Omitto nunc ceteras virginis prærogatiuas;
vnam humilitatem contemplemur. De me nolo dicere, ne arrogans
exiſtimer: at in ceteris ſodalibus meis quid vmquam animaduertiſtis
non æquum, non compoſitum, non ſanctum? Poſſem quidem hoc &
illud dicere hac vel illa ratione confirmare, &c. verum nolo in præ-
ſenti, niſi hanc vnam afferre. *Vt* 212 *non dicam tibi, quod & te ipſum mihi* 212 *Philem.*
debes. Deficiet 213 *me tempus, enarrantem de Gedeon, Barac, Samſon.* 213 *Hebr. 11.*

180 *k* Dubitatio: cum, veluti magnitudine aut copia rerum oppreſsi
k Dubitatio. vnde incipiendum vbi deſinendum; quid potiſsimum dicendum, an

non

Digitized by Google

non dicendum, quærimus, aut ambigimus, vehementiæ ornatuſue gratia. vt: Quod principium, quem finem habebit Oratio mea? quid eloquar potiſsimum? &c. 214 *Cui comparabo te, & cui aſsimilabo te, virgo, filia Ieruſalem?* 215 *Noſtri doctores ita ſuos eloquentia reſperſerunt libros: vt neſcias quid in eis prius mirari debeas, an eruditionem ſæculi, an Scientiam Scripturarum.* 216 *Noſtra, dicamus, an ſua?* (lætitiæ) *ſed vt fateamur verius & ſua dicamus, & noſtra.*

214 *Thren.* 1. 215 *Hieron.* 216 *Gregor. hom. 21. in Euang.*

l Parentheſis (quæ hoc eſt in periodo, quod in Oratione digreſſio) eſt breuis à cœpto ſermone declinatio, continuationem ſententiæ cum decoro interrumpens, & in ſcriptione, duabus huiuſmodi ſemicirculis formæ notis ( ) à fronte interpoſitorum verborum vna, à tergo altera ſignatur. vt: 217 *Intelligite* (Propheta eſt, qui loquitur & increpat) *inſipientes in populo & ſtulti aliquando ſapite.* 218 *Timeo, ne huius magnæ, ſed inutilis humanitatis in futura die rationem reddere cogamur: & ideo magna claraque voce prædico omnibus, & proteſtor, talem operantes prauaricationem, quæ ſunt à malo loquentes (iuramentum eſt huiuſmodi) ne limina quidem Eccleſiaſtica tangant. Tempus autem præfinitum vobis, præſens ſit menſis; in quo corrigamini.* 181 *l* Parentheſis.

217 *Pſal.* 94. 218 *Chryſoſt. hom. 16. ad pop.*

m Caueatur autem, vel longitudine, vel frequentia, vel vnius parentheſis intra aliam confuſione obſcuritas. quamquam longiori parētheſi epanalepſis figura mederi poſsit. qua vel aliqua ex vltimis verbis parentheſi interceptis, poſt parentheſim repetimus; vel alia ratione Auditoris animum ad interciſa reducimus. *m* Obſeruatio.

n Paradoxum, Latine inopinatum: cum aliquid dicitur, quod videtur communiter incredibile. vt: 219 *Qui inuenit animam ſuam, perdet illam.* 220 *Solum genus pietatis eſt in hac, rem eſſe crudelem. Auarus non eſt diues.* 221 *Diues eſt, non qui multa poſſidet, ſed qui multa expendit.* 182 *n* Paradoxum.

219 *Matth.* 10. 220 *Hieron.* 221 *Chryſoſt. ho. 2. ad pop.*

o Varietas, 222 ſeu eterologia, tum claritati tum vehementiæ ſeruiens: cum rem eamdem non ſolum variis verbis dicendique formulis explicare poſſumus, aut per varios figurarum habitus variare; verum etiam, modo per æquipollentiam, quam dialectici fieri docent negationis detractione, additione, geminatione, & verbis contrariis. vt: Primus, non poſtremus; Humanus, minime inhumanus, &c. Modo actione & paſsione, modo relatione, &c. vt: Remiſit Dauidi peccatum Deus: Dauid à Deo peccati remiſsionem obtinuit. Chriſtus Dei filius eſt: Deus Chriſti eſt Pater. Sed præcipua ratio, & grauior variandi orationem, eſt, vt 223 alibi oſtendimus, ex locis dialecticis; vt res eadem nunc per ſuam definitionem, nunc per partes, nunc per genus, per cauſas, per effecta, per contraria, &c. efferatur. vt: 224 *Viuit ne, & veſcitur aura Aetheria, nec adhuc crudelibus occubat vmbris?* Si 225 *conſiſtant aduerſum me caſtra, non timebit cor meum: ſi exurgat aduerſum me prælium, in hoc ego ſperabo.* 226 *Patrimonia ſua pauperibus diſtribuerunt: ad cœleſtes the-* 183 *o* Varietas.

222 *Lege ſup. n.* 121 & *Quintil lib.* 10. *c.* 1. 223 *Lib.* 2. *ſect.* 2. *cap.* 11. *nu.* 124. 224 *Virg.* 225 *Pſal.* 26. 226 *Cypr. ſer. de mortalitate.*

ſauros terrena patrimonia tranſtulerunt. Niſi 227 *tentatio, nec corona: niſi cer-* 227 *Chryſoſt. ho. 4. ad pop.*
tamina, nec brauia: niſi ſtudia, nec honores: niſi tribulatio, nec remiſſio: niſi hiems
p Tautologiæ vitium. *nec æſtas.* Amat te, non odit, &c. 228 *p* Hæc figura contraria eſt homœo- 228 *Quintil. lib. 8. ca. 3. & lib. 9. c. 3.*
logiæ ſiue tautologiæ vitio, idem ſæpe repetenti, vel iiſdem verbis, vel
diuerſis quidem, ſed inutiliter.

184 q Commoratio. *q* Commoratio, varietatis ſpecies quædam cum in loco firmiſsimo
diutius manet, & eodem ſæpe redit oratio; multis vnam & eandem
rem modis ac figuris verſans. Ita 229 Cicero: *Huius gloriæ, C. Cæſar, quam* 229 *Cicer. pro M. Marc.*
es paulo ante adeptus, ſocium habes neminem: totum hoc, quantumcumque eſt,
quod certe maximum eſt; totum eſt, inquam tuum, nihil tibi ex iſta laude cen-
turio, nihil cohors, nihil turma decerpit, &c. Ita quoque 230 Pſalmiſta, re- 230 *Pſal. 50.*
miſſionis peccati ſui cupidus: *Miſerere*, clamat, *mei Deus ſecundum ma-*
gnam miſericordiam tuam, & ſecundum multitudinem, &c. amplius laua me,
&c. D. 231 Leo de S. Laurentio ad tyrannum: *Flammis tuis*, inquit, *Su-* 231 *Leo ſer. in nat. S. Laur.*
perari charitatis Chriſti flamma non potuit; ſegnior fuit ignis, qui foris vſſit,
quam qui intus accendit. 232 Denique Chryſoſtomus: *Quemadmodum*
agricola aratrum immittens deorſum, terram aperit; tutam ſeminibus cuſto- 232 *Chryſoſt. ho. 4. ad pop.*
diam parans; ne iacta, in ſuperficie remaneant, ſed in ipſos terræ ſinus immittan-
tur, & in tuto radices figant: ita & nos, tamquam aratro, tribulatione vtentes,
cordis profundum ſcindere, &c. 233 *Innumera tibi commiſſa ſunt mala, & ſce-* 233 *Hom. 25. ad pop.*
lera perpetrata? quid hoc? nondum enim in infernum deſcendiſti, vbi nemo con-
fitebitur; nondum ſolutum eſt theatrum tuum: ſed adhuc es intra ſtadium con-
ſtitutus, & per extremam potes luctam omnes reparare iacturas: nondum eo de-
ductus es vbi diues torquetur; vt audias, quod chaos eſt inter nos & vos: non-
dum venit ſponſus, vt aliquis oleum communicare timeat; adhuc emere po-
tes & reponere, &c. Commoratio in vna re, inquit Cicero 234 permul- 234 *Cicer.*
tum mouet.

185 r Exornatio ſiue expolitio. *r* Exornatio, ſiue expolitio, Græce exergaſia, epexergaſia: cum
rem aliquam, aut propoſitionem (ſi latentem vim habeat, expolimus;
& quidquid virium, gratiæque inerat, ſolerter, acute, eleganter intel-
ligendum, & veluti ſpectandum proponimus: verſantes illam ex o-
mni latere, per circumſtantias, & per modo dictas figuras commora-
tionem, & varietatem.

186 ſ Interpretatio. *ſ* Interpretatio, hermenia, exegeſis; rem breuibus dictam, ex-
plicat deinde diffuſius. Vt: *Multi* 235 *inſurgunt aduerſum me; mul-* 235 *Pſal. 3.*
ti dicunt animæ meæ. Non eſt ſalus ipſi in Deo eius. Videtur hæc figu-
ra pertinere ad varietatem; &, cum ornate fit, ad expolitio- 236 *Quintil. lib. 8. c. 3. & lib. 9. c. 3.*
nem.

187 t Pleonaſmus. *t* Pleonaſmus, 236 id eſt, redundantia: cum, non quidem neceſ- 237 *Matt. 5.*
ſitatis, ſed vel amplificationis, vel maioris aſſeuerationis gratia ponun- 238 *Pſal. 117.*
tur verba alioquin ſuperflua. Vt: *Aperiens* 237 *os ſuum docebat eos. Non* 238
moriar, ſed viuam. Voce 239 *mea ad Dominum clamaui, &c.* Quamuis fere 239 *Pſal. 141.*
ſemper

Digitized by Google

ſemper in his verbis ſubſit aliqua emphaſis. *u* Hic caueatur, ne virtus iſta, deficiente prædicto fine, in vitium degeneret. *u* Obſeruatio.

x Tranſitio: qua ab vna re ad aliam pertractandam, ab vna rei parte ſiue puncto ad aliud, ab vno Argumento ad aliud Argumentum, ab vna argumentationis propoſitione ad aliam, &c. cum venuſtate tranſgredimur & multùm valet ad ordinem & iuncturam orationis ad diluciditatem, docilitatem & renouandam attentionem. Varia autem ſunt tranſitionum genera: quæ commodiori loco 240 ſuperius enumerauimus. 188 *x* Tranſitio.

240 *Sect.1. cap.3.*

y Suſtentatio, ſiue ſuſpenſio: cum excitata primum in audientibus ſciendi auiditate, ſuſpenſos aliquantiſper eorum animos tenemus, antequam rem dicamus, captantes videlicet expectationem; & denique inexpectatum aliquid ſubiungimus. vt: Chriſtum conueniunt Scribæ & Phariſæi, viri prudentes, religioſi, diuinæ legis periti; communicato conſilio Ieroſolymis vſque profecti: quo apud ipſum diſcipulos de ſcelere grauiſsimo accuſarent. Audite illos: 241 *Quare*, inquiunt, *diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones ſeniorum?* Non leue crimen certe, nec diſsimulandum: Scriptum eſt enim: 242 *Ne tranſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt patres tui.* Sed age iam, audiamus hoc tam grande peccatum, iſtam impiam tranſgreſsionem: *Non*, inquiunt, *lauant manus ſuas cum panem manducant.* O inuidos ac vecordes homines. O rem ridiculam. Hoccine ergo crimen illud erat; quod tanti doctores tam concordi ſtudio, tanto itineris labore ſuſcepto, ſerietate tanta exprobraturi venerunt? & Iob ita animos ſuſpendit: *Sapientia* 243 *vero vbi inuenitur? & quis eſt locus intelligentiæ? neſcit homo pretium eius; nec inuenitur in terra ſuauiter viuentium. abyſſus dicit, Non eſt in me: & mare loquitur, Non eſt mecum, &c.* Elegans vero per apoſtrophen ſuſtentatio eſt apud S. 244 Bernardum: priuſquam virginem faciat Angelico nuncio aſſentiri. *z* Exulet hæc figura à loco non graui, nec expectatione digno. Et cum res digna eſt: videatur, Ne quid nimis. 189 *y* Suſtentatio. *z* Obſeruatio.

241 *Matth. 15.*
242 *Prouer. 22.*
243 *Iob.28.*
244 *Bern. hom.4. ſup. Miſſus eſt.*

a Attentio: cum extra exordium, in loco aliquo conſideratione digno, Auditoris attentionem poſtulamus. Ita 345 Chryſoſtomus: *Solers*, inquit, *& promptitudine feruens, multoque cum ſtudio agens pœnitentiam breui temporis momento multi temporis peccata delere poterit. Et qualiter? audi. Nonne ter Petrus negauit? nonne cum iuramento ter? nonne vilis ancillæ verba veritus? Quid ergo? multum ne temporis fuit illi ad pœnitentiam neceſſarium? nequaquam eadem nocte, qua lapſus eſt, & reſurrexit.* 190 *a* Attentio.

245 *Chryſ. hom.80. ad pop.*

b Frequentatio, ſeu enumeratio: cum res & argumenta in oratione pertractata atq; diſperſa, coguntur breuiter in vnum locum: vt velut agmine facto, irrumpant, & vim Auditorum animis inferant: aut, cum plura de eadem re ſimul dicuntur. vt: Si peccatum igitur diuinæ legis 191 *b* Frequentatio ſiue enumeratio.

Digitized by Google

legis præuaricatio eſt, ſi Deo cõtumelioſum, dæmoni pergratum, peccatori apprime noxium; ſi cœlo deiicit, inferno mancipat, quietem animi perturbat, &c. 246 *Argentum tuum verſum eſt in ſcoriam, vinum tuum mixtum eſt aqua, Principes tui infideles, ſocij furum omnes diligunt munera, ſequuntur retributiones, &c,* Apta eſt hæc figura cum fini concionis; tum alibi, poſt longam aliquam diſceptationem. 246 *Iſa. 1.*

192 *c Adhortatio.* *c* Adhortatio: cum poſt alicuius rei confirmationem aut amplificationem plura monita atque præcepta ſub vno orationis impetu ſimul cõiungimus vt 247 apud IſaiamDominus, poſt exaggerata Iſraelitici populi ſcelera: *Lauamini*, inquit, *mundi eſtote, auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis, quieſcite agere peruerſe, diſcite benefacere, &c.* Et iſta figura concionum clauſulis commodiſsime ſeruit. 247 *Iſa. 1.*

193 *d Deſcriptio, ſiue hypotypoſis.* *d* Deſcriptio, ſiue hypotypoſis, eſt reuera figurarum omnium maxime rem amplificans & illuſtrans: quare eam, *Summam virtutem.* 248 appellat Fabius. Ipſa enim rem, quaſi geratur, eiuſque formam verbis veluti ante oculos ponit: congerens eius proprietatis adiuncta, partes, accidentia, &c. Multiplex autem eſt, locorum, actionum, perſonarum, morum. Inter perfectas deſcriptiones numeratur illa, quæ imago dicitur: propterea quod, picturæ inſtar, depingat rem, atq; appoſita ſimilitudine coloret; vt inquit 249 Ariſtoteles. Illa item, quæ ſermocinatio, ſiue proſopopœia nuncupatur; cum perſonæ, vel rei deſcriptæ ſermo etiam attribuitur. Denique illa, quæ nominatur euidentia, demonſtratio energia: quod rem per circumſtantias euidenter ob oculos conſtituat; Auditoremque velut extra ſe poſitum auocet in theatrum, Exempla deſcriptionum habes quam plurima in S. Scriptura, apud SS. Patres, apud omnis generis Scriptores. vt eſt illa equi deſcriptio 250 in libro Iob: Illa ſeptem Machabæorum parentis, ſatagentis ac ſedulæ erga filios martyres; apud 251 Gregorium Nazianzenum: illa SS. Innocentium, eorumque parentum apud S. 252 Auguſtinum, &c. Ego vnam, & alteram ex 253 Chryſoſtomo proponam. Qui per allegoriam depingens auarum: *Fingite*, inquit, *videre vestrum quemdam hominem, qui ab oculis ignem emittat; cui ex vtero humano dracones loco manuum dependeant; cuius os cauerna inſtar expandatur, in quo pro dentib. ſtent acuti enſes ex lingua fons venenoſus ſcaturiat; venter omni fornace ſit ardẽtior, cuncta, quæ immittuntur, ſubito conſumens; pedes alati, ventis quoque ipſis velociores; facies canis, ac lupi; nec hominis vocem emittat, ſed inſuaue quiddam atque terribile mugiat: is ad hæc omnia, faces ardentes in manibus teneat. Mira hæc vobis forſan videntur: Sed nondum digne ipſum deſcripſimus; ſequi enim debent horum inſtrumentorum effectus. Itaque imaginemur eum, obuiam factos iugulare, carnes eorum deuorare. Sed quid ago? nam & hoc quod deſcripſi, multo trucudentior eſt auarus. In omnes vt mors inſiliens, omnes, vt infernus deglutiens, communis hominum hoſtis, &c.* Et de manſueto homine loquens: *Mitis*

248 *Quintil. lib. 8. c. 3.*
249 *Ariſt. lib. 3. Rhet. cap. 6.*
250 *Iob. 39.*
251 *Nazian. hom. 7. de Machab.*
252 *Auguſt. ſerm. 1. de Innocentibus. qui eſt 8. de Sanctis.*
253 *Chryſoſt. hom. 29. in Matth.*

254 Homil. 19 ad pop. *Mitis* 254 *viri mens, ait, cuidam montis vertici ſimilis eſt, auram habenti tenuem, purum radium, fontium fluentia perſpicua, multas florum, & vernantium pratorum, atque hortorum plantis floribuſque frondentium, & aquis irriguis viridantium amœnitates. Si quis autem hic ſonus immurmuret; dulcem multamque inſperget audientibus voluptatem: vel aues enim canoræ ſummis arborum inſident frondibus; & cicadæ, ac philomelæ, & hirundines concentum quemdam concorditer efficiunt muſicum: vel zephirus arborum foliis ſenſim aſpirans, pinos & piceas ſuſurrantes, quaſi mare cæruleum blande fluctuans exhibet: vel à vertice montis aqua per riuos ſponte defluens, ſubiectis lapillis quieto ſono ſenſim immurmurat; & ita membra reſoluit per voluptates, vt ſtatim laxatiuum oculis ingerat ſomnum. Audiſtis cum delectatione narrationem? forte iam & ſolitudinis amatores eſtis facti. Sed hac ſolitudine iucundior eſt anima longanimis viri. non enim vt pratum deſcriberemus, nec vt ad oſtentationem verba produceremus, hanc attigimus ſimilitudinem. ſed vt per deſcriptionem videntes, quanta ſit manſuetorum voluptas, &c.* Quibus prædictas applicat ſimilitudines. Iam vero deſcriptio debet eſſe clara & expreſſa: quare circumſtantias referat ordinate: res, tamquam in motu & operatione, viuas actuoſaſque; & item tamquam tempore locoque præſentes repræſentet; ac veluti digito indicet eius partes: miſceat quoque venuſtatem aliquam, acumen, & quaſi quoſdam ſpiritus. Deſcriptiones non ſint viles & ignobiles, aut obſcœnæ: ſint aptæ rebus, & propoſito accommodatæ: non ſint poeticæ: &, extra genus demonſtratiuum, non multum ornatæ.

255 Ambr. lib. 8. in Luc. in fin. *e* Venuſtas, 255 ſiue feſtiuitas figura eſt, ſeu potius dicendi character, ad temperatum ſpectans dicendi genus; & orationem reddens maxime illuſtrem, ſuauem, argutam, elegantem. Fit autem iis rebus, atque figuris, quæ inſignem aliquam pulchritudinem, ingenioſam, & extraordinariam continent: vt ſunt effecta quædam, & cauſæ inexpectatæ: contrariorum quædam coniunctiones, aut ſequelæ, aut comparationes inopinatæ: contra vero, ſimilium, & coniunctorum diſcidia quædam non putata: item, cum vita inanimatis, ſenſus plantis, ratio brutis tribuitur: cum à ſenſu metaphorico ad proprium, rurſuſque ab hoc ad illum eleganti ioco tranſgredimur: Et in ſumma, cum illa dicimus, quæ paucis verbis magnam vim exhibent; magiſque videntur Oratoris acuto ingenio expreſſa & concinnata, quam ab ipſis rebus ſuggeſta. *f* Quare & conceptus vulgo, tamquam ingenij partus proprij, appellantur. Quam rationem D. 256 Ambroſ. argutaturus in hiſtoria Zachæi ſic explicat (& quoniam de typo ad moralia deflex imus, inter tot credentium voluntates dominica die relaxare animum, feſtiuitatem admiſcere delectat. Zachæus in Sycomoro nouum videlicet noui temporis pomum, &c.) Huius generis ſunt iſta: 257 *Vna ſalus miſeris, nullam ſperare ſalutem.* 258 *Qui, cum gratia nihil facias: omnia tamen*

294 *e* Venuſtas.

f Cõceptus quid ſint.

256 Ambr. ibid.

257 Virg. 258 Cicer. ad Brut.

T ſunt

ſunt grata, quæ facis. Accipiunt 259 *curas, vt viuant ſine curis. Qui* 260 *inuenit animam ſuam, perdet illam, &c. Vt* 261 *reus innocens pereat, fit nocens iudex. Conclude* 262 *in gemitu oculum, quem male in laſciuia reſeraſti. Chriſtus, qui mellis dulcedinem creauit, fel propter te guſtauit.* 263 *Manum, quam Ioannes Chriſti calceamento dixit indignam, hanc ſuper caput ſuum Chriſtus attraxit. Manus* 264 *eſt lingua noſtra, Dei pedes apprehendens. Helias* 265 *paupertatem ex mentis opulentia elegit. Maxima* 266 *laus accuſatio* (trium puerorum apud Nabuchodonoſor) *& crimina laudes fiunt: & teſtimonium indubitatum, perhibentibus ipſum inimicis. Heliæ melote Eliſæum, duplicem* 267 *Heliam fecit.* 268 *Nondum idonea pœna, & iam matura victoria; certare difficilis, facilis coronari. Elephantis* 269 *ruina incluſus magis, quam oppreſſus, ſuo eſt ſepultus triumpho.* 270 *De illa aqua frigida, quædam tanquam flamma ſurrexit. Mater* 271 *crines capitis diſſipabat, quæ ornamentum capitis amittebat. Inde* 272 *oritur difficultas fandi, vnde adeſt ratio non tacendi, &c.* Tota homilia illa de Maria Magdalena, quæ 273 Origeni aſcribitur huiuſcemodi argutiis & venuſtate plena eſt. Tertullianus etiã, Sanctique Patres Cyprianus, Ambroſius, Chryſoſtomus, Auguſtinus, Leo, Gregorius, Bernardus, & ex prophanis Plinius, Seneca, Tacitus, & alii his conceptuum ſpiculis & floſculis abundant. vitium huic virtuti inſidians, cacozelon eſt, ſiue periergia; id eſt affectatio, & exquiſita, ſuperflua, ac manifeſta eorum in vnaquaq; ſententia aucupatio.

259 *Bern.* 260 *Matth.* 10. 261 *Cypr.* 262 *Chryſoſt. hom.* 22. *ad pop.* 263 *Hom.* 38. 264 *Hom* 52. 265 *Hom* 2. 266 *Hom.* 4. 267 *Hom.* 8. 268 *Ambr. lib.* 1. *de virginibus.* 269 *Libr.* 1. *off. cap.* 40. 270 *Auguſt. lib.* 4. *doctr. Chriſt. cap.* 18. 271 *Serm.* 1. *de Innoc. qui eſt* 8. *de ſanctis.* 272 *Leo ſer.* 9. *de nat. Domin.* 273 *Orig. ho. de Magd.* 274 *Cic. lib.* 3. *de Orat. Quintil. & alij.*

195 Hæc ſatis de ſingulis ſententiarum, atq; adeo de omnibus figuris, ac tropis: *h* quibus enumeratis plures afferunt 274 Rhetores; & multo plures, quam illi afferant, fieri poſſunt.

g Figuræ multo plures ſunt enumeratis.

196 Communiter autem de iis obſeruanda ſunt hæc præcipue. *h* Primum, ex locorum communium theſauro (vt ibi 275 innuimus) maximam partem educi ac concinnari: vt loco partium, effectorum, cauſarum, ſimilium, deſcriptionis, &c. *i* Alterum (quod ſub 276 initium huius capitis dictũ eſt) in eadem ſententia plures interdum tropos & plures figuras cum verborum, tum ſententiarum reperiri. *k* Tertium, ea maxime inſeruire triplici illi Oratorio muneri docendi, delectandi, mouendi. Et quidem, tametſi fere ſingula eorum apta ſint ad omnia: quædam tamen doctrinæ magis accommodata videntur; vt tranſitio; diſtributio: quædam delectationi magis; vt deſcriptiones, vt multæ verborum figuræ: quædam deniq; motui; vt contentio emphaſis, exclamatio. *l* Quartum, tropos & figuras 277 efficere orationem, qualis eſſe eloquentiũ debet, variam; ne aut cognoſcat artẽ qui audit, aut defatigetur ſimilitudinis ſatietate: copioſam itẽ, elegantem, illuſtrẽ, ſublimem, plauſibilem, viuidam ac vegetam, nunquam dormiturientem ſemper detinentem ad ſe Auditorem, acrem, ardentem, aculeatam, affectam, admirabilem. quamobrẽ dicuntur colores, lumina, flores, inſignia, ſpicula, nerui, ſuccus, ac ſanguis orationis. *m* Quintũ, licere conſequenter

h Figuræ ac tropi ex locis communibus exiſtunt.
i In eadem ſententia plures eſſe poſſunt tropi, & figuræ.
k Seruiunt doctrinæ, delectationi, motui.
l Faciunt orationem eloquentẽ.
m Quo pacto ſunt adhibenda.

275 *Libr.* 2. *ſect.* 2. *c.* 11. *nu.* 124. 276 *Numer.* 94. 277 *Cic.* 3 *de Orat. In quo igitur &c. lib.* 2. *de Orat.*

Digitized by Google

ſequenter animaduertere, quonam pacto ſuam vir eloquens oratio-
278 Cicer in Orat. circa medium. nem componat: nimirum (autore 278 Cicerone) omnes, aut certe
quamplurimas aliqua ſpecie ſententias illuminet; vt in eadem ſenten-
tia hæreat ac commoretur; vt vnam & eandem rem multis ſæpe mo-
dis verſet, atq; exornet figuris, ſententiarum præſertim, quarũ orna-
279 Quint. lib. 8. c. 3. menta maiora ſunt. Eſt enim hebes illa oratio (ait 279 Quintilianus) in
qua nihil eſt acuminis, ſordida, in qua nullus nitor, nullus ſermonis
cultus & elegantia; ſterilis & ieiuna, quam nulla dicendi vbertas & co-
pia eloquentiæ ornat atq; dilatat, qualis imperitorum eſt arte carentiũ,
ſubtriſtis, quæ nihil habet lætum, nihil floridum, quo capiat Auditorẽ,
ingrata, quæ nihil ſuauitatis, & iucunditatis præfert; vilis deniq; in qua
nihil dicitur accurate. *n* Sextum ac poſtremũ, hinc fieri: vt tam nobis *n Troporũ ac figurarũ cognitio, ſit exploratiſſima.*
neceſſaria ſit troporum ac figurarum exploratiſsima firmiſsimaq; co-
280 Libr. 2. ſect. 2. cap. 21. nu. 124. gnitio memoria, & praxis; quam 280 ſuperius de locis communib. di-
ctum eſt, nam niſi loci materiam dicendi ſuppeditant: figuræ ac tropi
formam Rhetoricam inducunt. Quæ eſt ratio, cur in congregandis
explicandiſque compluribus eorum, paulo fuerimus exactiores.

Numerus Oratorius.

ORnatus orationis partem alteram in tropis ac figuris, alteram in- 197
281 Num. 92. compoſitione ſtyloque numeroſo conſiſtere, diximus 281 initio
capitis: illa igitur parte iam abſoluta, hanc breuiter explicari neceſſe eſt
282 Lege Quintil lib. 9. cap. 4. *a* Quam in ſacris orationibus, cum 282 ad ornatum, tum ad motum & *a Aliquis numerus in oratione Eccleſiaſtica requiritur.*
facilem quadam ac delectabilem rerum inſinuationem requiri (vt de
ceteris rationib. ſileam) ipſæ SS. Patrum lucubrationes exemplo ſunt;
283 Auguſt. li. 4. de doctr. Chriſt. c. 20. & ſuadet autoritas vnius ex ipſis, 283 Auguſt. qui de ſe loquens: Ego,
inquit, *in meo eloquio, quantum modeſte fieri arbitror, non prætermitto iſtos nu-
meros clauſularum.* Quibus verbis hoc quoque docet: quatenus caſti-
ganda ſit ſacro Eccleſiaſte hæc rhythmica compoſitio, id quod nos et-
284 Cap. ſeq. nu. 217. iam 284 acturi de quarta Rhetoricæ orationis virtute, paulo fuſius de-
claraturi ſumus.

b Iam Oratoria compoſitio conſiſtit in verborum numeroſa col- 198
locatione & apta ad delectandum atque mouendum. Quare non de- *b In quo conſiſtit oratoria compoſitio.*
bet eſſe (vt plurimum, atque vbi opus non eſt plano dicendi characte-
re) ſimplex extenſa, minime periodica; quali vtimur in ſermone fami-
liari: & multo minus diſſoluta, exilis, arida, concidens delumbanſque
ſententias; ſed eſſe debet elaboratior, reflexa, bene cohærens, lenis, æ-
quabiliter fluens, ad aurium purgatarum aſſuetarumque iudicium.
Nihil in ea ſit inane, nihil curtum, nihil inconditum, nihil claudicans,
nihil redundans. Verborum circuitus, non ſit aut breuior quam au-
res expectent, aut longior, quamuis atque anima patiatur. Vitentur

Digitized by Google

crebræ vocalium concurſiones: quæ vaſtam hiantemque reddunt orationem: conſonantium etiam duræ inter ſe occurſiones, quæ aſperitatem creant (niſi vbi res fieri ex induſtria poſtulet) caueantur. Declinetur eiuſdem literæ, aut eiuſdem verbi nimia aſsiduitas: nec non ſimiliter cadentium, deſinentiumque verborum frequentia. Fugiatur verborum omnis traiectio, quæ non fuerit concinna, & grauis. *c* Quæ adſtrictio, rhythmuſque in ſcibendo, hoc quoque afferet commodi: vt Oratio memoriæ facilius commendetur.

c Scriptio numeroſa memoriæ confert.

199 Porro numeroſæ huius compoſitionis (nam de compoſitione explanata & ſimplici, qua vtimur in tenui dicendi genere, cum non tantum artificij poſtulet, facilis eſt intellectio) *d* periodorum forma duplex eſt: altera, qua cæſim & membratim dicimus: altera, qua dicimus circumſcripte; vt nimirum membra ſuſpendantur 284 voce dicentis, donec vltima finiantur; ſiue, vt ab initio ad finem vſque tamquam in orbe incluſa currat oratio, ac tota à capite ita fluat, vt ad extremum veniens ipſa conſiſtat. *e* Inciſim 285 atque membratim dicendum eſt; cum arguimus, refellimus, inſtamus, narramus: circumſcripte vero & per ambitum; in hiſtoria, quæ dignitatem requirit; in laudationibus, in amplificationibus, in exordiis; & toto eo genere, quod comparatum eſt ad delectationem. Pulchra vero elegantia eſt: cum membra & cæſa ſequitur circumſcripta periodus. *f* Caueatur 286 tamen ſemper, ne periodus ſit iuſto prolixior, & obſcuritatē, tædiumue pariat: ne, 287 ſine vlla commutatione, in eodem ſemper verſetur genere numerorum: ne denique manifeſti carminis rhythmum præſertim in fine, præſeferat. *g* Circumſcriptis periodis frequenter ſeruiunt aduerſatiuæ coniunctiones, quamquam, etſi, licet, tamen, nihilominus, &c. & item comparatiuæ, quemadmodum, vt, ſicut: ita, non ſecus, &c. Vtræque enim iſtarum particularum, dum propoſitioni expectatur ſua redditio, protrahunt orationem, & ſenſum non niſi poſt multa abſoluunt. Quare ſi tollantur; oratio, ex circumſcripta, fiet conciſa & ſimplex. Gerundia item, ac participia producunt & ipſa circumſcribuntque ſententiam: quæ, ſi mutentur in ſua verba, contrahunt ac diſſoluunt.

d Periodorum forma duplex.

e Earum vſus.

f Obſeruatio.

g Periodus qua ratione circumſcribitur, aut diſſoluitur.

284 *Aug. l. 4. doctr. Chr.*

285 *Quintil. lib. 9. c. 4.*

286 *Cicer. in Orat.*

287 *M. Aper apud auctorem dialogi de cau. cor. eloq. Variet. (inquit) compoſitionē, nec omnes clauſulas vno & eodem modo terminet: tradens illud Ciceronianum in tertio quoque ſenſu in omnibus pro ſententia poſitum eſſe videatur.*

200 *h* Exemplum periodi gradientis inciſim, tale eſt: Audeſne, peccator, oculos in cœlum extollere, tu, qui totus adhuc in terra, in luto, in cœno, in ſtercore flagitiorum prona mente, animo, ſenſibus, affectibus volutaris? Hæc vero altera membratim incedit: quamquam præ aduerſatiuis particulis, tantum, quantum, ſit etiam circumſcripta: Non tanta luce Sol aerem illuminat, nec tam dulci concentu ſiluas auiculæ replent, nec riui & flumina tam pulchra ripas viriditate conueſtiunt: quanto Deus iuſti viri animum diuino ſplendore colluſtrat, cœleſti ſuauitate cumulat, virtutum pulchritudine exornat. Circumſcripte fluit

h Exempla periodorum.

Digitized by Google

188 *Iudith. 13. & 14.* fluit iſta: Quemadmodum Hebræa illa vna 188 virago, cui Dominus peculiarem quemdam pulchritudinis ſplendorem contulit, obtruncato Holoferne, confuſionem fecit in domo regis Nabuchodonoſor: 189 *Pſ. 44.* ſic tu, virgo Beatiſsima, præuentricis decore gratiæ, tamquam 189 gladio ſuper femur tuum accincta, originarium peccatum, priuſquam ad te accederet, extinxiſti; & implacabilem perturbationis tumultum in tenebroſa Luciferi regia peperiſti. Hæc vero, quæ ſequitur periodus, & cæſim, & membratim, & circumſcripte deuoluitur; longiuſcula (peribolen ideo Græci appellant) atque ad amplificandum & inſtandum præpotens: Tu mihi de Deo trino atque vno; tu de Intelligentiis; tu de molitione orbis, ac de peccato originario; tu de veris perfectiſque virtutibus, ſiue iis quæ humana induſtria comparantur, ſiue à Deo cœlitus infunduntur; de morum ad rectam rationem conformatione, deque exacta ad diuinæ trutinam voluntatis innocentia vitæ; tu adeo de æterna felicitate in cœlo conſequenda, de prædeſtinatis ad illam per Summum Dei beneficium, de mediis ad eam obtinendam diuina benignitate præparatis; tu de corporato pro nobis Deo, noſtri generis ſub diabolicæ ſeruitutis iugo iam depreſsi vindice atque ſeruatore; tu de ſingularibus eius beneficiis, de ſeptem præſertim illis cœleſtis gratiæ ac largitatis fluentis, ex ipſius reſerato lancea pectore deductis; tu denique de ſexcentis Chriſtianæ religionis myſteriis atque prærogatiuis explorate quidquam, ſolide, indubitanter, copioſe proferre audeas: niſi ſacros hiſtoriarum libros; niſi arcana Prophetarum volumina; niſi codices illos, qui inſcriptione ſua ad mores toti referuntur, & cœleſtem plane ſapientiam docent; niſi Euangeliorum ſacroſanctum quaternionem; niſi diuinas Apoſtolorum Epiſtolas; niſi deniq; (vt vno cuncta verbo concludam) Sacram Scripturam vniuerſam ad vnum verbum, ad vnam ſyllabam, ad vnam literam, ad vnum apicem conſequaris?

i Iam vero quibus pedibus conſtruatur periodus, & numerus Oratorius, cognoſcere, ſuperuacanea eſt Eccleſiaſtæ noſtro diligentia. 201 *i De pedibus, & ſtructura Oratorii numeri.* Significabo tamen: potius vt ne quid omiſiſſe videar, quam quod in ea re elaborandum eſſe exiſtimem. Principio igitur ambitus (qui Syllabarum longitudine ac breuitate orationem metiuntur; vt Græci, vt Latini) ſeruire maxime aiunt dactylũ, anapæſtum, pœonem primum, creticum, ſpondæum, dochimum. fini vero congruere choræos, ſpondæos, dichoræum, pœonem ſecundum, geminatum certicum, creticum cum ſpondæo, dochimum. in media periodo aptum eſſe dochimum, creticum, bacchium. Si celerius orationem ferri volumus (inquiunt) vt in contentione; crebros trochæos aut iambos inſeramus: ſin lentius incedere, vt in expoſitionibus rerum; ſpondæos adhibeamus frequentes: ſi denique moderatius, iis vtamur pedibus, qui lon-

gis breuibuſque ſyllabis temperantur. Conſule, ſi vacat, & libet, artis Rhetoricæ præceptores. Cetera vero idiomata, quæ non ſic, ſed aliter rhythmum conficiunt, vt accentu, dictionum longitudine, aut breuitate, ſoni granditate, &c. habent ſuas ipſa quoque regulas numerorum. Quas, cum ab ipſorum grammaticis, & rhetorib. tum ex obſeruatione elegantiorum, tum vero maxime ex aſſuetarum aurium iudicio peti decet.

202 *k* Vnum addam facultatem apte, numeroſeque dicendi, non eſſe tanti laboris, quanti videtur. Eſto enim initium, vt ceterarum rerum, arduum ſit: ipſa tamen exercitatio deinde minuit quotidie difficultatem. Neque 290 enim ſemper dimetiendi ſunt pedes, aut oratio rhythmicorum, muſicorumque acerrima norma dirigenda: *l* ſatis quippe eloquentem hac in parte formabit bonum aurium iudicium, 291 vti diximus; & multa ſcibendi exercitatio, ſiue (vt Cicero 292 loquitur,) ſtylus exercitatus, quem dicendi effectorem & magiſtrum appellat. Neq; 293 eſſet abs re, ſi Orator, vbi aliquandiu in orandi munere progreſſus eſt, conſueſceret etiam ex tempore apte numeroſeque dicere, ſed in primis obſeruet eloquentiſsimos.

k Numeroſe dicere, non magno labore conſtat.

l Ratio facile comparandi facultatem numeroſe dicendi.

290 *Quint. lib. 9. c. 4.*

291 *Nu. ſuper.*

292 *Cicer. in Orat.*

293 *Lege li. 2. ſect. 2. c. 11. nu. 124.*

Tria dicendi genera.

203 TRopi porro figuræque iam dictæ, & Oratorius numerus non eadem eſſe poſſunt in quocunq; genere orationis. *a* Quamobrẽ 294 ſciendum eſt, tria eſſe dicendi genera; Latini formas quoque, ac ſtylos; Græci vero ideas, & characteres appellant. Sunt autem hæc, dicendi quædam rationes & qualitates. Et alterum quidem genus, ſummiſſum dicitur, ſiue tenue: alterum, temperatum, ſiue mediocre: tertium, graue, ſeu vehemens, correſpondentia triplici illi Oratoris officio, docendi, delectandi, flectendi. De quibus omnibus, præter alios Rhetores, diſertiſsime, atque ad noſtram Concionatoriam abſolutiſsime agit S. 295 Auguſtinus libro quarto de doctrina Chriſtiana. *b* Hæc igitur tria genera dicendi diuerſam exigunt ſingula eloquentiam. Primum enim genus tenuem, & acutam: tertium vehementem, & copioſam: ſecundum intermediam quamdam, & moderatam poſtulat.

a Quid ſint tria genera dicendi.

b Diuerſam ſingula eloquentiam poſtulant.

294 *Lege Quintil. lib. 12. c. 10.*

295 *Auguſt. lib. 4. doctr. Chriſt.*

204 *c* In ſummiſſo enim genere (quod aſſumitur, cum aliquid docetur, & exponitur; aut cum quæſtio aliqua diſſoluitur, etiam in re grauiſsima; aut cum deprecamur, aut cum denique de rebus tenuibus eſt ſermo) *d* forma orationis debet eſſe clara; à vinculis numerorum ſoluta ac libera; non tamen vaga. diligentia conglutinandi verba prætermittatur. Sit quidem elegans; ſed remoueatur omnis inſignis ornatus: communi enim populi ſermone etſi eſt aliquanto, non tamen

c Summiſſum genus, quando vſurpandũ.

d Quonam genere ſermonis vtitur.

tamen multo eleuatior. ponantur igitur in ea acutæ crebræque ſententiæ: tropi vero, figuræque verborum, atque ſententiarum verecunde, parceque adhibeantur: translationes tamen & metaphoræ quas
296 *Quintil. lib. 8. c. 6.* 296 paſsim omnis, non modo vrbanorum, ſed etiam ruſticorum ſermo vſurpat, eſſe hic poterunt crebriores; non tamen vt in genere dicendi ampliſsimo. Exemplum ſummiſsi generis ponit 297 Auguſtinus illud 298 Apoſtoli ad Galatas quarto: *Dicite mihi, qui ſub lege vultis eſſe, legem non legiſtis? Scriptum eſt enim; quoniam Abraham duos filios habuit* &c. Sed, & huius ſtyli communiter eſt S. Scriptura; & SS. Patres, Gregorius Magnus, & ipſe pleriſque in locis Auguſtinus. *e* Deniq; cauendum in hoc genere à vicino vitio: ne in exile, aridum, & exſangue orationis genus delabatur.

297 *Aug. loc. cit.*
298 *Galat. 4.*
e Cauendũ à contermino vitio.

205
f Genus vero temperatum (quod ad delectationem Auditorum leueſque affectus excitandos refertur) ſit aliquanto vberius, & robuſtius hoc humili; ſummiſsius autem ampliſsimo. Conueniunt ipſi omnia, quæ ad delectationem faciunt, & quæ ſunt generis demonſtratiui: res, & verba pulchra, atque inſignia: omnes dicendi ſales; nobiles tamen, & minime leues: omnia ornamenta, flores & lumina; cum verborum omnia; tum ſententiarum atque troporum illa, quæcumque leporis aliquid, cultus, ac venuſtatis habent. Eius oratio varia, ſonora, circumſcripta, numeroſa, etſi neruorum vel minimum; ſuauitatis certe vel plurimum obtinet. Exemplum huius generis ab eod. Patre
299 *Rom. 12.* affertur integrum caput duodecimum Epiſtolæ ad 299 Romanos: *Obſecro vos fratres per miſericordiam Dei, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem, &c.* In ſacris etiam Machabæorum, Actorumque Apoſtolicorum libris; nec non in Patribus, Cypriano, Ambroſio, Chryſoſtomo, Chryſologo elucet. *g* Confine huic generi vitium eſt, affectatio; diſſolutio ſine neruis & articulis; & fluctuatio ſermonis huc illucque.

f Temperati generis forma.
g Affectatio, vitium huic generi proximum.

206
h Denique genus amplum & graue (quo vtimur ad expugnandã voluntatem; & ad præſtandum, vt Auditor agat, quod ſuadetur) vim exerit maximam. Modo enim perfringit, modo irrepit in ſenſus: inſerit nouas opiniones, euellit inſitas. Hic Orator, & defunctos excitabit, & aduocabit abſentes, & res mutas introducet: quæ vel ipſe alloquatur, vel alloquentia faciat. Hic amplificationes, hic omne genus affectuum. Hic verba ſint ampla, noua, compoſita, magnifica, atque
300 *Quint. lib. 8 c. 3.* in 300 rebus atrocibus, auditu ipſo aſpera, & veluti confragoſa. Hic epitheta, & aduerbia affluant. Hic ex tropis illuſtres metaphoræ, hyperbolæ, ironiæ, & ſimiles: ex figuris vero, quæ ſunt vehementiſſimæ; vt repetitiones, conuerſiones, complexiones, contentiones, gradationes, ſynonymiæ, emphaſes, exclamationes, apoſtrophæ, proſopopœiæ, commorationes, deſcriptiones, &c. quaſi quædã machinæ admo-

h Grauis generis vſus, ſtylus vicinumque vitium.

admoueantur. Compoſitio ipſa, cæſim, membratimq́ premens, mox, circumſcripta oratione, velut effuſa inſequitur. Ornamenta hoc genus non reſpuit quidem: verumtamen haud oſtentat, ſed quaſi aliud agens rapit ſecũ; ne videlicet à ſerio diſtrahat, Auditorem. perinde ac ſi miles cum hoſte confligens, gemmatis quidẽ armis rem agat: non tamen vt gemmatis, ſed vt armis. Exemplo eſſe poſſunt binæ Apoſtoli exhortationes, ab eodem Auguſtino productæ: altera ad 300 Corinthios; vt conſolatione donorum Dei, omnia huius temporis mala patienter pro Euangelico miniſterio tolerent: *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis, &c.* Altera ad Romanos; vt certa ſpe in diuino adiutorio, perſecutiones huius mundi charitate peruincant: 301 *Scimus, quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, &c.* Multa quoque exempla ſuppetunt apud eumdem Apoſtolum; & apud Prophetas, Iſaiam præſertim & Ieremiam: apud SS. Patres, Gregorium Theologum & Leonem Magnum, qui profecto in ſtylo magno, maximus cenſeri poteſt. Vitium huic generi conſimile, eſt inflata oratio: id eſt, nouis aut priſcis verbis, aut duriter aliunde translatis, aut grauioribus quam res poſtulet, conſtructa.

300 2. Cor. 6.

301 Rom. 8

207 *i* Hæc tria dicendi genera (quippe quæ non tam ex rebus, quam ex ipſa orationis forma diſtinguuntur) circa vnam & eandem rem exerceri poſſunt. vt, verbi gratia, circa Sanctiſsimam Trinitatem. cum eius myſterium explicamus ac docemus, ſummiſſe: cum ipſam laudamus, temperate: cum homines ad eius numinis cultum hortaturi, inuehimur contra blaſphemos, grauiter id præſtamus. Hinc adeo per totam Orationem ſiue concionem miſcenda ſunt omnia tria: quamuis ei generi denominatio & dictio tota tribuatur; cuius copia præualuerit, cuiuſque proprius finis fuerit, vel docendi, vt in ſacris lectionibus, vel delectandi, aut mouendi, vt in concionibus. Hæc autem generum commiſtio in vna concione idcirco eſt: vt oratio varia ſit; & tamquam fluuius, nunc alueo depreſſo labatur, nunc pleno feratur alueo, nunc denique aluei ripis erumpens obuia præceps trahat: vtque hac varietate Auditor cum emolumento detineatur, qui acclamationibus & plauſu, doceri ſe, ac delectari: flecti vero, lacrymis ac ſtupore teſtabitur. *k* Is igitur erit eloquens (ait 302 Cicero) qui poterit parua ſummiſſe, modica temperate, magna grauiter dicere: quiq́ congruentem his omnibus actionem accommodauerit.

i Trium dictorum generum diſtinctio.

k Quis eſt verus eloquens.

302 Cicer. in Orat.

CAPVT III.

Sermonis decentia.

208 QVarta *a* & vltima virtus Oratoriæ elocutionis, atque adeo caput Artis eſt, ſcribere accommodate: vt nimirum ſit oratio apta & conue-

a Decorum quid. & quã neceſſariũ, ac difficile.

Digitized by Google

1 Cicer 1. de Orat Quint. lib. 11.

conueniens, id eſt, τὸ πρέπον, ſiue decentiam ſeruans. Seruabit 1 autem decorum: ſi perſonæ cum dicentis, tum audientis: ſi rebus quæ dicuntur: ſi tempori, ſi loco: ſi denique fini, officioque Oratoris conueniat. *b* Quæ, non ſolum Artis, ſed & prudentiæ multo magis ac iudicij eſt peruidere. Si quidem in omni re (vt Ciceronis eſt ſententia) poſſe facere quid deceat, Artis, & naturæ eſt; ſcire autem quid quemque deceat, prudentiæ: idque, vt in vita, ſic in oratione quoque eſt difficillimum.

b Opus eſt iudicii magis, quā Artis.

2 Auguſt. li. 4. doctr. Chr. cap. 6.

3 Lud Gran. lib. 5. c. 17.

c Conueniat igitur oratio, primum 2 perſonæ dicentis. Aliter enim concionabitur iunior, aliter ætate maturior: aliter prælatus, aliter ſimplex Sacerdos, &c. Omnes tamen illum dicendi characterem aſſument, qui virum Eccleſiaſticum, Deique internuncium decet. vt ne quid dicant, quo iure poſſint Auditores offendi: hoc eſt (ait 3 quidam) vt nihil inſolenter, nihil arroganter, nihil inuerecunde, nihil petulanter, nihil contumelioſe, nihil ſordide, nihil ſcurriliter, nihil abiecte, nihil licenter, aut alias indecenter & vitioſe dicant; ſed totus orationis character modeſtiam, humanitatem, charitatem & communis ſalutis ſtudium, ardenſque veræ pietatis deſiderium præſeferat. Deinde apta ſit oratio perſonæ Auditoris. Diuerſam enim dictionis formam agreſtes & ruſtici, diuerſam nobiles; aliam eruditi, aliam indocti; aliam laici, aliam Religioſi poſtulant. 209

c Decorum perſonæ Oratoris, & Auditorum

4 Quintil. lib 8 c. 3. 3. & lib. 11. in præfat. c. 1.

d Tertio 4 rebus dicendis & materiæ oratio congruat. Quid enim prodeſt, eſſe verba propria ac genuina, ſignificantia, nitida; tropos item ac figuras ſelectas eſſe: niſi rebus reſpondeant? Si genus dicendi ſublime paruis in cauſis, limatum grandib. lætum triſtibus, lene aſperis, minax ſupplicibus ſummiſſum concitatis, trux atque violentum iucundis, placidum obſtinatis, prophanum ſacris adhibeatur? 210

d Decorum rerum.

5 Quintil. lib. 8. c. 3.

e Ergo genus demonſtratiuum, quod ſolam ſpectat audientium voluptatem (quamquam Eccleſiaſticæ laudationes ædificationem quoque Auditorum requirant) omnes aperiet dicendi gazas, omnem ornatum orationis exponet: & quidquid erit (inquit 5 Fabius) ſententiis populare, verbis nitidum, figuris iucundum, translationibus magnificum, compoſitione elaboratum, velut inſtitor quidam eloquentiæ, intuendum, & pene pertractandum dabit, verum noſter encomiaſtes, pro rerum grauitate ac ſanctitate, pro animorum vtilitate, iſta moderetur. Genus vero deliberatiuum, & iudiciale, quoniam aliquid ab Auditoribus contendunt; iuxta negotiorum vel grauitatem vel tenuitatem, vehemens, aut ſummiſſum dicendi genus vſurpent; ornatu maxima ex parte abſtinentia. Lege 6 Ariſtotelem lib. 3. Rhet. cap. 14. 211 212

e Decorum trium generum cauſarum.

6 Ariſt. li. 3. Rhet. c. 14.

f Porro tria illa dicendi genera, ſummiſſum, temperatum, & graue

f Decorum trium generū dicendi.

concio: hinc à Silente, vel lacrymante multitudine Chriſtianus plauſus:& laus popularis;quæ,vt 11 Quintil.tum eſt pulcherrima, cum ſequitur,non cum arceſcitur hinc concionatoris nomen& fama percelebris. *o* Quanquam quid gloriæ magniq; nominis mentionem apud hominem illum: qui norma humilitatis ac ſanctimoniæ futurus eſt: quiq; de talento ſibi concredito, & de animabus ſingulorum ſuorum Auditorum redditurus eſt minutiſsimam rationem illi Deo, qui ſuo illas ſanguine redemit: *p* Deniq; melius eſt, ad paucos dicere cum aliquo fructu, quam ſine vllo prouentu ad integros populos.

11 Quintil. lib. 10. c. 8.

ſpirituales concionatores.

o Onus concionatorũ.

p Non tam curandum auditorium quam fructus.

217 *q* Hæc præcepta, non tam mea ſunt, quam Chriſtianorum Doctorum omnium, ex quibus Auguſtinus, de numeris compoſitę orationis numeroſiſque periodis loquens, 12 dicit (idem haud dubie de ceteris ornamentis dicturus) *In noſtris autoribus hoc mihi plus placet; quod ibi eos rariſsime inuenio.* & rurſus: *Cauendum eſt, ne diuinis grauibuſque ſententiis dum additur numerus, pondus detrahatur.* Imo vero etiam effatum omniũ prophanorum 13 Rhetorum eſt: quo grauiora negotia tractantur, & quo plus ab Auditore requiritur; eo minus ornamentorum minuſque ſuſpectam orationem afferendam; ſed potius ſeriam, acrem, efficacem: *Iacet. n. ſenſus in oratione* (inquit 14 Fabius) *in qua verba laudantur.* Et 15 rurſum: *Non debet quiſquam vbi maxima rerum momenta verſantur, de verbis eſſe ſollicitus.* Et 16 iterum. *Falluntur plurimum, qui vitioſum & corruptum dicendi genus; quod aut verborum licentia reſultat, aut puerilib. ſententiolis luſciuit, aut immodico tumore turgeſcit, aut inanibus iocis bacchatur, aut caſuris, ſi leniter excutiantur, floſculis nitet, aut præcipitia pro ſublimibus habet, aut ſpecie libertatis inſanit* 17 *magis exiſtimant populare, atq; plauſibile.* Et denique. *Ornatus*, inquit, *virilis, fortis, & ſanctus ſit.* Cicero 18 autem, inter alia multa, hæc habet: *Grandiores res dicere ornate, puerile eſt.* Ac, ne plures recenſeam, Seneca 19 noſtrum cõcionatorem quaſi alloqui videtur, in hunc modum. *Non delectent verba noſtra, ſed proſint. Si tamen contingere eloquentia non ſollicito poteſt aut ſi parata eſt, aut paruo conſtat: adſit, & res pulcherrimas proſequatur; talis, vt res potius, quã ſe oſtendat. Aliæ artes, ad ingenium totæ pertinent: hic animi negotiũ agitur. Non quærit æger medicum, eloquentem, ſed ſanantẽ. Sed ita cõpetit. vt id. m ille, qui ſanare poteſt, compte de his, quæ facienda ſunt, diſſerat; boni conſulet: non tamen erit, quare gratuletur, quod inciderit in medicum, etiam diſertum. Hoc. n. tale eſt, quale ſi peritus gubernator, etiam formoſus ſit. Quid aures meas ſcalpis? quid oblectas? Aliud agitur. vrendus, ſecandus, abſtinendus ſum. Ad hæc adhibitus es: curare debes morbum veterem grauem, publicum. Tantum negotii habes, quantum in peſtilentia medicus. Circa verba occupatus es? iamdudum gaude, ſi ſufficis reb.* Audiſtin', Chriſtiane Orator, Ethnicum præceptorẽ ſuos philoſophos, oratoreſque informantẽ? 20 *Erubeſce Sidon, ait mare.*

12 Auguſt. libr. 4 doctr. Chriſt. ca. 14 20. 25.

13 Ariſt. lib. 3. c. 2. de met. Thaler. Suet. in Auguſto cap 86.

14 Quintil. lib. 8. in proœ.

15 Lib. 12. cap 3.

16 Lib. 12. cap. 10.

17 Lege etiã lib 5. c. 12. & lib 8 c 3.

18 Cicer. lib. 3. de fin.

19 Sen. epiſt. 75.

20 Iſa. 23.

q Sacrorum & prophanorum doctorum conſenſus de ſerietate eloquentiæ.

218 *r* Error, atque abuſus omnis, meo iudicio (vt de nulla, vel imperfecta Artis cognitione, quod caput eſt, atque adeo de mutua con-

r Abuſus cõcionatorum in eloquendo, & vnde.

cionatorũ inter ſe corruptela; vt de cupiditate lucri temporalis,& va-
næ cuiuſdam auræ popularis ambitione conticeam) hinc oriri peritis
& probis concionatoribus poteſt. Quod, circa res quidem, paucisſi-
mis, qui interſunt, eruditis; qui breuitate & acumine ſententiarum,
preſſa oratione, multa eruditione atque exquiſita, doctrina recondi-
tore gaudent, placere ſatagunt: ceterum de tanto populo, ad panem
diuini verbi famelicis auribus inhiante non curant. Ergo hiſtorias,
theologicas ſpeculationes, autoritates alias ſuper alias agglomerant:
res indigeſta atque anguſta oratione tantum indicantes; non autem
copioſa; & quidquid virium in rebus latet, eruente, explicantes & ex-
aggerantes. Quod autem ad verba, dicendique characterem perti-
net; ad paucos ſciolos ac delicatulos reſpectant: qui de ſacris concio-
nibus non fructum amant, ſed aurium pruritum ac lenocinium. Qui-
bus concionatores coquinariam potius facere eligunt, quam pro tan-
ti muneris dignitate animis hominum imperare: *Nec verentur*, vt in-
quit 21 Chryſoſtomus, *agris propinare venena, dum eorum palato indul-* 21 *Chryſoſt.*
geant. Itaque (quod dicebat de declamatoribus Montanus Varienus *hom.28. ad*
apud 22 Senecam) *Scribunt, non vt vincant, ſed vt placeant omnia; lenocinia* *pop:* 22 *Sen l.9.*
conquirunt: argumentationes, quia moleſtæ ſunt, & minimum habent floris, re- *controu. in*
linquunt: ſententiis, explicationibuſque, ac deſcriptionibus, & vanis inutilibuſ- *proœm.*
que ornamentis audientes delinere contenti ſunt. cupiunt enim ſe probare, nõ cau-
ſam. Verum ad tales & ad eorum Auditores clamat idem 23 Chryſo- 23 *Chryſoſt.*
ſtomus: *Non eſt theatrum Eccleſia, vt ad delectionem audiamus. Adiutos hinc* *hom. 2. ad*
recedere oportet, & lucratos aliquid magnum. Quæ mihi horum plauſuum vtili- *pop.*
tas? laus mea eſt, per opera vos, omnia quæ dicuntur, exhibere. Et multa 24 ſcri- 24 *Hom. 38.*
bit contra plauſum concionis: modumque præſcribit, quo fructum *ſ.9.73.28.*
Auditores ex concionibus capere queant.

219 Sacer igitur Eccleſiaſtes vtrumque prædictorum Auditorum ge-
nus,& doctum, & delicatum fruſtra veretur. ſ Quaſi vero qui pru-
denter & cum artificio appoſite ad finem ſuum dixerit, non ſit omni-
bus omnino placiturus: Cum vere dicat 25 Quintilian. etſi mala multi 25 *Quintil.*
probant, bona à nemine improbari: nec verum ſit 26 Auguſtini effa- *lib.12.c.10.*
tum: *Quod ſimplicibus dictum fuerit, Scholaſtici intelligere poſſunt; quod autem* 26 *Auguſt.* *ſerm. 78. de*
eruditis fuerit prædicatum, ſimplices omnino capere non valebunt. *temp.*

ſ Qui prudentes ex arte dicit, omnibus placet.

CAPVT IV.

Paradigma eloquendorum Argumentorum.

220 QVoniam in ſuperioribus, poſt datas præceptiones, exemplum ſub-
iecimus 1 conquirendorum, tractandorumque 2 ſeu extenden- 1 *Lib.2. ſect.* *2.c.12.n.126.*
dorum argumentorum: ratio nunc poſtulat, vt ipſorum denique elo- 2 *Lib.3. ſect.*
quendorum exemplum proferamus. *2.c.3.n.44.*

Ergo

Ergo inſiſtentes prioribus paradigmatis, aſſumamus iam primum illud à definitione, inuentum ac dilatatum argumentum; atq; induamus figurato, eleganti, ſolido, numeroſo dicendi charactere. Erat illud huiuſmodi: Contemplatio, eſt operatio intellectus, verſans circa diuina. Quod, vt probaret quæſtionem propoſitam, nimirum, contemplationem expedientem eſſe homini Chriſtiano; formauimus argumentatione illa, quæ dicitur ratiocinatio, hunc in modũ: Operatio intellectus, verſans circa diuina, expediens eſt viro Chriſtiano: contemplatio eſt operatio intellectus, verſans circa diuina: igitur contemplatio expediens eſt viro Chriſtiano. Huius argumentationis propoſitionem maiorem altero probauimus argumento: Quia operatio intellectus verſans circa diuina, eſt operatio nobiliſsimæ omnium potentiæ, circa obiectum omnium præſtantiſsimum: quare expediens. Hæc ibi dialecticè explicata ſunt, arctè, atq; diſtrictè. 221

3 Leg. Quint. lib. 10. cap. 4.

Laxentur nunc, ac libera dictione, varioque 3 propoſitionum ordine per apertum eloquentiæ ita ferantur: *a* Quotieſcumque mecum reputo, ac videre videor præſtantiſsimam omnium animi facultatum intelligentiam, circa res diuinas, hoc *b* circa res omnium nobiliſsimas occupatam; toties contineri non poſſum, quin exclamem: *c* O dignitatem, ô fructum, ô iucunditatem maximam hominis Chriſtiani! *d* Contemplatio eſt, Auditores, *e* contemplatio, functio iſta tam præclara, tam excellens: *f* qua intellectus hominis ad diuinorum perluſtrationem attollitur: *g* qua diuinorum attributorum ſingularis magnitudo, *h* qua infinita Summi numinis maieſtas, *i* qua luminis illius incircumſcripti claritas mente perſpicitur, conſiderantur præclariſsima humano generi *k* à maxima benignitate collata beneficia; *l* orbis ſua gratia conditus; Angeli ſuæ cuſtodiæ deſtinati; ipſemet Dei Filius vnigenitus, ſalutis ſuæ cauſa, in hæc inferiora *m* ad carnis participationem, ad humanos adeo labores ad ærumnas, *n* ignominias, tormenta, mortem demiſſus. Conſiderantur autem? *o* ac *p* non etiam ex ea contemplatione quædam in voluntate amoris *r* flamma ſuccenditur, & quies animo *ſ* tranquilliſsima cum ſumma delectatione *q* creatur? *t* Audebo *u* dicere, quia verum dicam: Dei formis inde redditur homo, & cœleſtis, omnique terrena concretione liber; mortalibus deliciis auulſus, caſtiſsimis *x* Deitatis amplexibus innectitur; æternam illam beatiſsimamque felicitatem, *y* cuius torrente poſt hanc vitam eſt potandus, iam nunc per quaſdam rimulas ſtillantem prægustat. *z* Et *a* quiſquam eſt igitur, qui contemplationem tot tantiſque cumulantem bonis, expedientem eſſe neget homi- 222

a Maior propoſitio cũ ſua probatione.
b Intrepretatio fig. ſent.
c Exclamatio fig ſent.
d Minor propoſitio.
e Conduplicatio fig. verb.
f Propoſitionis prædicatũ explicatur ab enumeratione partium.
g Repetitio fig. verb.
h Adiunctio fig. verb
i Epithetum fig. verb.
k Definitio fig. ſent.
l Diſtributio figur. verb.

m Congeries fig. verb. & ſent. *n* Diſſolutio fig. verb. *o* Ab effectis. *p* Correctio fig. verb. & ſent. *q* Interrogatio fig. ſent. *r* Allegoria trop. *ſ* Metaphora trop. *t* Reſponſio fig. ſent. *u* Licentia fig. ſentent. *x* Mataphora trop. *y* Allegoria trop. *z* Concluſio, id eſt, quæſtio confirmata. *a* Interrogatio fig. ſent.

homini Chriſtiano? *b* non prædicet potius digniſsimam, *c* iucundiſsi-
mam, fructuoſiſsimam? non exercendam frequentiſsime, ne dicam
omnibus horis atque momentis, exclamet? &c.

223 Aut hoc modo: *d* ſi quis veſtrum me interroget, Auditores, *e* quid
nomine contemplationis cenſeam, *f* quam eius naturam exiſtimem,
quanam ratione, quid ſit, explicem: iſte ſic habeat, contemplationē eſſe
quandam intelligentiæ noſtræ ſublimiſsimam actionem, qua res diui-
næ *g* perluſtrantur. *h* Talis autem functio, cum ſit facultatis, omnium
quæ ſigent in homine, præſtantiſsimæ; atq; oculum ad præclariſsimum
obiectum intendat: *i* quis non videat, nihil homini Chriſtiano quid-
quam poſſe vtilius, iucūdius, dignius ea exercitatione contingere; cu-
ius virtute ille *k* Deiformis efficitur, fœculētis ſenſum voluptatib. *l* ab-
lactatur, cœleſti ſuauitate perfunditur, ad virtutum ardua excitatur?
m O *n* veſanum igitur illum: qui contemplationis virtutem, cum ea
ſit talis tantaque functio, otioſam reputet inexpedientem dicat, indi-
gnam, infrugiferam, inamœnam clamet: nec minus illum inſanum,
cui cum ſit eius præſtantia fructuſq; compertus, elabi tempus ſibi per-
mittit, &c.

Aut hoc alio modo: *o* Cum me aliquando, non multis abhinc die-
bus, diuinæ gloriæ, propriæq; ſalutis ſtudioſorum corona ſepſiſſet: in-
ſpexi virum quendam inter alios, *p* cum Martha ſtrenue occupatum
224 totum in operib. pietatis, Mariæque otium parui pendentem. Seduco
hominem: quæro ex eo: *q* Dic mihi, ſodes, quid cenſes? operatio intel-
lectus, nobiliſsimæ omnium quæ ſunt in te potentiæ, res diuinas præ-
ſtantiſsimas perluſtrās, verſans, fruens; expedienſne eſt homini Chri-
ſtiano, vt illam non raro vſurpet? Cum ille annuiſſet: *r* Quid igitur, in-
quam, *ſ* tantopere contemplationem inutilitatis damnas? actuoſis fun-
ctionibus poſthabendam cenſes? apud omnes inclementer vituperas?
t Certe contemplatio nihil eſt aliud, niſi illa, cui tu modo dignitatis,
fructus, delectationis aſſenſum præbuiſti, intelligentiæ operatio, ver-
ſans circa diuina, &c.

Aut ita: *u* contemplationem, ac ſororis otium ſi *y* Martha cogno-
225 uiſſet quid eſſet, nimirum iugem mentis cogitatum in Chriſti diuinita-
te fixum: *x* nunquam, opinor, ipſam interpellaſſet, accuſaſſetque apud
diuinum hoſpitem, tanquam otioſam, tempuſque deterentem; potius
vero commendaſſet, & ſe ei ſociam adiunxiſſet. vt ſic ambæ Dei Filiū,
quem corporali cibo *z* paſcendum recreandumque domi exceperant
paſtorem animarum ſuarum, nectare ambroſiaque nutrientem ſenti-
re poſſent. Etenim *a* intelligentiæ cogitatio (quæ contemplatio eſt) dū
nobiliſsimam omnium animi facultatum applicat ad rerum, omnium
quæ ſunt, quæque eſſe poſſunt, præſtantiſsimarum obiectum; *b* O
quanta mentem dignitate illuſtrat! quam exquiſita animum delecta-
tione

b Diſiunctio fig. verb.
c Diſſolutio fig. verb.
d Minor propoſitio.
e Interpretatio fig. ſent.
f Varietas fig. ſent.
g Metaphora trop.
h Minor propoſitio cū ſua probatione.
i Interrogatio fig. ſent.
k Diſtributio fig. verb.
l Metaphora trop.
m Concluſio.
n Exclamatio fig. ſent.
o Maior cū ſua confirmatione.
p Allegoria trop.
q Dialogiſmus fig. ſent.
r Concluſio.
ſ Compar. fig. ſent.
t Maior.
u Minor.
x Concluſio.
y Allegoria trop.
z Venuſtas fig. ſent.
a Maior cū ſua confirmatione.
b Diſtributio fig. ſent.

Digitized by Google

tione permulcet ! quantis, quam innumeris hominem cumulat bo- 226
nis ! &c.

Aut hac forma · *c* Tu mihi neges, contemplationis virtutem eſſe
Chriſtianæ Reip expedientiſsimam ? tu, qui, *d* cum ex te quæreretur,
num rem dignam, & fructuoſam iudicares, mentem atque intelligen-
tiam omnium hominis facultatum excellentiſsimam, in rebus diui- 227
nis obiecto omnium præſtantiſsimo occupatam detineri: non mo-
do aſſenſiſti; verum etiam, Digniſsimam, fructuoſiſsimam, reſpondi-
ſti ? *e* Nam quid eſt aliud, mi homo, contemplatio, niſi de talibus rebus
functio? &c.

Aut iſta alia: *f* Eia igitur, Auditores mei. Aſceticen, non modo ver-
bis digniſsimam, vtiliſsimamque omnium religioſarum functio-
num prædicemus: verum etiam ipſius crebra vſurpatione commen-
demus. *g* Quid enim aliud cenſetis eſſe contemplationem, niſi men-
tis eleuationem verſationemque circa diuina ? Ita prorſus, ita eſt. 228
Auditores. *h* Iam vero euehi ad cœlum intelligentiam, omnium fa-
cultatum animi præſtantiſsimam; & obiecto illi affigi, quo adeo ni-
hil præſtantius eſſe poteſt, vt nec aliquid atque ſubliine excogitari
queat: ſcitis quid eſt, Dilectiſsimi ? *i* tantumdem eſt, ac immenſo bo-
norum cumulo locupletari; tantumdem eſt, atque in cœleſtem bea-
titudinem (quantum in hac vita licet,) immergi, tantumdem eſt,
atque mortalem, propriæ imbecillitatis pene oblitum, fieri Deifor-
mem, &c.

Aut hunc in modum. *k* Contemplationem eſſe homini Chri-
ſtiano expedientiſsimam, & conferre illi ſiue dignitatis, ſeu volupta-
tis, ſiue emolumenti plurimum, quis ambigat ? *l* cum ipſa ſit illa in-
tellectus noſtri, id eſt, præſtantiſsimæ in nobis facultatis operatio: cui
m pro obiecto ſunt, Deus, & diuina omnia; quibus res ad admiran-
dum *n* præſtantiores, ad contemplandum iucundiores, ad immu-
tandum hominem efficaciores nullæ reperiuntur. *o* Quid enim a-
liud, cum ſolitarii ſedentes, noſque ſuper nos ipſos leuantes contem-
plamur, efficimus niſi cœlorum ſpatiis mente oberramus ? *p* Ibi
Summi Numinis præſtantiæ nos ſiſtimus; luſtramus oculis infini-
tam eius immenſitatem, ſplendorem maieſtatis incircumſcriptum,
pulchritudinem totius pulchritudinis fontem, ſapientiam increa-
tam, omnipotentiam illam cum ſumma liberalitate ac clementia con-
iunctam, &c. *q* In qua conſideratione, ſenſus primum quidem *r* ve-
hementi ſtupore ligantur: mox vero puriſsima, ſupra humanum ca-
ptum, voluptate reſoluuntur, atque æſtuant in amore conſpectæ Deita-
tis. Ad cum pedes abiectus animus, non poteſt quin exclamet: *ſ* Hem,
infinita maieſtas, tantum ergo numinis pro Deo ſortita eſt Chriſtiana
reſpublica ? &c.

Aut

c Concluſ.
d Maior cũ ſua probatione.
e Minor.
f Concluſ. per adhortationẽ fi. ſ.
g Minor, per interrogationem f. ſ.
h Maior cũ ſua confirmatione.
i Repetitio fig verb.
k Concluſ.
l Minor.
m Maior ſupprimitur: ſed eius probatio minori propoſitioni implexa eſt.
n Similiter cadẽs & deſinens fig. v.
o Probatur ſeu explicatur obiectũ contemplationis quod poſitũ erat in prædicto enthymematis antecedente.
p Confirmatur à partium enumeratione.
q Explicatur ab effectis concl. nimirũ, quod cõplatio ſit expediens.
r Deſcriptio fig. ſent.
ſ Proſopopœia, & exclamatio fig. ſent.

Digitized by Google

229 Aut hac elocutione: *t* videas hominem, turba ſemotum, ab omni ſtrepitu ſolitarium, ſtantem erecto capite, decuſſatis ad pectus palmis, vultu ad pietatem conformato, oculis in cœli ſublimitatem fixis, tacentem ore, corde multa verſantem. *u* In quo tandem mente occupatum? conſiderantem incircumſcriptum numen, ſapientiam, omnipotentiam, pulchritudinem infinitam; bonitatem, clementiam, largitatem, ceteraſque Deitatis conditiones multitudine innumerabiles, perfectione infinitas, cognatione vnum. *x* Inde voluntas ardet, exultat animus, mens conquieſcit, cor exuberat: & per ſympathiam quandam inſitam, flammeſcunt genæ, ſtillant nectare lumina, ſerenum fronte ſedet, profunde pectus ſuſpirat. *y Fallor, an hæc ipſa eſt pia contemplationis imago?* Nonne ipſe eſt, qui ſolitudinem quærit? &c. *z* Quinigitur hodierno die tanta mihi vox, tanta latera, quibus ab vniuerſo terrarum orbe exaudiri poſsim? ſectamini, exclamarem, Chriſtiani viri, *a* diuinam hanc Philoſophiam; vacare huic otio iucundiſsimo; inſtruite iſtam bonorum omnium officinam. Quid torpetis? &c.

t Maior propoſitio, explicata per deſcriptionē fig. ſent. *u* Enumeratio partium. *x* Effecta. *y* Minor cū ſua probatione. *z* Concluſio, per exhortationē fig. ſent. *a* Definitiones conglobatæ.

230 Poſſent huius vnius argumenti ſimiles alij tractandi atq; eloquendi methodi modique quamplurimi excogitari. Verum prædicti, ad exemplum ſunt ſatis.

231 Supereſt ſolum, vt SS. Patres (quemadmodum 4 alias fecimus) in D. Chryſoſtomo deguſtemus. 5 Is quæſtionem illam ſiue propoſitionem, quod Iobi vulnera ſint ad vſum vitæ, & omnis triſtitiæ conſolationem quibuſcunque gemmis & margaritis cariora, probat enthymemate ab exemplo, ſiue à partibus, de conſolatione in orbitate filiorum: probat autem hac elocutione: *Et vt diſcas*, b *quod hoc verum eſt*: c *Si quis filium legitimum & vnigenitum amittat: oſtende infinitas ipſi gemmas; non conſolaberis dolorem, neque angorem lenies. Si autem ipſum Iobi vulnerum commonefeceris; facile mederi his verbis poteris*: e *Quid luges, homo? tu* d *quidem filium vnum amiſiſti: beatus autem ille*, f *omni filiorum ablato cœtu, in ipſa quoque carne plagam accepit, & nudus infimo ſedebat, vndique ſanie diffluens dum paulatim ipſius caro conſumeretur, iuſtus, verax, in Deum pius, omni mala re abſtinens, teſtem habens virtutis Deum. Certe, ſi ita locutus fueris, omnem lugentis triſtitiam extinxeris, omnem dolorem eraſeris.* g *Et ſic iuſti vulnera margaritis vtiliora iam vides.*

4 Sect 2. c. 3. & 4. nn. 53. & 72.

5 Chryſoſt. hom. 5. ad pop.

b Quæſtio. *c* Antecedens. *d* Antecedentis partem confirmat à minori ad maius. *e* Proſopopœia, & apoſtrophe fig. ſent. *f* Cōgeries fig. verb. & ſent. *g* Cōcluſio.

232 Idem 6 eundem Iobum perſecutione clariorem, & Dæmone affligente ſuperiorem effectum ſic probat, enthymemate à non obtento fine, quem ſibi in eo tentando dæmon præſtituerat: *Quid* i *actum eſt, diabole?* h *quare refugis? nonne facta ſunt quæcumq; volebas? nonne interemiſti ipſius* k *greges, armenta, equorum & aſinorum mandras? non* l *filiorum cœtum* perdi-

6 Ibid.

h Concluſio. *i* Dialogiſmus figg. ſent. *k* A partibus conglobatis. *l* Apoſtrophe per interrogationem fig. ſent. *m* Antecedens. *n* Subiectio per proſopopœiam fig ſent.

perdidiſti, & carnem omnem vulneraſti? Quare receßiſti? m *Quoniam* n *facta ſunt quidē omnia quæ volui*, inquit: *quod vero fieri maxime volebam, & propter quod omnia feci, hoc factum non eſt: neque enim plaſphemauit. Hoc non facto, nihil mihi plus eſt factum ex pecuniarum iactura & filiorum interitu, & corporis plaga: ſed contrarium, quam volebam, euenit,* o *ſplendidorem reddidi inimicum.*

m Antecedens
n Subiectio per proſopopœiā fig. ſent.
o Cōcluſio.

7 Hom. 39. ad pop.

Idem 7 probat, iuxta Chriſti ſententiam, quæſtionem hanc coniunctam & paradoxum; quod altus ſit humilis, & humilis altus, ex definitione prædicati, hunc in modum: p *Quod altus humilis ſit, humilis autem altus, ſufficit quidem Chriſti ſententia hoc aſſerens: verumtamen & ipſam rem indagemus.* q *Quid eſt, humiliari? nonne vituperari? non accuſari? calumniam pati? exaltari vero, honorari, laudari, glorificari?* Hic, vt in enthymemate, ſupprimit minorem, quæ talis fuiſſet: At qui ſe exaltat, vituperatur, &c. qui autem ſe humiliter gerit, honoratur, &c. Ergo altus eſt humilis, humilis altus. Tantum vero confirmat ab exemplo minorem quam tacuit, hac ratione: r *Videamus igitur hoc quomodo fiat. Angelus erat Sathanas, ſemetipſum exaltauit.* ſ *Quid ergo? nonne plus omnibus humiliatus eſt? nonne locum habet in terra? nonne ab omnibus accuſatur, & arguitur? Homo cum eſſe Paulus, ſemetipſum humilitauit. Quid ergo? non admirabilis habetur? noone commendatur? non laudatur? non eſt Chriſti amicus? nonne maiora, quam Chriſtus, fecit? nonne ipſi diabolo frequenter imperauit tamquam ſeruo? tanquam lictorem circumducebat? deridebat? illudebat? contritum eius caput ſub pedibus ſuis habebat?* Atque ita pergit Abſalonem cum Dauide, Phariſæum cum Publicano, diuitem quempiám humilem cum diuite ſuperbo conferre. Mox ex dictis inſtruit & hortatur Auditores his verbis: t *Gloriam igitur aliter aſſequi non licet, niſi gloriam fugiendo.* u *nam donec eam ſectemur, fugit, cum autem eam fugimus, nos ipſa ſequitur. Si vis eſſe glorioſus, noli gloriam concupiſcere. Si vis eſſe ſublimis, ne te ſublimem facias. Et honores quidem non quærentem, omnes honorant: ambientem aſpernantur. Solet enim humanum genus eſſe quodammodo contentioſum & peruicax. Gloriam itaque condemnamus: ſic enim humiles eſſe poterimus,* x *vel potius alti.* Quæ eſt iam concluſa quæſtio. 233

p Quæſtio.
q Maior.
r Minor ſubintellecta confirmatur.
ſ Interrogatio fig. ſent.
t Concluſio.
u Commeratio fig. ſent.
x Venuſtas & paradoxum figg. ſent.

SECTIO IV.

De conſcribenda Concione.

FActo iam rerum, & Oratoriæ dictionis apparatu; id eſt, oſtenſo, quibuſnam rebus, quo diſponendis ordine, qua ratione extendendis, tractandis, eloquendis, aut intellectui fides, aut voluntati cum delectatione motus creandus ſit reliquum videtur, vt his quaſi cæmentis commiſcendis manum admoueamus, ipſamque Orationis ſiue Concionis ſtructuram atque opus moliamur. 234

X CAP.

CAPVT I.

Concionis Exordium.

235 *a* Concionis partes quatuor: ad quas aliæ quæcunque referuntur.

PArtes *a* Rhetoriæ Orationis (ad quas quæ præterea numerantur ab aliis, facillime reuocantur) ex 1 Ariſtotele ſunt quatuor, exordium narratio, confirmatio, peroratio. Quarum duæ valent ad rem confirmdam ſeu fidem faciendam; id eſt, confirmatio, & quæ confirmationi ſolum veluti præparat, narratio: ad impellendos animos duæ, principium, & peroratio. Has eaſdem ſacræ concioni partes aſsignare, nihil vetat. In ea ſiquidem partium concionis diſtributione, quam recentiores faciunt in prooemium, introductionem, partitionẽ, propoſitionem, confirmationem, confutationem, & epilogum ſiue perorationem: partitio, & propoſitio ad exordium; introductio, & confutatio ad confirmationem conferuntur, vt liquebit.

1 *Ariſt. lib. 3. Rhet.*

236 *b* Quid ſit exordium, & quid in eo præſtandum. *c* Exordii neceſſitas in concione.

b Exordium ſiue principium aut prooemium, eſt pars Orationis, Auditores comparans ad reliquam dictionem. 2 Quare in eo conciliandi, *p* artiſque amplificationibus mouendi atque flectendi ſunt animi ad beneuolentiam, attentionem, docilitatem: aut ad omnia tria, aut aliqua, vel aliquid; quatenus opus eſſe iudicetur. *c* Certe enim docilitas, ſemper in principiis captanda eſt: attentio, fere ſemper beneuolentia, nonnumquam. Ergo exordium, ſaltem ob vnam docilitatem ſemper eſt 3 neceſſarium. Nonnulli iſtæc, exordij munera, præſtant quidem: verumtamen, quia exordium ex opinione vulgi credunt eſſe phalerata quædam, & pene ſine ſenſu tinnula vocabula, aut poeticam aliquam deſcriptionem; idcirco exordii nomine non comprehendunt. Alij vero à docilitate ſiue propoſitione rei agendæ, atq; adeo ab exordio abſtinent omnino: aientes, nõ decere concionatorem circa exordia occupari. credo, vt Auditor, vel anxius ſemper animi pendeat, quid tandem velit concionator: aut (quod magis verentur) ne cenſuram de ſe faciat ecquid ad rem propoſitum ue dicant, an ſecus.

2 *Auguſt. li. 4. doctr. Chr. cap. 4.*

3 *Leg. Quintil. lib. 3. cap. 10.*

237 *d* Neceſſitas beneuolentiæ.

d Porro beneuolentia, qua efficitur, vt beneuole, amanter, libenter audiamur, neceſſaria eſt. *Si enim, qui rogaturus eſt aliquem* (inquit 4 Chryſoſtomus) *quantumuis rationabilia proponere debeat; temporis tamen occaſionem expectat, vt ſedatum illum, beneque affectum inueniat; & temporis auxilium nactus, gratiam acquirat: multo magis, dicentem oportet quærere commodum tempus, vt apud bene affectum Auditorem verba faciat.* *e* Captanda vero eſt beneuolentia, cum vſus fuerit, ductus locorum communium à perſona ipſiusmet Oratoris, aut ſuorum: à perſona Auditorum, rebuſque ad eos pertinentibus: à re, vel perſona de qua agitur in concione. Ex quibus illa argumenta eliciantur, leniterque amplificentur, quę fauorem audientis paratura videantur.

4 *Chryſoſt. hom. 11. ad pop.*

e Quibus rebus conciliatur.

f Atten-

Digitized by Google

f Attentio excitatur, excitata admiratione: ſi nempe receperimus 238
nos eſſe dicturos de rebus, quæ cauſas habent inuentu difficiles, magnis, nouis, inauditis, neceſſariis, iucundis, illuſtribus, ad ipſos Auditores attinentibus, quemadmodum 5 ſuperius oſtendimus. Item, ſi breuem orationem, nec extra cauſam diuagaturam fuerimus polliciti: nihil enim eſt, quod magis ab audiendo deterreat, quam ſermonis prolixitas. *Satietas Orationis* (ait 6 Nazianzenus) *non minus auribus inimica eſt, quam corpori immodicus cibus.*

f Qua ratione redduntur attenti Auditores.

5 Lib. 2. ſent. 1. cap. 3. num. 196.

6 Nazian. Orat. in S. Bapt. initio.

g Dociles denique fiunt Auditores: primum, ac præcipue, ſi Euangelium, aut eius partem illam, circa quam dicturi ſumus, opportuno aliquo modo aperiamus: deinde, ſi quæſtionem, ſiue Orationis materiam ſummarie expoſuerimus. Circa quam (ſi quæſtio fuerit ſimplex) facta, vbi opus fuerit, partitione ſiue diuiſione ſecundum regulas dialecticas; oſtendantur ſeu proponantur partes, aut capita, aut puncta (quæ certe ternarium, aut quaternarium excedere numerum non deberent) in quæ tribuetur omnis Oratio. Quod ſi quæſtiones ipſæ, ſiue concluſiones, aut propoſitiones pertractandæ, plures erunt (quas certe connexionem inter ſe aliquam, aut generis, aut finis, aut alterius coniunctionis atque affinitatis habere par eſſet,) & ipſæ quoque proponantur; & circa eas; quæ conſideranda ſint puncta, notentur. *h* Quamquam S. 7 Auguſtini, & meo conſilio alias 8 dato, ſimplices vt plurimum quæſtiones tractandæ ſunt: tum vt breuitas concionis, & attentio Auditorum ſarta tecta ſint: tum vt vnius rei pertractationi, verſationi, inculcationi, atque amplificationi magis inſiſtatur, & conſequenter animi vehementius permoueantur: tum denique vt Oratio ſit neruoſior, magiſque vna, non autem interrupta, ac variatis toties doctrina motuque perfrigida. Dociles igitur Auditores fecerimus: ſi ſcopū noſtræ concionis demonſtremus: ſi breui ſumma; quæ dicturi ſumus, velut oculis ſubiicimus; oſtendamus ordinem rerum dicendarum; & in partes Orationem diducamus. *i* Ex quibus, iam ſub exordio contineri partitionem, & propoſitionem vides: etſi non raro ſubiiciendæ ſunt hæ partes narrationi; vbi magis exquiſitam docilitatem (munus adhuc exordii, quanquam tranſpoſitum) facere oportebit, vt 9 dicetur.

239 *g Docilitatis captandæ ratio.*

h Commēdatur ſimplicitas quæſtionis.

i Propoſitio & partitio ſub exordio.

7 Auguſt. de catech. rud. cap. 1.

8 Lege lib. 2. ſeß. 1. cap. 2. n. 18.

9 Cap. ſequ. nu. 246.

k Hæc tria exordiorum officia præſertim attentionis excitandæ, 240
ex 10 Ariſtotelis, & 11 Ciceronis præſcripto, præſtanda quoq; ſunt interdum in media dictione: ſi præſertim noua tractetur quæſtio; aut locus aliquis, qui curam eam poſtulet, & in quo magna cauſæ momenta verſentur. Immo in tota ipſa concione: nam facilius Auditor beneuolus fieri poteſt in curſu orationis, quam cum omnia ſunt inaudita: docilis autem, non cum pollicetur Orator ſe demonſtraturum; ſed cū docet iam & explanat: attentus vero, non tam prima illa denuntia-

k Beneuolentia, docilitas, & attētio per totam orationem.

10 Ariſt. li. 3. Rhet. c. 4.

11 Cicer. lib. 2. de Orat. lege etiam Quintil. lib. 4. c. 1.

tione; quam crebra mentis excitatione in tota actione, variis ſententiarum figuris, feruore ſpiritus, iucunditate atque efficacia in dicendo agendoque.

241 *l* Exordii virtutes.

l Iam vero exordij, præſertim ſacri, virtutes ſunt: vt 12 ſit breue, maxime in deliberatiuo genere: vt ſit proprium, atque ex cauſæ ſiue quæſtionis, argumentorumque viſceribus natum; non autem vulgare, atque omnibus Concionibus commune: vt ſit modeſtum, verecundum, graue, habenſque ſententiarum plurimum, feſtiuitatis & concinnitudinis minimum. Quamquam 13 in genere demonſtratiuo, quod delectationi magna ex parte deſeruit, longiuſculum exordium, ſemper tamen ſerium; totaque ipſa Oratio floridior permittatur.

12 *Cic. 2. de Orat. & 1. de inu. Quintil. lib. 3. cap. 9.*

13 *Ariſt. li. 3. Rhet. c. 16.*

242 *m* Exordii conſtructio.

m Denique res, & modos componendi hæc, vel illa exordia: an ex ſententia, aut figura aliqua S. Scripturæ: an ex aliqua ſimilitudine, allegoria, hiſtoria, parabola: an decenti aliqua explicatione texturaque Euangelii: vtrũ exaggeratione excellentiæ, vtilitatis, alteriuſue prædicati rei pertractandæ; vtrum occaſione capta ex tempore, aliaue circumſtantia: an ex iis rebus, quarum copia in oratione multa eſt ad confirmandum, amplificandum, ornandum: num ex aliquo ſcientiarum axiomate: ex paradoxo, aut re noua, & inopinata aliqua: vtrum interdum ex abrupto, aut exclamatione incipiendum. Hæc, inquam, & his ſimilia, pro ratione cauſarum, ingenium excogitat, iudicium probat.

CAPVT II.

Concionis narratio.

243 *a* Quid ſit, & quem in oratione locum habeat narratio. *b* In genere iudiciali.

Narratio eſt, rerum geſtarum, aut perinde vti geſtarum expoſitio. Hanc Rhetores (quia iudiciales cauſas præcipue ſpectabant) ſecundam Orationis partem, tanquam fundamentum confirmationi, poſt exordium locauere. *b* In eo namque genere narrare primum neceſſe erat commiſſum, quod ferebatur facinus: deinde vero, quid ſuper eo controuerſum eſſet, exagitandum. Quod ſi quæſtionem illam iudicialem alias neceſſe fuiſſet præcedere quæſtiones: narratio non erat immediata exordio; ſed collocabatur poſt confirmationes quæſtionum præmittendarum, ante propriæ quæſtionis confirmationem. In ceteris autem generibus, deliberatiuo, & exornatiuo, & in quæſtione infinita ſecus res habet.

244 *c* In quæſtione infinita.

c Quæſtio enim infinita nullam habet narrationem: narratio enim rerum particularium ac definitarum eſt. Sed ſtatim, poſt expoſitam ac declaratam in docilitate exordii materiam dicendam, ſequitur è veſtigio confirmatio.

Idem

Idem accidit in genere deliberatiuo quæſtionis finitæ. Quia narratio, eſt præteritarum rerum; deliberatio vero futurarum. *d* Ergo & hic, poſt exordium, nulla erit narratio: niſi forte id, quod faciendum ſuadetur diſſuadeturue dependeat à re aliqua præterita, 1 cuius hiſtoriam commemorare oportet. Tunc enim, poſt exordium, narranda res illa eſt, tanquam fundamentum: & mox hoc vel illud per confirmationem ſuadendum, vel diſſuadendum. 245

d In genere deliberatiuo.

1 Lo. Quintil. lib. 3. cap. 10.

e In quibus generibus, iudiciali, & deliberatiuo: cum narratio poſt exordium eſt, docilitas rerum dicendarum, quę in exordio, nondum commemorata rei hiſtoria, non potuit eſſe tam explicata atque minuta; iterum fiet explicatior ante confirmationem; partita re ac declarata & propoſitis capitibus excutiendis. *f* Quas partes, diuiſionem ſcilicet, ac propoſitionem nonnulli concionatorum (non importunè quidem) introductioni, quam loco narrationis habent, ſubiungunt. Verum ego (niſi præmittenda ſit narratio) in exordii docilitate partes illas collocarem, modo 2 ſuperius explicato: nam introductionem, confirmationis partem eſſe, 3 docebo. 246

e Docilitas poſt narrationem exquiſitior.

f Partitio, & propoſitio, abſente narratione, exordio, nō introductioni ſubiunguntur.

2 Cap ſuper. ſup. n 239.

3 Cap. ſequ. n. 256.

g Porro in genere demonſtratiuo, ſequitur quidem poſt exordium narratio, ſiue potius expoſitio rerum geſtarum, aut excellentiarum: non tamen perpetua, ſed interpolata cum amplificatione. Ita vt narretur vnum aliquod geſtum, dictumue commendandum, & mox amplificetur: tum commemoretur aliud, & amplificetur ſimiliter: atque ita deinceps in omnibus. Quod ſi vnum modo præclarum factum aut prærogatiua occupet orationem integram: tunc eius expoſitio ſiue commemoratio ſub exordium fiet; quam ſequetur perpetua amplificatio vſque ad finem. 247

g In genere demonſtratiuo, vbi nā eſt narratio.

h Atque in omnibus prædictis generibus, cum ex aliqua Scripturæ hiſtoria, vel parabola deſumitur tractanda quæſtio: poteſt hiſtoriæ illius, & parabolæ narratio, aut in ipſo exordio, aut poſt exordium collocari. 248

h Cum hiſtoria vel parabola eſt materia concionis, vbi narranda eſt.

i Ceterum narrandi occaſio in tota Oratione poteſt occurrere, cum vel Exempla ex Scripturis Sanctorumque geſtis; vel ex Scripturis figuras, allegorias, parabolas, aut ſimile quidpiam producimus, ſiue ad confirmandum, ſiue ad amplificandum, ſiue ad digrediendum. 249

i Narratio locū habet in tota concione.

k Iam narrationis virtutes (vbicunque ipſa reperiatur) ſunt claritas, breuitas, probabilitas, iucunditas, energia. Dilucide narrabitur, ſi ſeruetur ordo, atque diſtinctio rerum, & temporum: Si nihil perturbate, atque contorte dicatur: Si verbis vtamur propriis, nec ambiguis: ſi narrationem aliquando diuidamus in plures partes, inter quas media ſint aliqua verba tranſitionem indicantia. vt: Audiſtis quid actum fuerit ante prandium; accipite iam quid à prandio. *l* Breuiter 250

k Narrationis perfectiones, claritas.

l Breuitas.

Digitized by Google

autem narratur: ſi non à primis initiis, & ab ouo (vt dicitur) ſed vnde opus eſt, & quouſque eſt opus, narretur: nec non prætermiſsis, quæ ad rem non pertinent, aut quæ facile ſubintelliguntur: item, ſi ſummatim, nec minutatim: ſi abſque repetitionibus rerum ſemel dictarum: ſi non interiectis digreſsionibus; quamuis hæc interdum, cum opportunæ ſunt, ad ſuauitatem conducant. *m* Veriſimiliter narramus: cum ita dicimus, vt mos, vt opinio, vt natura rerum, vt circumſtantiæ, &c. poſtulauerint: cum tacitis obiectionibus occurrimus, cum ad incredibile aliquod geſtum dictumue nos ipſi præuenimus, tale quidem, id eſt, credibile apparere profitentes. Et quidem narrationes concionum noſtrarum debent ita eſſe veriſimiles, vt etiam veræ ſint, atq; ex probatiſsimis autoribus excerptæ: quanquam in veris narrationibus veriſimiles aliquot, etſi non veras, circumſtantias (quæ piæ meditationes dicuntur) addere liceat, vt iam dicemus. *n* Suauiter ac iucunde narrabitur: ſi adhibeantur admirationes, expectationes, fortunæ commutationes, atque inopinati exitus: ſi colloquia interponantur: ſi exprimantur mores, & affectus perſonis conuenientes, dolores, lætitiæ, cupiditates, &c. ſi cogitationes, ſenſus, conſilia, fines aperiantur: ſi inter narrandum miſceantur pulchræ acutæq; ſententiæ, notabiles circumſtantiæ, contrapoſita, ſibi inuicem reſpondentia, emphaſes, epiphonemata, aliæque figuræ. *o* Euidenter 3 denique & cum energia (quod ad omnes fere alias conditiones veriſimilitudinis, diluciditatis, ſuauitatis: ad impreſsionem quoque, & motum confert) narrabitur: ſi afferantur non tamē putide, omnes circumſtantiæ atq; munutiæ, & effectus conſequentes; etiā verba, actuſq; veriſimiles, quamuis non veri: vt geri res, aut videri, aut audiri, aut aliter ſentiri videantur. Iam ſi in recenſendis rebus, verbo præſentis temporis vtamur: ſi rurſus repræſentemus res, non ſtantes & quaſi mortuas; ſed viuidas, actuoſas, ſe mouentes; quare dicemus potius, volabat auis per aerem, quam, Auis erat in aere, Decurrebat in terram ſanguis, quam, ſanguine madebat. Præterea, ſi verba ſenſu, ac ſono res imitentur: ſi adſint emphaſis, repetitio, & figuræ, &c. Lege 4 Chryſoſt. narrantem de iuramento Saulis, & Ionathę tranſgreſsione; de Dauidis expeditione aduerſus Goliath; de Flauiani Epiſcopi ad Imperatorem legatione, pro venia Antiochenis obtinenda.

251 *p* Hoc tamen eſt animaduertendum, aliter eſſe narrandum, cum in ſummo ardore concionis exemplum aut hiſtoria profertur; aliter, cum animus nondum incaluit: aliter, cum ad motum; aliter, cum ad doctrinam narratur. Motus enim & arbor orationis per breuem aculeatam, mordacem, potiuſque iudicatam quam explicatam narrationem poſtulat: doctrina vero, magis ſubtilem atque diſtinctam requirit.

m Probabilitas.

n Suauitas.

o Energia.

3 *Leg. Quintil lib. 8. c. 3. & lib. 4. c. 2.*

4 *Chryſoſt. hom. 14. 45. 10. ad pop.*

p Varii narrandi modi.

CAP.

CAPVT III.

Concionis confirmatio.

CONfirmatio, in qua fides ac probatio quæſtioni, quæſtionibuſue 252
propoſitis fit per argumenta ex locis communibus, propriiſq; de-
ſumpta; *a* pars eſt orationis maxima, & corpus ipſum orationis: quod
totum fere tempus concionis abſumit; & cui ceteræ omnes partes, vt
ſuperius 1 indicauimus, ſubſeruiunt atq; annexæ ſunt. Nam exordium
conciliat præparatque animos, vt facile in eos confirmationis doctri-
na illabatur: narratio, fundamentum extruendæ confirmationis eſt:
peroratio, confirmationis concluſio, & vltimum robur.

a Confirmatio pars maxima concionis.

1 Sect. 1. c. 1. nu. 4.

b In confirmatione conſpicua ſunt, diſpoſitio, & pertractatio, at- 253
que elocutio argumentorum: de quibus in tribus ſuperioribus huius
libri ſectionibus abunde diſſertum eſt.

b Præcipuũ cõfirmationis munus.

Quamuis autem confirmatio fidei faciendæ inſumatur: *c* tamen 254
ex interuallo, vt efficacius probet, fideique fructum deguſtet, 2 ſuſci-
tat etiam motum, quoties videlicet dabitur vel amplificandi, vel mi-
nuendi locus: tunc præſertim, cum aliquod ex præcipuis quæſtionis
capitibus plene iam confirmatum eſt argumentis, vt capite ſequenti
amplius declarabitur.

c Motus, etiam in confirmatione.

2 Lege inf. c. 4. & 6. nu. 259. & 285.

d Imo vero in genere demonſtratiuo nulla eſt confirmatio; ſed 255
tantum perpetuus motus, qui exornatione, & amplificatione perpe-
tua, quæ ipſa nihilominus grauior quædam confirmatio eſt; vt ſuo 3
loco definiuimus. Ergo exornatiui generis confirmatio, non argu-
mentationibus, ſed 4 laudandarum rerum expoſitionibus & ampli-
ficationibus tota conſtat. Geſta enim, dicta, conſilia, prærogatiuæ eius
quem commendare volumus, 5 ſupponuntur vt certa, non autem
probantur tamquam controuerſa: ſed tantum, vbi prædicto modo
narrata 6 expoſitaque fuerint, adhibita magnitudine, ac pulchritudi-
ne, ſecundum amplificationis 7 regulas exaggerantur. Quod ſi geſtum
vel encomium aliquod nouum creditur, aut credibile non videtur:
tunc ex 8 Ariſtotelis & Quintiliani, placito confirmandum prius eſt
argumentis, vt res ceteræ, quibus fides conciliatur; mox vero ampli-
ficandum.

d Confirmatio generis exornatiui, perpetuus motus & amplificatio eſt.

3 Lib. 1. ſect. 1. c. 2. n. 170.
4 Cicer. in Part.
5 Quintil. li. 3. c. 9.
6 Cap. ſup. n. 247.
7 Lib. 2. ſect. 3. ca. 13. à nu. 149 & 171.
8 Ariſt. lib. 3. Rhet. c. 27. Quintil. li. 3. cap. 9.

Introductionem ad confirmandum, quidam faciunt partem con- 256
cionis à confirmatione ſeparatam: quæ poſt narrationem (ſi fuerit) aut
poſt exordium ſequatur: & fiat, aut ex topico aliquo argumento; aut
ex Scripturæ figura vel teſtimonio, aut ex aliquo axiomate, hiero-
glyphico, hiſtoria, paradoxo; ex re aliqua noua, aut admirabili, &c.
e Verum iſta introductio, ſi recte perpendatur nihil eſt aliud, niſi vel
modus proponendi primi argumenti, aut eius principium quod-
dam, ſeu fundamentum, aut quid alio modo ad illud pertinens: quare
ad con-

e Introductio pertinet ad confirmationẽ.

ad 9 confirmationem propriiſsime ſpectat. Quod ſi quando poſt hanc introductionem (quam vocant) diuidere ſiue partiri rem confirmandam contingat ad planiorem docilitatem: non prohibemus fieri, cum iam præceperimus, exordij munera in tota oratione, vbicunque eſt opus, eſſe præſtanda.

9 Le. Quintil. lib. 4. c. 3.

257 *f Digreſsiones à propoſito quales eſſe debent.*

f Digreſsiones quoque extra rem propoſitam, etſi in tota oratione: in confirmatione maxime fieri poſſunt, & vero etiam aliquando debet. Ita vt oratio ſit inſtar 10 fluuii, qui, dum per alueum fluit, lacunas valleſque à latere poſitas implet; ac repente ſe in alueum refundit. Fiunt autem digeſsiones: vel ad motum, per aliquam amplificationem, excitationemue affectus: vel ad ornatum, pulchra aliqua deſcriptione, vel laude alicuius hominis aut loci: item vel neceſsitatis gratia; vt cum narrantes hiſtoriam aliquam, ad loci, in quo geſta fuit, narrationem deflectimus: vel vtilitatis; vt cum ex occaſione, ad laudem alicuius virtutis digredimur: vel denique alicuius delectationis, ac leuamenti; vt cum feſſos recreare aut apologo, aut vera ſuauique narratiuncula, aut euidenti aliqua, inſignique & iucunda deſcriptione volumus Auditores. Ad quæ tamen ſic à recto curſu deflectemus; vt non ea ſecuti, ſed adducti ad illa non ſine occaſione fuiſſe videamur. Sint quoque huiuſmodi digreſſus, breues: nec admodum frequentes, quæ poetarum eſt licentia: bene item cum materia, quod fieri poterit, cohærentes, nec animum longe diſtrahentes. Exempli gratia, ſi quis in alicuius virginis panegyrico deuenerit ad illam commendationem, ſiue prærogatiuam, quod cœleſtem agnum, quocunque ierit, ſequatur: commode hinc dilabi poterit ad cœleſtium camporum deſcriptionem, per quos diuinus ille agnus oberrat; inde mox ad alia argumenta redire. S. 11 Chryſoſtomus, cum in tribulationibus benedicendum, non autem blaſphemandum Deum prædicaret: blaſphemiæ mentione, punitionem eius populo per digreſsionem commendat.

10 Greg. epiſt. ante libros in Iob, cap. 2.

11 Chryſoſt. ho. 1. ad pop.

g SS. Patres in digrediẽdo frequẽtiores.

g Et plures SS. Patrum, præſertim Græci, in digreſsionibus paulo frequentiores ſunt. Denique non eſſet abs re (in longiuſculis maxime digreſsionibus) & cum digredimur, & cum reuertimur, ſignificare hoc ipſum Auditoribus. Vt fecit idem 12 Chryſoſtomus: cum à commemoratione facinoris Ionathæ, iuramentum patris prægustato melle fragentis; occaſione, quod Deus pugnantibus Iudæis aſsiſteret, digreſſus eſt ad Madianitarum aſtutiam, qui pro caſtris pulchras mulieres ad corrumpendos illos à Deoque auertendos ſtatuerant.

12 Hom. 14. ad pop.

258 *h Confutatio ſub cõfirmatione.* *i Quænam argumenta confutãda.*

h Sub confirmatione quoq; continetur confutatio argumentorũ contra quæſtionẽ & argumenta noſtra obiectorum, aut obiicibilium: vt in materia virtutum & vitiorum, à prauis vulgi opinionibus, falſiſque boni apparentis rationibus: vt *i* in materia fidei, à gentilib. & hæreticis. Quamquam inter Catholicos populos, quibus Dei gratia nec eſt ea

Digitized by Google

eſt ea peſtis, nec timetur, hæreſum, hæreticorumque ſophiſmatum commemoratione prorſus fere abſtinendum videtur: ne populi fidelis aures, præſertim ſimpliciorum, blaſphemiis illis imbuantur. *k* Refutanda autem erunt argumenta, aut initio confirmationis: aut in fine, poſt rem noſtris argumentis confirmatam: aut, initio quidem aduerſariorum obiecta proponantur, mox noſtra afferantur & inculcentur, ad extremum diſſolutio illorum ſequatur: aut aliquando denique in peroratione, vt cuique cauſæ commodum iudicabitur. *l* Præcepta porro confirmationis & confutationis, earumque locos tradit 13 Ariſtoteles. Cicero 14 etiam, Q. 15 Cornificius, & 16 Quintilianus reprehendendorum argumentorum modos afferunt: qui ſunt, cum aliqua ſumptio vel ſumptiones non conceduntur: aut his conceſsis, concluſio negatur: aut genus ipſum argumentationis vitioſum oſtenditur: aut contra firmam argumentationem alia æque firma, aut firmior ponitur: aut eleuatione ridentur aduerſarij argumenta; & quæ dicendo refutare non poſſumus, quaſi faſtidiendo, tamquam leuia & refutatione indigna, calcamus: aut excuſamus imprudentiam ætatem, ſexum eorum quos defendimus: aut (quod in contentione Oratoria magnam vim habet) argumenta inuertimus contra ipſos, &c. Nos aliquid hac de re 17 ſuperius inſinuauimus.

k Quo loco facienda confutatio.

l Confutandi ratio.

13 Ariſt lib. 2. Rhet à ca. 3. vſque ad finem.

14 Cicer.

15 Aut. ad Heren.

16 Quintil. lib. 5. c. 13.

17 Sect. 2. c. 2 nu. 43.

CAPVT IV.

Concionis peroratio.

PEroratio, confirmationis, totiuſque adeo Concionis concluſio & 259
artificioſus exitus; eſt extrema pars Orationis vehementer animos ad id quod intendimus, impellens atque inflammans. Etſi enim in toto Orationis decurſu (maxime cum aliquid ex præcipuis quæſtionis capitibus confirmatum eſt, vt 1 ſuperius docuimus) mouendorum animorum digreſsioni locus pateat; perque totum Orationis corpus (cum modo tamen) ſpargenda ſit amplificatio: quæ, cum ſit quædam vehemens affirmatio, non ad motum modo ſed & ad fidem quoque plurimum valet. Imo vero etſi tota ipſa concio, tum vt fructus conſtet, tum vt ne ſermo langueſcat vſquam, ac ipſo vſque capite ad motum perducenda videatur. Tamen in peroratione, id eſt, in fine Orationis, poſt bene firmatam argumentis rem perſuadendam, peruictumq́ rationibus intellectum; admonendæ omnes machinæ ſunt Oratori (niſi velit ſuo fine fruſtrari, & Orator eſſe deſinere) vt omnino perſuadeat, peruincat, expugnet voluntatem: & Auditoris animum inflectat, aut à turpibus deterrendo, aut ad honeſta incitando, &c. quemadmodum quæſtionis materia poſtulauerit. Quam doctrinam aperte 2 Cicero tradit his verbis: ***Augendis vero, & contra abiiciendis, nihil eſt,***

a Peroratio fructum orationis colligit.

1 Cap ſup. n. 254. & c. 6. n. 115.

2 Cic. in orat.

Digitized by Google

eſt, quod non perficere poſſit oratio, quod & inter media argumenta faciendum eſt, quotieſcunque dabitur vel amplificandi, vel minuendi locus: & pene infinite in perorando.

b Peroratio pendet à confirmatione.

260 Hinc peroratio, fit cum confirmatione cohærens. *b* Commodiſſime enim, probata iam cauſa, veluti ſtrue lignorum compoſita (vt quidam inquit) affectuum flamma conſurgit: quæ tanto erit ardentior quanto probatio fuerit firmior, & efficacior.

c Peroratio quanta.

261 *c* Non ſit autem nimis longa: ne defeſsis Auditoribus, fructus ex moleſtia peccat. *Commotio etiam animi* (inquit 3 Auguſtinus) *quanto magis excitanda eſt, vt nobis aſſentiat Auditor; tanto minus in ea teneri diu poteſt, cum fuerit quantum ſat eſt, excitata.* Proinde cum animi apparebunt commoti, abſoluatur concio. Neque ſit econuerſo breuis adeo; vt non permouere, fructuſque intentos elicere valeat. Quamobrem certus in hac re modus non eſt ſtatuendus: cum quandoque prolixior, quandoque contractior, pro ratione cauſæ futura ſit.

3 Auguſt. 4. de doctr. Chr. lege etiam Quintil. lib. 6. c. 1.

d Peroratio fit enumeratione, & amplificatione.

262 *d* Quoad ſtructuram perorationis, Ariſtoteles 4 quatuor eam partibus componit, beneuolentia Auditorum, amplificatione, animorum commotione, & breui enumeratione. Alii tribus conficiunt: enumeratione, quæ rationibus, quibus rem confirmamus: amplificatione, quæ affectuum commotioni: gratificatione, quæ autoritati beneuolentiæque dicentis reſpondeat. vt ſic peroratio ſit vere tota ipſa Oratio, ſiue eius ſubſtantia & ſuccus quidam. Alij 5 denique duabus dumtaxat, breui enumeratione, & amplificatione. Commotio enim animorum, iam amplificatione perficitur. Beneuolentia vero, modus quidam potius ac temperatio eſt: nempe, vt ita moueamus, inſtemus, vrgeamus; vt Auditoribus animum faciamus, leniamus; illudque ipſum vt eis placeat, præſtemus: aut etiam vt, ſi fuerint in decurſu dictionis exaſperati animi, epilogo placemus. Ergo peroratio, vt plurimum, fiet: aut per figuram frequentationem, breui enumeratione rerum & Argumentorum in tota Oratione fuſius pertractatorum: aut grauia aliqua amplificatione: aut (quod frequentius accidet) vtraque: præcedente nimirum enumeratione, & conſequente amplificatione; vel econuerſo, prout expedire, fuerit iudicatum. Quamquam, ſi rem ad viuum adhuc reſecare voluerimus, ſola amplificatione peroratio conſtabit; ſub qua enumeratio illa conglobatorum continetur, vt 6 ex alibi dictis notari poteſt.

4 Ariſt. lib. 3. Rhet. c. vlt.

5 Cicer. 1. de inu. Quintil. lib. 6. cap. 1. & 2.

6 Lib. 2. ſect. 3. cap. 2. nu. 181.

e Enumeratio in peroratione, qualis.

263 *e* Sit autem enumeratio, citra omnem oſtentationem atque affectationem. Sit breuiſsima, vt non omnia minima repetat Orator; ſed breuiter capita rerum decurrens, pondera tantum ipſa, & firmamenta comprehendat: ſecus enim, non iam enumeratio, ſed altera quaſi fiet Oratio; nec ad amplificationem pertinebit, ſed erunt argumenta

ipſa

Digitized by Google

ipſa confirmationis. Denique ſit aculeata: vt, quæ enumeranda videbuntur, cum pondere aliquo dicenda ſint, & aptis excitanda ſententiis, ac figuris varianda. Neque enim in hoc, argumentorum tantum ſumma colligitur, quo Auditorum memoria reficiatur: ſed quo ſimul omnia breuiter conglobata, velut agmine facto, in eorum animos irrumpant; & apud illos, quod volumus, operentur. Secus enim, odioſius 7 nihil eſt recta illa repetitione, velut hominis Auditorum memoriæ diffidentis.

7 Quintil. lib. 6. c. 1.

264 f Amplificatio vero in peroratione talis eſſe debet: qua infixis aculeis, acriter excitentur in Auditore affectus tractationi cauſæ conuenientes, modo miſericordiæ, modo indignationis, modo amoris ac deſiderii, modo deteſtationis, iræ, doloris, modo imitationis, &c. Eius artificium habes eo 8 loco, vbi de motus inuentione tractauimus.

f Perorationis amplificatio qualis.

8 Lib. 2. ſec. 1. c. 2. à num. 170.

g Nunc tantum admonemus de vltimis huius amplificationis, id eſt, perorationis, totiuſque adeo Concionis verbis & clauſula: vt ſit perappoſita. nunc concludendo pia aliqua apoſtrophe, ſiue ſupplicatione ad Deum & Sanctos: quem vſum in fine cuiuſdam Orationis inſinuat S. 9 Chryſoſtomus, inquiens: *Hora autem eſt iam, in ſupplicationem ſermonem ſoluere. Communiter igitur omnes dicamus: Deus, qui non vis mortem peccatoris, &c.* Nunc graui aliqua ſententia: nunc acriter hortando: alias ſimilitudine, aut exemplo aliquo efficaci: modo abrupto repente ſermone, &c.

g Clauſula concionis qualis.

9 Chryſoſt. ho. 12. ad pop.

Denique ſit eiuſmodi: vt Eccleſiaſtes, relicto in corde Auditorum alte defixo telo, recedat è ſuggeſtu.

CAPVT V.

Partes Concionis iuxta vulgarem opinionem.

265 ATque hæ ſunt Sacræ Orationis partes, & hic earum ordo, ſecundum recte & artificioſe dicendi diſciplinam. a Recentiores autem Concionatores plerique omnes (in Italia præſertim) concionem trifariam diſcernunt, b in exordium ſiue procemium, in narrationem, & epilogum: narrationis nomine abuſiue comprehendentes omnem illam orationem, quæ eſt inter exordium & perorationem, ſiue epilogum. Aut etiam hoc modo diuidunt, c in exordium, in priorem, & poſteriorem partes (primam & ſecundam ipſi vocant) quas concionis tres portiones quiete intermedia ſic diſtinguunt.

a Vocabulorum abuſus.

b Procemiũ narratio, & epilogus.

c Exordiũ, prima, & ſecunda pars.

266 Abſoluto enim exordio, quieſcunt tantiſper: ac tam ipſi, quam Auditores pectus caputque expurgant per ſcreatus & emunctiones, ſeque recte componunt; quo deinceps abſq; talium rerum neceſsitate

& ipſi expeditius dicant, & alij attentius audiant verbum Dei. Tum, principio rurſus dicendi facto, per tres fere quadrantes horæ declamant (& ecce primam partem) à quo dicendi labore iterum requieſcunt, cum ob prædictas neceſsitates, & aliquantulam reſpirationem: tum præſertim ad commendandas populo miſerias pauperum, colligendaſque ideo eleemoſynas; quod opportune tunc accidit, cum ſunt animi diuino verbo commoti aliquantulum ad pietatem; tum denique ad docendum, aut denunciandum aliquid Auditoribus, quod ipſorum noſſe interſit, puta indulgentias, bullas Pontificias, diem ſequentis concionis, &c. His perfectis, rurſum ſtadio ſe committunt ad poſteriorem partem explendam, dimittendamque concionem.

267 *d* Iam, ſi partes iſtas ex comparatione ad ſupra dictas & veras partes diſtinguamus: prima pars, quam vocant, alias conſtat narratione (cum adhibenda eſt) confirmatione, & perorationcula propoſitæ quæſtionis: ſecunda vero pars, eſt Euangelii breuis percurſio, cum applicatione ad conformandos mores; aut eſt modus & ratio extirpandi vitij aut acquirendæ virtutis, quæ in priori parte fuerit commendata; aut aliud ſimile. quæ ſubſequitur motus vehementior: facta videlicet, eorum occaſione, longiori peroratione, vtpote in fine concionis. Alias, ſi propoſuerint in exordio, de pluribus rebus, aut vna de re plura ſe dicturos: maiorem eorum partem in priori parte pertractant, cum aliqua motiuncula ad finem: reliqua in poſteriori, cum maiori motione. Atque hæ duæ ſunt omnium optimæ rationes. Alias aliter eas partes conſtituunt, prout poſtulant res dicendæ. Sed illi omnium deterrime: qui in priori parte, nullo motu concitato, ſolum intellectum doctrina paſcere ſatagunt; voluntatis commotionem ad alteram breuem illam Concionis partem aſſeruantes. contra, quam paulo 1 ſuperius, cum de peroratione ageremus, præcipimus; nimirum ſpargendum per totam Orationem motum ab ipſo vſque exordio; & doctrinam, quæ affertur, conuincentem ſimul & mouentem eſſe debere.

d Reſpondentia prædictarum partium ad partes ſuperioribus capitibus explicatas.

1 Cap. ſuper. nu. 259.

268 *e* Ego vero partes iſtas, & pauſas Orationis laudare numquam potui. Quietis enim illius poſt tantillum exordii, obſecro, quæ neceſſitas? & communis illa concionatoris ac concionis violenta narium de ſummo cerebro demunctio, deque intimis viſceribus obſtinata exſcreatione quaſi trochleis extractio pituitæ, quam decora? Iam vero vnius orationis ardoriſque dicendi duplex interruptio, & neceſsitas mouendi pluries Auditoris; quam prolixam, odioſamque ideo reddit orationem? quam concionatori vim & emphaſim frangit ac retundit, binas fere vno tempore conciones habituro? quam Auditoribus incommoda & moleſta eſt. quos, non audiendo feſſos, ſed bene ſemel commotos dimitti oportuerat? Hinc veteres Oratores, & SS. Patres,

e Iudicium de hoc recentiorum concionandi modo.

Patres, verſatiſsimi in arte dicendi, ſuas orationes abſque vlla interruptione, vnas, integraſque habebant.

f Et iam non pauci celebriorum Concionatorum, vſu illo ſiue 2
abuſu contempto, ad morem priſtinum redire cœperant: vt totam à capite Concionem, dictione ipſa feruentem, integram, non interruptam, nec quaſi interfuſa frigida tepeſcentem, ad motum animorum (qui concionum finis eſt) vti maiore atq; efficaciore perducant.

f Concionatorũ reſipiſcentia.

Quoniam vero pleraque eorum, quæ in illa poſt primam partem 270
interquiete dici conſueuerant, omnino communicanda populo videntur, egenorum præſertim commendatio: minus incõmode hoc quidam præſtant in exordii pauſa; vt ipſum deinde Concionis corpus iuxta Artis præſcriptum, integritate dictionis abſoluatur. Alii vero exordium cum prima parte quaſi Concionem integram, ſine interruptione abſoluunt: tum interquieſcentes, populo denuncianda proponunt: atque ad extremum ſecundum partem breuiſsime, quaſi ad fructus in priori parte per motum editos colligendos adornant; vt de modo ac ratione extirpandi prædicti vitii, aut inſerendæ virtutis; aut huiuſmodi aliud. hi decorum, & breuitatem ſeruent, appoſitamque tranſitionem ex vna in alteram partem adhibeant: & caueant, vt feruor in priori parte concitatus, per ſequentem orationem interpeſcat. Quare facilius in genere deliberatiuo, quam in demonſtratiuo ſectionem iſtam concionis admiſerim.

CAPVT VI.

Praxis conſcribendæ Concionis.

ACcepta iam Arte inueniendi rerum dicendarum, ſimul & diſpo- 271
nendi, atque ad ipſas orationis partes accommodandi; nec non & tractandi, dilatandi, ac eloquendi: facile per ſe quiſque modum ſibi, ac formam ſcribendæ Concionis præſtituere potuiſſet. Quoniam vero 1 nonnulli alii qui de hoc genere ſcripſerunt, recto ſane conſilio, poſt præceptiones rationem ac methodum eius rei ſubiunxerunt; cumque hoc ad facilitatem & ſcribendi praxim, Artiſque velut ſummam quandam pertineat: decreui & ipſe rationem hic attexere adornandæ Concionis, iuxta conſilium & præceptionem meam.

1 Gran. li. 6. cap 12. Reg. lib. 10. cap. 13. Iul. ſerm 29. in Dom. ſer. & in praxi. conc.

a Ergo primum omnium Eccleſiaſtes, implorato diuino auxi- 272
lio, legat 2 attentiſsime atque adhibitis expoſitoribus, ſenſum hiſtoricum notet: conſideret ſententias: verba ſingula perpendat: itemque antecedentia & conſequentia animaduertat eius Euangelii, alteriuſue Scripturæ partis, de qua fit verba facturus.

2 Lib. 3. ſect. 2. ca. 4. n. 59.

a Primum ſcribentis munus, conſideratio Euangelii.

b Deinde, iuxta captum Auditorum, & facultatem propriam, ſe- 273
ligat inde quæſtionem ſiue thema, quod potiſsimum probandum & expli-

1 Lib. 2. ſect. 1. c. 2. n. 17.

b Alterũ ſelectio quæſtionis.

explicandum velit. Sit hæc quæſtio, quantum fieri poteſt, popularis, copioſa, fructuoſa, viribus ſuis accommodata, medulla totius illius Euangelij, quæque reliquis eiuſdem Euangelij partibus confirmari, atq; ornari poſſit. Præterea ſit vt plurimum quæſtio ſimplex: quod ſi interdum multiplex; habeant eius partes ſiue puncta explicanda connexionem inter ſe & vnitatem aliquam.

274 *e Tertium, quæſtionis per locos ductio.*

e Selectam quæſtionem per ſingula verba meditetur. Mox 4 tum ſubiectum, tum prædicatum, tum ipſam totam quæſtionis complexionem ducat per omnes locos: quorum indiciis res omnes atque omnia argumenta, quæ ex locis illius materiæ propriis, ad probandum, confirmandumque repererit, breuiter adnotet in aduerſariis.

4 Lib. 2. ſec. 2. c. 10. & 11.

275 *d Quartum librorum euolutio.*

5 Tum *d* ad bibliothecam ſe conferat. ibi S. 6 Scripturæ indices, & concordantias; expoſitores eius loci; Siluam allegoriarum; SS. Patres, & ſermonarios, qui de eo ſimiliue argumento diſſeruerunt; denique (ſi tantum otii nactus fuerit) prophanos omnes, & ſacros Scriptores, qui vel ex profeſſo materiam illam tractarunt, vel ex occaſione, aliudue agentes, aliquid ad ipſam concernens dixerunt, excutiat. Quam induſtriam adiuuabunt, minuentque laborem multiplices librorum indices: & aduerſaria ſua, locique communes ſi quos habet ex vmbratili multi temporis lectione congeſtos. Hæc autem codicum excuſſio, neceſſaria eſt: tum vt propoſitam quæſtionem directe, & indirecte Argumenta ab ſe per artificium inuenta, confirmet Scripturæ, Patrum, aliorumque autorum teſtimoniis, eruditamque adeo Concionem exhibeat: tum vt, ſi quà ingenium ſuum effugiſſent in excogitando, inſita rebus argumenta, ab illis acciperet; lucro duplici, argumenti, & autoritatis. Iam quidquid ex libris ad rem eruerit, ſcribat item in illis, quas diximus, aduerſariis, tabuliſue tumultuariis.

5 Præf. 6 Lib. 1. c. 5. & n. 32. Lib. 2 ſect. 2. c. 10. n. 117.

276 *e Quintum, inuentarũ rerum delectus & diſpoſitio.*

7 Ex *e* hac quaſi ſilua, tam proprio ingenio, quam alienis laboribus, per inuentionem comparata: habito loci, temporis, & perſonarum reſpectu, decerpat ea, quæ horæ vt ſummum, aut alio conuenienti citra horam ſpatio dici, diduci, tractari, exaggerari oratione minime indigeſta poſſint. Videat quænam omittere, quæ aſſumere: 8 quæ fuſius, quæ breuius tractare: quid prius, quid poſterius dicere: quæ per figuram præteritionem enumerare, quæ confertim ac conglobatim inculcare velit. Atq; omnia maturo iudicio digerat in ordinem congruentem.

7 Lib. 2 ſect. 2. c. 11. n. 123. Lib. 3. ſect. 1. c. 2 nu. 10. & ſect. 2 c. 2. & 3 à n. 41. & 54.
8 Leg. Quintil. lib. 5. cap. 12.

277 *f Sextum, argumento totum formatio ac deductio.*

f Selecta & ordinata tranſponat in alia tabula: ſic, vt puncta, & argumenta ſingula, quæ 9 fuſius dicenda delegit, ſummarie 10 formet in argumentationes: quarum propoſitiones, quatenus ipſe cenſuerit, ſimiliter confirmet per alia argumenta ex locis deducta atque ſelecta, argumentationibuſque ſuis diſpoſita.

9 Lib. 2. ſec. 2. c. 11. n. 123. 10 Lib. 3. ſec. 2. c. 1. 2. 3. 4.

Hinc

Digitized by Google

278 *g* Hinc 11 ex dicendorum medulla, cauſæque ſiue quæſtionis, totiuſque Orationis viſceribus, aptam exordii materiam exquirat.

g Septimũ, exordii excogitatio.

279 *h* His peractis, aggrediatur iam Rhetoricam ſcriptionem, tempore præſertim matutino, vel nocturno. loco 12 remoto, & (ſi fieri poſſit) obſcuro, ac ſacro: animo Dei ſpiritu, per 13 meditationem & ſacras preces, ad rem dicendum 14 commoto atque affecto: memoria fœcundata iam inuentionis ſcientia, & verborum phraſium, troporum, figurarum varia ſupellectili; hoc eſt, Arte dicendi prædita. 15 Et pedetentim quidquid eſt ſcripturus, mente prius bene mandat, tractet amplificet, exornet.

h Octauum ipſa deſcriptio.

280 *i* Atque ita ab exordio (quod erutum iam de cauſæ viſceribus voluimus 16) incipiat: quo tota Concionis ſtructura magis cohæreat. 17 Recte enim Quintilianus, principium, cogitatione quidem poſtremũ, verumtamen, vt pronunciatione, ita & ſcriptione vult eſſe primum: *Quandoquidem nec pingere quiſquam, inquit, aut fingere cœpit à pedibus: neque ars vlla conſummatur ibi, vnde ordiendum eſt.*

i Scriptio incipiat ab exordio.

281 *k* Poſt exordium, ſi 18 quæſtio ſuſcipitur infinita, id eſt, ad doctrinam comparata; ſequitur 19 confirmatio. Et poſt hanc, peroratio; vel ex breui enumeratione, ſi nemo ſit permouendus: vel etiam ex amplificatione, ſi (vt in omni Chriſtiana Oratione) excitandi ſint Auditores.

k Poſt exordium, quæ partes ſequantur in quæſtione infinita.

282 *l* Sin 20 autem quæſtio finita fuerit; & genus eius demonſtratiuum: vtique, ſi multæ cuiuſpiam actiones, reſue præclare commendandæ fuerint, ſequetur poſt exordium actionum rerumque narratio, non quidem perpetua; ſed interpolata cum amplificatione per locos conglobatos, & exornatione per varios tropos, figuras, & numeros eloquendi: ita vt narretur vnum aliquod facinus, & amplificetur atque exornetur; rurſumque narretur aliud, ſimiliterque amplificetur; & ita deinceps.

l Quæ vero in quæſtione finita, generis demonſtratiui.

Ad extremum fiet peroratio: vel breuiter omnibus per enumerationem repetitis: vel excitatis Auditoribus, ad rei commendatæ æſtimationem, admirationem, imitationem, &c. vel vtroque. Si vero vnicum tantum perſonæ facinus, aut vna prærogatiua laudanda ſuſcipitur: nihil diuerſi habet, niſi quod illa vel in exordio, vel poſt illud exponitur; ac tota deinde oratione extollitur & amplificatur; cum ſua ad calcem peroratione.

283 *m* Quod 21 ſi genus finitæ quæſtionis, fuerit deliberatiuum; exordium excipit confirmatio (narratio enim, quæ præteritarum eſt rerum, nulla eſt in hoc genere, quod futura ſpectat; niſi forte, quod faciendum ſuadetur, à re præterita aliqua dependeat: quæ narratio ſi fuerit, ante confirmationem locum habet.) Confirmationem claudit peroratio.

m Deliberatiui.

n Denique

11 *Lib. 3 ſec. 4. cap. 1.*
12 *Quintil. lib. 10. c. 3.*
13 *Lib. 1. c. 4. nu. 28*
14 *Lib. 2 ſec. 3. c. 1. nu. 169. & c. 3. n. 197. Lib. 3. ſec. 2. & 3.*
15 *Lege ſup. lib. 1. c. 6. nu. 55.*
16 *Lib. 3. ſec. 4. c. 1. a num. 235.*
17 *Quintil. lib. 3. c. 11.*
18 *Lib. 2. ſec. 1 c. 1 & 2.*
19 *Lib. 3. ſec. 4. c. 3. & 4.*
20 *Lib. 3. ſec. 6. 2. 3. 4.*
21 *Ibidem.*

Digitized by Google

n Iudicialis.

284 *n* Denique 22 ſi quæſtionis finitæ genus iudiciale fuerit; exordio ſuecedet integra rei geſtæ narratio: narrationem confirmatio, & hanc peroratio conſequetur.

22 *Ibidem.*

o Tractatio dilatatio, elocutio rerum.

285 *o* Iam 23 vero meminerit, in confirmatione, quæſtionem directis argumentis, & hæc argumenta aliis, aliiſque argumentis confirmari, tractari, dilatari: & ſententias ſiue autoritates (quæ inſitis argumentis miſcendæ ac maritandæ ſunt) eſſe perpendendas, venuſteque explieandas. Sciat 24 porro, omnem Orationem (quamuis ſit etiam doctina inſtruenda, & delectatione condienda) tamen ab ipſo capite dirigendam eſſe ad motum. qui in peroratione maxime concitandus eſt: & aliqua ex parte in deſignatis quibuſdam eonfirmationis ſedibus; vbi videlicet aliquod punctum bene tractatum, probatumque fuerit. Recte enim S. 25 Carolus: *Dabit*, inquit, *operam concionator, vt, quemadmodum per ſingula corporis membra ſanguis diffunditur: ita in omnibus concionis ſua partibus quædam inſint, quæ ad commouendum valeant.* Oratio 26 ſit vber ac eopioſa, praui aptoque numero culta, figuris diſtincta atque verſata: ſeruato ſemper decoro; præſertim vt, cum docetur ac confirmatur, tenuiter & ſummiſſe; cum delectatur, modice ac temperate; cum mouetur, grauiter ae vehementer id præſtetur.

23 *Lib.2.ſec.2.c.11.n.123. lib.3.ſect.2.c.2.n.41.*
24 *Libr.3.ſect.4 c.3.4.num.254. & 259.*
25 *S. Carol. 1.Conc. Prou. Mediol.*
26 *Libr.3.ſect.3.cap.1.2.3.*

Hæc omnia, quemadmodum fieri debeant, ſuis iam quæque locis præcipimus.

p Tota concio ſcribatur ad verbum: non tamen ad uerbum ediſcatur, ac pronuncietur.

286 *p* Totam Concionem ad verbum (initio præſertim ſuſcepti muneris) eonſcribi placet: tum vt 27 memoriæ facilius imprimatur: tum vt præcepta accuratius exereeantur: atque adeo vt limatior dicendi eharacter, habitualis, & fere ſecundum naturam euadat Oratori. quod enim ſcribitur, quaſi memoriæ imprimitur. Verumtamen 28 in ediſcendo, ae pronuneiando, ſi memoria natura durior, aut ediſeendi tempus non ſuffragentur: haud ſe verbis, eoniunctionibuſue ſingulis aſtringat. ne ex ſcripto recitans, vacillet, aut hæreat: neu frigide dieat, aut intepeſcat; tunc maxime, cum eſt in ipſo feruore dicendi: ne ad cantilenam ex dictione deflectat; dicatue potius ediſcenti ſimilis, quam oranti: vt denique, ſi quo feruor rapuerit, locum dare ſpiritui Sancto, eiuſque inſtinctui obſequi poſsit. *q* Potius vero memoria res ſolans comprehendens, libertatem ſibi eloquendi relinquat. Etſi in quibuſdam illuſtribus orationis locis, vt in vehementi aliqua amplificatione aut inſigni figura; atque etiam in procemio & in introductione confirmationis, dum timor dieendi calore euaneſcat, etiam verba memoriæ defigat.

27 *Sect.ſeq. c.1.396.*
28 *Quintil. lib.10.c 6. & lib.11.c.2.*

q Res potius memoriter accipiendæ.

r Quid intelligatur nomine rerum.

r Rerum 29 nomine, ſi, quid intelligam requiritur; dicam, res eſſe omnia Dialectica Argumenta, & formas argumentationum, modoſque illa tractandi, atque amplificandi: res eſſe omnes figuras 30 ſententiarum; ae tropos illos, qui non pendent à certo numero diſpo-

29 *Li.2 ſect.2.c.8.n.101.*
30 *Lib.3.ſec.3.c.2.n.95.*

Digitized by Google

diſpoſitione, ac collocatione verborum: inter res etiam poteſt cenſeri ipſe ordo rerum.

31 *Quintil. lib. 10. c. 4.*

ſ Denique 31 abſolutam ſcriptionem, non ſtatim, ſed poſt aliquantum temporis, dum ſcriptionis calor impetuſque deferueat, tranquilla mente cognoſcat, tanquam opus alienum. Recognitam, ſi vult, reſcribat. 288

ſ Nonum, recognitio ſcriptionis, & reſcriptio.

Sentio, me tacite in loco rogati, vt aliquam Concionem exemplaris in modum, non tantum Argumentis delineatam, & velut oſsibus 289
ſolis compactam, quemadmodum abſoluta inuentionis ratione præſtitimus 32 neque ſolum aliquam eius particulam, quamuis dilatatam, atque elocutione ornatam, vt in duobus aliis 33 paradigmatis egimus: verum etiam totam, integram, & argumentis, & diſpoſitione, & dilatione, atque elocutione; quaſi oſsibus, neruis, carne, ſucco, ſanguine, coloribus perfectam exhibeam, Artemque in ea demonſtrem. Vt *s* ſic Rhetorica, non ſolum præcipiendi, verū etiam & efficiendi ac iudicandi; id eſt, omnia ſua munera explere poſsit. Ego vero diu multumque ſuſpenſum hac in re me tenui. quippe qui nec tanto ingenio, prudentia, & eloquentia valerem: neque ad publice concionandum, præ virium imbecillitate deſtinatus, aptam eruditionis copiam ſelectam ac congeſtam haberem: optimeque noſſem, facilius multo eſſe, quid in quaque re deceat, videre, atque præcipere, quam re & factis exprimere.

32 *Lib. 2. ſec. 3. c. 12. á 126.*
33 *Lib. 3. ſec. 2. c. 3. & ſect. 3. ca. 4. á nu. 220.*

s Tria Rhetoricæ munera.

Tandem tamen hoc agere; ac quaterna diuerſarum concionum deliberatiui, & demonſtratiui generis, quæ frequentiſsime à Sacris Oratoribus adhibentur, exemplaria cudere decreui. temeritatis veniam vti ſpero conſecuturus: tum quia, non recondita eruditio à me, ſed ſolum Artis forma & praxis expectanda eſt: tum quia non eruditiſsimos viros (quibus ſuperuacuus eſt præceptor) ſed iuniores, rudioreſque hic informamus. Qui tamen ipſi, ſi dicendi artificium recte ceperint ac tenuerint, maiorique ingenio, & iudicio polleant, ediderint licet ſuo tempore meliora, interim intelligant, pinguis tantum exemplaris, ſeu verius rudimenti loco hæc eſſe.

CAPVT VII.

Paradigma Concionis in genere ſuaſorio.

DEliberatiuo genere Chriſtianis Oratoribus frequentiſsimo, nunc 290
ſuademus, nunc diſſuademus, vt ſuo 1 loco traditum eſt. Quare priorum Orationum altera ſuaſoria erit, altera diſſuaſoria. Vtraque vero quartæ cinerum feriæ, hoc eſt, auſpicationi quadrageſimalis curriculi accommodata: ſic tamen, vt altera Epiſtolæ, altera Euangelii ſententiam quandam pertractet.

1 *Lib. 2. ſect. 1. c. 1. & ſect. 2. c. 13. nu. 9. & 161.*

Conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio, & fletu, & planctu, Ioel 2.

291 *Exordium.*

a Beneuolentia captatur à perſonæ Auditorũ, à perſona Oratoris, à loco.

b Definitio ſig. ſent.

c Allegoria eroſ.

VTinam, *a* Mamertini, quanta veſtra fuit de mea facultate exiſtimatio; cum per communem Senatus illuſtriſsimi voluntatem me vt nihil tale merentem, ita neque audentem, neque adeo opinantem in vrbem nobiliſsimam, in *b* emporium ſacrarum artium, in roſtra nullis, niſi perfectiſsimis hortatoribus patentia aduocaſtis: tantum ego opinationi veſtræ iudicio, ingenio, eloquentia, vitæ ſanctimonia, charitate, zelo reſpondere poſſem. Profecto perficerem, vt & vos conſilii non pœniteret; & ipſe ad referendam ſummæ benignitati gratiam, in auxilium obſequiumque veſtrum omnes animi vires, omnia S. Spiritus chariſmata, omnes dicendi gazas effunderem. Nunc vero, quandoquidem is non ſum, & oppidò curta meæ domi *c* ſupellex reperitur: oro obteſtorque Chriſtianiſsimam humanitatem veſtram; vt Orationem meam inani quodam ſonitu cymbali inſtar, tinnientem, ſua religione velut animet, efficacemque reddat, vt quidquid Oratori defuerit, ſuppleat ſtudium deuotiſsimæ concionis. Nam ego (quod polliceri poſſum) omni ope conabor, vti mediocritas mea quantum ſtudio Scripturarum, quantum SS. Patrum lectione, quantum dicendi artificio atque exercitatione plurimos annos profecerit; totum quadrageſimali hoc ſpatio quaſi coarctans, auribus, animiſque veſtris impendat. *d* Quoniam vero multum initiis tribui, faueri multum ſolet; & mea facultas nihil habet, quod dignum vobis, dignum loco, dignum tempore proferat: auertam vos hodie à me audiendo; atq; ad communem parentem Eccleſiam, ſiue ad ſanctiſsimum Prophetam; ſeu verius ad Deum ipſum auſcultandum conuertam, ita per Prophetam & Eccleſiam fideles ſuos vniuerſos inuitantem atque alloquentem: 2 *Conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio, & fletu, & planctu.* Quibus verbis hortatur (atque hic eſt hodiernæ concionis ſcopus) vt hoc initio Quadrageſimalis pœnitentiæ à peccatis ad ipſum perfecta corporis animique conuerſione tendamus. *e* In quo attentionem commendare, quid opus eſt: cum & tantus Orator, Deus; & tempus ſacratiſsimum; & communis Chriſtianorum feruor; & negotium ſalutis noſtræ, de quo nunc agitur, non qualecunque attendendi ſtudium; ſed ſtabile, immotum, inuariatum repoſcat? Tantum igitur interpretis munere fungentes, hac ratione diuina verba inſinuanda aggredimur.

d Docilitas quæſtionis: conuerti nos ad Deum perfecta corporis & animi conuerſione debere.

2 *Ioel. 2.*

e Attentio commendatur à perſona hortatoris Dei, à tempore, à re.

Concionis Pars Prior.

292 *Confirmatio.*

f Debemus

COnuertimini f ad 3 me. g Prudenter ſatis Eccleſia, cui filiorum ſalus ſuorum mirum quantum cordi eſt, poſt tantas bachanalium dierum 3 *Ioel. 2.*

rum

rum inſanias, poſt tam multa anteactæ vitæ ſcelera, poſt longos à via ſalutis errores ac deliramenta; hoc initio temporis acceptabilis & dierum ſalutis, non ſuis, non cuiuſuis hominum, aut Angelorum, ſed ipſius Dei verbis hortatur fideles ad reſipiſcentiam, nimirum vt eam tanta dicentis autoritate, qua nulla maior eſſe poteſt, ipſis omnino perſuadeat. Etenim ſi quis æger Galenum, aut Hypocratem explorantem ſibi arteriam, curationemque præcipientem; ſi agricola Varronem, aut Catonem de agro excolendo dictantem; ſi miles Alexandrum, aut Scipionem, aut Cæſarem de ſtratagematis hoſtium monentem audiret: nihil profecto expectarent aliud, quin ſtatim, *h* ille pharmaca alacer exſorberet, alter ſarculo & raſtello prona ceruice incumberet, tertius effuſo citatoque greſſu ad vallum ſe ac munimenta reciperet. Quid tandem Chriſtianum illum facere æquum eſt: qui non hominem, in quantacumque peritia, erroribus nihilominus & ignorantiæ obnoxium; ſed illum, qui veritas æterna, & ſapientia eſt infinita; quem nihil præterit, nihil latet, tanta cura monentem auſcultet, vt vulneribus pœnitentiæ medicinam adhibeat; tanta ſerietate prædicantem, vt ſpinas lappaſque ex agro cordis euellat; tanta contentione clamantem, vt ex miſera captiuitate in libertatem, à diabolo ad ſe reuertatur. *Conuertimini 3 ad me?*

&poſſumus conuerti: & quidē quod cōuerti debeamus, in priori concionis parte: quod poſſimus, in poſteriori tractatur.

g Argumētum ab autoritate, per ſimilia à minori ad maius. Ejus argumentatio eſt inductio.

h Diſtributio fig. ſent.

3 Ioel. 2.

Atque vt plane perſpiciatis, inanem haud eſſe, aut hyperbolicam tantam Dei ſollicitudiem, ſed fundatam in ipſius negotii magnitudine: ſciendum eſt, fratres dilectiſsimi, *i* nihil eſſe aliud iſtam tam commendatam, tam inculcatam conuerſionem; niſi retrogreſsionem quandam hominis à peccatis ad iuſtitiam, à miſeria ad felicitatem, à creaturis ad Creatorem. Si quidem cum peccauimus, aures diuinæ inſpirationi occludentes, & ſuggerenti diabolo (cuius primus partus, ipſo parente peior ac deformior, peccatum fuit) obtemperantes; obuertimus (ô *k* humanæ confidentiæ!) terga creatori ac dilectori Deo faciem vero miſerrimæ creaturæ, ex nihilo profectæ, atq; in nihilum ex ſe abituræ aduertimus: *l* illum, & etſi minime id tunc cogitauerimus, attamen re ipſa contempſimus, hanc horonauimus: illum odimus, hanc amauimus: ab illo rebellauimus, huic adhæſimus: illū mancipii loco habuimus, deſpeximus, & factis Deum eſſe negauimus: hanc tanquam potiorem nobilioremq; Deum, affectuum thure coluimus, corpore animoq; litauimus, omni demiſsione adorauimus, & toto nos corde eius ſeruitio æternum (quod in nobis fuit) mancipauimus. 293

i Argumentum à definitione cōuerſionis. Cuius termini, A quo & ad quem: à contrario, id eſt, peccato & ab effectibus pœnitentiæ tractantur.

k Exclamatio fig. ſent.

l Oppoſitio fig. ſent.

In quo videte iam, quanta mala peccatorem occuparunt, atque exhorreſcite. Primum enim, vt inquit 4 Chryſoſtomus, peccatum ab homine Deum ſeparauit, inimicumque illi fecit: cum homo pernicioſa libertate gaudens, *m* tanquam ille 5 prodigus adoleſcens, portionem paternæ ſubſtantiæ, quæ ſe contingebat, accepit; ingenium 6 ſci- 294

4 Chryſoſt. lib. 3. de prouid.

5 Luc. 15.

6 Bern. ſer. de diuerſ. aff. animæ.

m A ſimili.

Digitized by Google

licet, memoriam, vires corporis, cæteraque ſimilia bona naturæ; quibus non ad diuinam, ſed ad ſuam vteretur voluntatem, eſſetque tamquam ſine Deo in hoc ſeculo. Quare merito conciliato ſibi Dei odio, cui, vt eſt apud 7 Salomonem: *Odio eſt impius & impietas.* Et maxima *7 Sap. 14.* conſequenter voluntatis eius abalienatione: *n* pro Patre miſericordiarum & totius conſolationis Deo, ſortitus eſt illum Deum vltionum iuſtum fortemque iudicem, terribilem in conſiliis ſuper filios hominum, & Deum zelatorem, qui tangit montes & fumigant. Ergo exul Ieruſalem, & Babyloniæ ciuis effectus, damnationis ſententiam, æternique reatum ſupplicij peccator incurrit; duas habentis partes, diuinæ viſionis priuationem perpetuam, & ignis ardentiſsimi cruciatum ſempiternum, habetque ſuper ſe virgam vigilantem eius, cuius manus effugere nuſquam poteſt: vt, quodcumque agat, quocumque pergat, ſemper inueniat infeſtum Deum; vſque dum à leuioribus huius vitæ ſuppliciis ad immaniſsimos, neque vmquam finiendos inferorum tranſeat cruciatus.

n Antithetum fig. verb. & ſen.

295 Quod ſi à Deo receſsiſſe miſerrimum fuit; *o* non minus infauſtum erit, quod inde ſequitur, acceſsiſſe diabolum factum eius mancipium, quandoquidem, 8 afferente tamquam pretio dulcedine temporalis voluptatis. Et quidem *iuſto diuinæ vltionis iudicio*, inquit 9 Bernardus, *prodigum illum & fugitiuum patris filium alter ſibi vſurpat in ſeruum.* vnde vni ciuium legitur adhæſiſſe, nempe vni ex malignis ſpiritibus: qui pro eo, quod obſtinatione irreparabili peccant, & tranſierunt in affectum malitiæ & nequitiæ, iam non ſunt hoſpites & aduenæ, ſed quaſi ciues & inhabitatores peccati, adhæſiſſe vero ciui pauperem & peregrinum adoleſcentem, nihil aliud fuit, niſi factum fuiſſe ſubditum illi: quippe qui miſit eum in villam ſuam paſcere, & ſeruum eſſe porcorum.

o Tranſitio fig. ſent.

8 Auguſt. expoſ. propoſ. epiſt. ad Roman.

9 Bern. ſer. de diuerſ. aff.

296 Neque diaboli modo, ſed & peccati ipſius (quod ex vera Chryſoſtomi 10 ſententia, diabolo peius eſt, & diabolum fecit) ſeruus peccator conſtituitur. Miſerrimam ſane conditionem! *Barbarum enim eſt peccatum* (inquit 11 idem) *& tyrannidem in animam ſemel captam exercens.* Quam dire *p* vexat, lacerat, ſecat; nihil illo inconſideratius, nihil amentius, nihil ſtultius, nihil violentius: omnia euertit, confundit, ac perdit: eſt viſu deforme, importunum, moleſtum, graue. *q* Ita vt non aberraret ille pictor, qui monſtrum hoc, quales externi poetæ fingunt Scyllas, ſic depingeret: mulierem quamdam, forma belluina, barbaram, nigram, deformem, fatuam, inſulſam, tetricam, ignem horribiliter ſpirantem. Cuius ſeruitute miſerabiliter obligatus & preſſus homo venumdatus ſub peccato, in ſordibus ſordeſcit adhuc; & inſatiabilibus cruciatur peccatorum deſideriis, atque affectibus vitiorum.

10 Chryſoſt. hom. 30. ad pop.

11 Hom. 9. in 2. ad Cor.

p Congeries fi. verb. & ſent.

q Deſcriptio fig. ſen.

Confir-

Confirma *r*, *ſ*, *t*, dictum hoc meum tu, exemplo tuo, ad tuam diuinamque gloriam, Auguſtine beatiſsime: Auditoribus meis, quid experiebaris in animo tuo dum adhuc delictorum iuuentutis tuę vincu. lis tenereris. Audite, audite iugo depreſſum, manicis pedicisque conuinctum; à quib. vt multum exoptaret, nulla ſe ratione poterat expedire: *Suſpirabam*, 12 inquit, neque mirum: ſequitur enim, *Ligatus*. Attamen neque gemiturum, neque ſuſpiraturum fuiſſet opinor, ſi corporalibus, non autem ſpiritualibus vinculis fuiſſet innexus: ipſomet ſic fatente: *Non ferro, ſed mea ferrea voluntate.* *u* At iam hoc ſtupendum, nec facile perceptibile: quanam ratione facultas, quæ ſic libera eſt, vt cogi non poſsit, & regnum ſedeſque ſit libertatis, ſeruum faciat, vinciatque hominem ſuum. O totius naturæ peruerſorem, ô omnis boni deſtructorem peccatum! Ecce tanti prodigii rationem: *Velle meum*, inquit, *tenebat inimicus, & inde mihi catenam fecerat, & conſtruxerat me.* vnde: *Nec* 13 *plene volebam: ideo mecum contendebam, & diſſipat à me ipſo.*

r Ab autoritate, & exemplo. *ſ* Apoſtrophe, & dialogiſmus fig. ſent. *t* Scita Auguſtiniani dicti tractatio. *u* Suſtentatio fig. ſent.

12 *Auguſt. lib. 8. conf. cap. 5.*

13 *Libr. 8. conf. c. 10.*

Atque hæc eſt illa diſtractio, animique diſcerptio in ſeipſo: dum 297
x vult, & non vult homo: dum, vt Medea illa 14 Ouidiana, videt, probat, laudat meliora; & tamen, quaſi fatali quadam neceſsitate compulſus, ſequitur deteriora. Eſt enim ad bonum paralyticus, omnibuſque virtutum neruis diſſolutus: contra vero habilis ac promptus, vt in omnia ſcelera non ſolum tendat, verum etiam prono curſu præcipitet. *Grauis animæ paraclyſis eſt peccatum*, inquit Os 15 aureum Chryſoſtomi; *immo & aliud quidpiam paralyſi grauius: quippe quod non tantum in omiſſione bonorum, verum etiam in malorum operatione verſatur.* Hanc vero tantam ad ima depreſsionem, vndenam fieri cenſetis, niſi ab iniquitate peccati, quæ ſedens in plumbi talentum 16 à Zacharia deſcribitur: propterea quod, vt explicator eſt S. 17 Gregorius, omne peccatum graue eſt, neque animum ad ſublimia eleuari permittit? Mementote nauis illius inobedientem 18 Ionam denehentis: quæ in ſummerſionis periculo vaſorum omnium iactu facto, nihil tamen alleuiabatur. Miratur hanc rem 19 Chryſoſtomus (cuius nomen, tanquam concionatorum Coryphæi, ſæpe & ſæpius vſurpo libentiſsime) miratur, inquam; & cauſa tandem deprehenſa, proloquitur: *Nihil tam oneroſum & graue, quam peccatum: quod & ſcapham tunc* (in Ionæ animo) *grauabat, & peſſumdari cogebat.*

x Paradoxum & venuſtas fig. ſent.

14 *Ouid. med.*

15 *Chryſoſt. hom. 40. ad pop.*

16 *Zach. 5.*

17 *Greg. ho. 2 in Ezech.*

18 *Ion. 1.*

19 *Chryſoſt. ho. 1. de pæn.*

y Heu miſeram ac deplorandam ſub tam graui tyranno preſſuram: quam omnis malorum cohors inſequitur? Hic enim deformitas ac turpitudo: cum diuina imagine deturpata, id eſt, recta ratione abiecta, ſicut equus & mulus quibus non eſt intellectus, viuit homo pecudum ritu potiusquam hominum, monſtro cuidam ſimilis, vt eſt autor S. 20 Gregorius, ex homine belluaque conflato. *z* Nam ventri parere, pecuniarum cupiditati ſuccumbere, ira excandeſcere, luxuriæ 298

y Tranſitio per exclamationem fig. ſent.

z Ab effectis.

20 *Greg. lib. 7. moral. cap. 15.*

turpitudine diffluere, num hominis, an non potius rationis frœna neſcientis beſtiæ mores videntur? Immo verro, ſi 21 Chryſoſtomo credimus, etſi non ſubſtantia, at voluntate in dæmonem conuerſum peccatorem dicemus; ob indiuiduam ſcilicet voluntatē conglutinationem: propter quam dictum Iudæis eſt à 22 Domino: *Vos ex parte diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis facere.* In hoc quoque ergaſtulo timor aſſiduus: *a* cum fugit 23 impius, perſequente nemine; inſtar 24 primi illius homicidæ, qui tremebundus, vagus, profugus terram peragrabat: cum 25 omnia pro ſuſpectis habet, tremit vmbras, timet omnem ſtrepitum; quemque de ſe ſermocinari, ad ſuam perniciam venire putat; ſi fulſerit, ſi tonuerit, vnum ſe depoſci arbitratur. *Non* 26 *eſt pax impiis, dicit Dominus: Sonitus* 27 *terroris ſemper in auribus impij: & cum pax ſit, ille ſemper inſidias ſuſpicatur.* *b* Quod ſi quam habere fortaſſe pacem videatur; eſt pax illa, de qua 28 Ezechias quærebatur: *Ecce in pace amaritudo mea amariſſima.* Hic præterea dolor & angor animi ex conſcientia malefactorum. Hic pudor ille, quem exprobrat 29 Apoſtolus dicens: *Quem fructum habuiſtis tunc in iis, in quibus nunc erubeſcitis?* Hic ſordes & maculæ peccando contractæ. Hic pædor & graueolentia, ex corruptis peccatorum vlceribus, & computreſcentibus in ſtercore ſuo iumentis, qui fœtor, etſi illi non ſentiatur, qui, vt ſcribit 30 Auguſt. non habet olfactum animæ ſanum. attamen angelicas, diuinaſque nares ita grauat; vt non ſemel doceat 31 Baſilius, Angelum vitæ noſtræ cuſtodem, à nobis cum peccatores perſeueramus, elongari. Hic deniq; bonorum omnium penuria, & omnium affluentia malorum. Quandoquidem cum peccatum nihil ſit, & hominem conſtituat ſine Deo, qui eſt ipſum ens & bonum, infinita perfectio, & bonum omnis boni: profecto, vt ſapienter 32 ait quidam: *Nihil eſt peccatore pauperius,* qui ab omni bono ad nihilum eſt deuolutus. Et ſane, ſi Dei gratiam, quam amicis ipſe largitur, bonum maius eſſe, quam bonum naturæ totius vniuerſitatis creatæ, docet *c* princeps 33 theologorum: ad quam egeſtatem redactum dicemus illum; qui ſtatim ac grauiter deliquit, gratiam Creatoris amiſit?

a Deſcriptio ſi. ſent.

b Conceſſio fig. ſent.

c Periphraſis trop.

21 *Chryſoſt. ho. 2. de Lazaro.*
22 *Ioa. 8.*
23 *Prouerb. 28.*
24 *Geneſ. 4.*
25 *Chryſoſt. ho. 8. ad pop.*
26 *Iſa. 48.*
27 *Iob. 15.*
28 *Iſa. 38.*
29 *Rom. 6.*
30 *Auguſt. in Pſal. 37.*
31 *Baſil. ho. in Pſal 31. & in orat. de peccato.*
32 *Chryſoſt. ho. 5. de prouid.*
33 *S. Tho. 1. 2. q. 113. a. 9. ad 2.*

299 Ecce tibi, peccator, in quot & quantas calamitates, in quam magnas ærumnas tua ſponte videns volenſque incidiſti, & in quam altam malorum foueam præcipitaſti. *d* Quam ergo gratiam nunc haberes *e* Ariadne cuipiam; quæ filum tibi ad euadendum cœco labyrintho porrigeret? quid deberet alicui Mercurio; qui moly herbam, ad recuperandam hominis dignitatem, quam Circæis carminibus dementatus, in fœdiſsimamque ſuem conuerſus perdidiſti, commonſtraret? Atque vt non fabuloſis poetarum figmentis, ſed veriſsimis diuinæ Scripturæ exemplis vtatur; quid perſolueres Angelo cuipiam, qui 34 fellis collyrio inunctis oculis tuis viſum reſtitueret? aut quid alteri

d Tranſitio fig. ſent.

e Allegoriæ trop.

34 *Tob. 11.*

35 *Ierem.2.* alteri Angelo; qui te immundum, & nequidquam nitro 35 lotum ac
36 *Iſa.6.* borith herba multiplicata exterſum, calculi 36 alicuius efficacitate
37 *Act.12.* mundaret? aut alteri: qui te, quamuis duplici 37 catena inter milites tartareos vinctum, cuſtoditum quatuor eorum vigilantiſsimis quaternionibus, & ab ipſis iam iam ad necem producendum, ſtertentem nihilominus, non tantum dormientem, mortiferæ ſecuritatis lethargo; percuſſo latere excitaret, manibus catenas excuteret, de Babylonico ergaſtulo eximeret, ferream obſtinationis portam aperiret, ac denique in ciuitatem iuſtitiæ libertatiſque traduceret? *f* O pœnitentiæ *f Exclamatio fig. ſent.*
virtutem admirabilem, pluſquam humanam, pluſquam angelicam, plane diuinam!

g Ipſa, quæ Dei miſerentis & animæ reſipiſcentis filia eſt, iniecta 300
in peccatoris mentem commiſſæ culpæ cognitione, incuſſo debiti *g Ab effectis.*
peccato ſupplicij timore, inflicto de offenſione & iniuria diuina dolore, immiſſa atque erecta ſpe veniæ à diuina miſericordia impetrandæ, excitato amore erga Deum tam liberaliter iniurias condonantem, alte defixo ſecuturæ emendationis propoſito firmaque voluntate, elicita peccatorum integra, aperta, humili confeſsione, excuſſa denique per opera pœnalia ſatisfactione: primum quidem ad vitam, reſtituta
38 *Rupert. in c.2. Apoc.* gratia, reuocat. Quemadmodum enim (vt eſt 38 Ruperti animaduerſio) peccanti protoplaſto 39 lignum vitæ interdictum fuit: rectiſ-
39 *Geneſ. 3.* ſima ratione pænitenti, euincentique peccata ligni vitæ eſus in Apo-
40 *Apoc.2.* calypſi 40 promittitur.

Deinde vulnera peccatorum ita ſanat, vt ne cicatrix quidem vlla
41 *Iſa.1.* remaneat: maculas ſic delet, vt veſtigium non appareat. *Si* 41 *enim fuerint peccata veſtra vt coccinum, quaſi nix dealbabuntur &, ſi rubra vt vermiculus, velut lana alba erunt.* Tum diabolum ex animo fugat: cum ipſa ſit
42 *Cant. 6.* mulier & virago illa, *pulchra* 42 *vt luna, electa vt Sol, terribilis vt caſtrorum acies ordinata.* Præterea infernum, derepta præda, contriſtat: *h* ſimilis *h Similitudo fig. ſent.*
43 *Iudith.* omnino Iudithæ 43 illi pulcherrimæ iuxta atque auſteriſsimæ mulieri; quæ detruncato Holoferne, ingentis confuſionis cauſa fuit in domo regis Nabuchodonoſoris. Ad hæc peccatorem belluam factum, re-
44 *Pſal.31.* format in hominem: hinc enim Pſalmo 44 illi trigeſimo primo, qui eſt de pœnitentia Dauidis, huiuſmodi titulus præſcriptus eſt: *Ipſi Dauid*
45 *S.Pagn.* *intellectus.* Siue, vt ex Hebræo vertit 45 quidam, *Dauidis intelligentia*. quaſi qui ab intelligentia peccando receſſerat, ſenſu tantum ductus velut irrationale iumentum; cum pœnitet deinde, atque à peccato recedit, intellectu præditus dici poſsit. *i* Immo vero, ſi peccato *k* peruer- *i A minori ad maius.*
ſitatis humanæ abortiuo fœtui tanta in malum poteſtas fuit, vt ex ho- *k Definitio fig. ſent.*
mine non belluam modo, ſed etiam diabolum faceret: quare denegetur huic diuinæ virtuti poteſtas, non tantum ex diabolo reficiendi hominem, verum etiam in angelum conuertendi? Ego *l* certe affirmare *l Affeueratio fig. ſen.*
audeo,

audeo, m ſi Lucifer ipſe, qui tantam cœlo ſtragem dedit ; cui tamquam ſummo primoque peccatori paratus à Deo fuit æternus gehennæ ignis; quique à ſumma Numinis maieſtate tam inſolenter & rebellauit ipſe, & exinde vſque ad hoc tempus tot angelorum hominumque myriades ſeduxit, perduxitque in æternum interitum: ſi inquam, ad obſtinatiſsimā voluntatem illam ſuam, non dicam ſpatioſam portam expanderet, ſed vel anguſtiſsimum foraminulū, tenuiſsimam rimulam, qua ſe diuinæ miſericordiæ germen iſtud inſinuare poſſet; aperiret: repente, in ictu oculi ex n protodæmone in primum Angelum, ex 46 obſcuro heſpero in luciferum mane orientem ; ex miſerrimo, fœtidiſsimo turpiſsimo in 47 plenum ſapientia, perfectum decore, omni pretioſo lapide præfulgidum reformatum iri, & in delitias priſtinas cœleſtis paradiſi reductum.

m Conduplicatio fig. verb.
n Contrapoſitum fig. verb. & ſen.
46 Iſa. 14.
47 Ezech. 28.

301 o Iam vero, p quemadmodum captiuus quiſpiam multis quidem ſe nominibus obligatum agnoſceret vindici ſuo ; qui ſe Barbaro ſeruitio oppreſſum, redemptum pretio aut vi ereptum, ſiſteret tantum in regione libertatis; quamuis cæterum nec indumentis nudum, nec pecunia pauperem releuaret. Ita maximum eſſet pœnitentiæ in peccatorem beneficium, ſi nihil conferret aliud, niſi dumtaxat à tyrannide peccati exemptionem, à Satanica oppreſsione libertatem. Nunc cum innumerabilibus præterea muneribus cumulet, ingenti munificentia exornet, ſumma benignitate opulentum faciat: quæ gratiæ, nedum referri aut agi, ſed haberi poterunt tanto numini?

o A ſimili, & à minori.
p Tranſitio fig. ſent.

302 Ecce enim ipſa, præter remiſsionem confert gratiam diuinam, animæ q deificum ornamentorum & robur. r Idcirco 48 in conſpectu ſedis, in qua viuens ille in ſæcula ſæculorum ſedebat, mare vitreū erat ſimile cryſtallo: mare, inquam, pœnitentiæ, propter copiam amaritiemque lacrymarum ; vitreum autem, ob confeſsionis perſpicuitatem; ſimile vero cryſtallo, propter gratiæ ſplendorem, quæ ex huiuſmodi lacrymis, inſtar cryſtalli precioſę gemmæ concreſcit. Atque interdum euenire poteſt, vt tantus ſit in pœnitendo conatus ac feruor, vt gratia ſanctitas, & iuſtitia duplex reddatur : aſſerente Propheta : *Conuertimini 49 ad munitionem vincti ſpei: hodie quoque annuncians, duplicia reddam tibi.* hoc eſt, vt S. 50 Hieronymus explicat: Cōuertimini ad Deum munitionem veſtram, peccatores, qui ſpem in illo habuiſtis : erit enim fortaſſe, vt iuxta exaggeratam pœnitentiæ magnitudinem, duplicia vobis ornamenta gratiæ ab ipſo reſtituantur. Cum gratia confert etiam dona S. Spiritus, aliaſque non paucas gratiæ pediſſequas comiteſque virtutes. Nec enim myſterio vacat Pſalmographi dictum illud *In 51 Spiritu vehementi conteres naues Tharſis.* nam quamuis apud Hebręos Tharſis mare ſignificet ; quare, naues ſint peccatores, per mare pœnitentiæ neceſſario ad ſalutis portum nauigaturæ, naturam 52 loco habentes

q Definitio fig ſent.
r Allegoria ſcripturæ.
48 Apoc. 4.
49 Zach. 9.
50 Hieron. ibid.
51 Pſal. 47.
52 Eucher. lib. formul. ſpirit. c. 8.

Digitized by Google

bentes cogitationes animum gubernantes: quas naues in ſpiritu vehementi conterit Deus, immiſsio videlicet magno contritionis dolore. Attamen etiam 53 Tharſis, locus eſt: in quem verus Salomon naues iſtas pœnitentium animorum mittit (Ambroſio 54 interprete) ad aſportandum inde aurum charitatis rutilantiſsimum, argentum ſapiẽtiæ perſonarum, caſtimoniæ ebur nitidiſsimum, deniq; pauones multicolores, id eſt, plurimarum pulchritudines, varietateſq; virtutum. Quid dicam de miraculo illo & efficacia plane diuina: qua bonorum operum merita per peccatum amiſſa, per pœnitentiam recuperantur: ſiue (quod idem eſt) bona opera mortificata reuiuiſcunt? Quid illud: quod, vt collyrium per expreſsionem lacrymarum clarificat oculos; ita hæc virtus claros purgatoſque reddit per compunctionem ſenſus cordis: vt mens diſpiciat, quid agere, quid omittere; quid ſequi à quo declinare, quam vitæ Cynoſuram ſpectare debeat? Ex quo intelligis, quam apte Laodiceæ Epiſcopum ad pœnitentiam exhortatus Angelus, 55 monuerit: *Collyrio inunge oculos tuos, vt videas.* Nec ſilentio prætereundum ſingulare illud beneficium: quo, ſanctificata pacataque conſcientia, iuge 56 homini conuiuium parat. Enim vero, ſublata turbarum cauſa, quod peccatum erat, ceſſat *ſ* turbatio: non *t* ſecus ac nubibus, nebulis, imbribus, ventis ex aere faceſſentibus, ſerenum redit. Qua in re, tanta hominem cœleſti iucunditate perfundi neceſſe eſt: vt etiam 57 Epicurus, Philoſophorum pecus, ad voluptatem illam ſuam quam humanarum actionum finem poſuit, perfruendam, tolli de medio peccata vellet: vt quæ, tanquam animo infixæ ſpinæ, timorem anxietatemque gignentia, minuerent ac plane tollerent voluptatem.

53 3. *Reg.* 10.
54 *Ambroſ. li.* 1. *de interpellat. Iob. c.* 5.
55 *Apoc* 3. *lege Richard. de S. Vict. & Dion. Carthuſ.*
56 *Prou.* 15.
57 *Senec. epiſt.*

ſ A coniugatis.
t Similitudo fig. ſent.

Denique ſic refectam ornatamque animam à peccato transfert 303
conuerſio ad Deum ens ſupremum; qui eſt *u* viæ iſtius ſupremus terminus vbi omne bonum homo conſequatur. Hic enim prodigus filius patrem recuperat: qui ſe nudum *x* famelicum, planeque perditum induat, ſaturet, reficiat. Hic Redemptorem captiuus agnoſcit: à quo reſeratis miſericordiæ theſauris, pretium ſalutis copioſum accipiat. Hic pulcherrimo, flagrantiſsimeque amanti ſponſo adultera reconciliatur anima: quæ, cum vocem eius illam amantiſsimam inaudiſſet, *Fornicata 58 es cum amatoribus multis; tamen reuertere ad me, & ego ſuſcipiam te*; reuerſa, vt par erat, annulum, monilia, omnemque mundum recipit, & nuptiali thalamo repotitur. Quis autem cogitando, nedum dicendo conſequi valeat, quanta ſit ipſimet Deo ex hac peccatoris reconciliatione lætitia? cum ratum ſit illud, quod in ea Scripturæ verba: *Oblationem 59 meam, & panes, & incenſum odoris ſuauiſsimi offerte per tempora ſua*; vbi alia litera habet, *Obſeruate, vt offeratis in diebus feſtis meis.* ratum, inquam, ſit illud, quod edicit ingenioſiſsimus 60 Origenes:

u Allegoriæ tropi.
x Diſtributio fig verb. & ſent.

58 *Ierem.* 3.
59 *Num.* 28.
60 *Orig. ib.*

A a

nes: *Habet Deus dies feſtos ſuos. eſt enim ei magna feſtiuitas humana ſalus.*
y Repetitio fig. verb. y Magna profectò feſtiuitas, ac totius viciniæ congratulatione digniſſima, 61 inueniſſe drachmam perditā totiuſq; domus euerſione quæſitam, magna feſtiuitas, per dumos ſenteſque conquiſitam diu, ac tandem repertam errabundam ouem ſuſtuliſſe in humeros, cæteroſque gregi incolumem reddidiſſe, magna feſtiuitas: quippe ad quam vt pertingeret, z cœlo deſcendere, ſerui formam accipere, labores tolerare, penuriam ſuſtinere, calumnias pati, raptari, vexari, cædi, crucifigi, occidi per ſummas ignominias ac tormenta non recuſauit. Quanta porro has Dei feſtas ſolemnitates cœleſtis curiæ exultatio comitetur: cum ipſius ore veritatis auditum fuerit, ſuper vno peccatore pœnitentiam agente ingens excitari gaudium Angelis cœloque vniuerſo? Imo vero quanta etiā lætitiæ voluptas, quanta hilaritas ceteras omnes creaturas perfundat: quippe illæ, quæ mœſtitudine prius velut oppreſſæ, rebelli homini inuitæ ſeruiebant; poſtea reconciliato famuli geſtiunt, Sol & aſtra nitidiori ſplendore, ignis calore ſalubriori, afflatu puriore aer, terra, aqua, animantes prouentibus, amœnitatibus, obſequiis & pluribus & libentioribus?

61 Luc. 15. — z Cōgeries fig. verb. & ſent.

304 a Hæc ſunt (vt de innumeris alijs taceam) bona tua ſingularia & maxima; hæc præclariſsima quæ confers munera; hæc vitalia cœleſtiaq; beneficia, quibus hominem peccatorem cumulas, ô b ſanctiſsima ad Deum conuerſio. Nec enim ſine cauſa te Deus mortalibus flagitiorum cœno obuolutis hodie commendat, exclamans: 62 *Conuertimini ad me in toto corde veſtro*: nouit quippe ſapientiſsimus margaritarius pretium margaritæ. Tu enim, encomiaſte tuo 63 Chryſoſtomo prædicante, tu es rutiliantior auro & ſole ſplendidior: quam adeo non infuſcat peccatum, vt à te potius ipſum clarificetur. c Tu es illa d delictorum medicina, iniquitatum conſumptio, lacrymarum bona impenſa, ad Deum fiducia, aduerſus diabolum arma & gladius vim eius recidens, ſalutis ſpes & deſperationis occaſus: quæ cœlum nobis aperiens, ducis in paradiſum. Tu es theſaurus ille opulentiſsimus, ad cuius accumulationē in hodierno 64 Euangelio Chriſtus hortatur: *Theſaurizate vobis theſauros in cælo.* O e miſericordiæ mater, & magiſtra virtutum, magna opera tua; quib. f reos abſoluis, reconcilias delinquentes, lapſos releuas, recreas deſperatos. g Per te nobis Chriſtus, eiuſq; 65 Præcurſor cœlorum regnum appropiatum deſignant, aientes: 66 *Pœnitentiam agite, facite fructus dignos pœnitentiæ: appropinquabit enim regnum cælorum.* Per g te ſubito rapuit h Latronem Chriſtus 67 ad regnum. Per te 68 Dauid poſt flagitium, recepit iterum felix Spiritum S. Per te 69 Manaſſes poſt cruenta facinora, ecce meruit fieri acceptab lis. Per te 70 Petro Apoſtolo, poſtquam ter negauit, porrecta eſt indulgentię dextera. Per te 71 filius prodigus regreſſus ad patrem, non ſolum amplexum oſculumq; paternū, ſed

a Motus à definitionibus conglobatis: & à coacervatis breuiterq; repetitis conuerſionis fructib. — b Apoſtrophe fig. ſen. — c Repetitio fig. verb. — d Definitiones conglobatæ. — e Definitio fig ſent. — f Effectus conglobati. — g Repetitio fig. verb. — h Exempla conglobata.

62 Ioel. 2. — 63 Chryſoſt. ſer. de pœn. & ho. 1. de eadem. — 64 Matt. 6. — 65 Matt. 3. — 66 Luc. 3. — 67 Luc. 23. — 68 2. Reg. 12. — 69 2. Paral. 33. — 70 Luc. 22. — 71 Luc. 15.

ſed etiam ſaginati epulum vituli veſtemq; inſignē meruit adipiſci. Per
71 Luc. 7. te 72 mulier in ciuitate peccatrix & fornicata cum amatoribus multis,
pectore tanquam fornace tui amoris igne ſuccenſo, vberes oculis de-
ſtillauit lacrymas: quo ſui baptiſmi fonte protinus lauit Chriſti pedes,
73 Ion. 3. crineque deterſit. Per te deniq; 73 Niniue ciuitas maxima, populuſque
integer barbarorum, vt *i* virtutem tuam ſenſit, vt odorem tuum ac- *i* Congeries fig. verb. & ſent.
cepit, vt ſaporem tuum dulcedinemq; guſtauit: Deum ſtatim ſapuit; a-
lacerq; tuum cilicium induit, cinerem tuum comedit, ieiunium tuum
protraxit, profudit lacrymas tuas, gemitum tuum ſuſpiriumq; emiſit,
fructus vbertatis tuæ abundanter exhibuit: & ſic per opera tua, non ſo-
lum decretæ mortis diſcrimen euaſit, verum etiam incognitæ vitæ co-
ronam accepit.

k Videre mihi videor non paucos ex auditoribus meis nobiliſsimis 305
tam ardenter affectos erga pœnitentiæ virtutem; vt ſe cohibere vix vl-
tra queant, quo minus à peccati mancipio in eius iura libertatemque
tranſcurrant, ſolum intelligere velle, quibuſnam officiis tantam Diuā
demereri, quanam ratione tantum bonum comparare poſsint. *l* Quaſi
tacite dicant: volumus quidem (ita inducti rationib. tuis ſumus) à viis
noſtris peſsimis cōuerti ad Deum: ſed doce nos, Eccleſiaſtes, doce nos
modum rectæ perfectæque conuerſionis. Ego vero, fratres mei dile-
ctiſsimi, tam ſanctis ſtudiis veſtris morem gerens, quemadmodum i-
74 Ioel 2. pſum vobis ad conuerſionē exhortatorem dedi Deum dicentem: 74
Conuertimini ad me: ita nunc eundē rei huius inſtructorem doctoremq;
75 Deut. 32. dare pergam. vt (75 quandoquidem *Dei perfecta ſunt opera*) idem ipſe,
qui conuerſionem commendauit, conuertendi quoq; modum defi-
niat. Subdit igitur: *In toto corde veſtro, in ieiunio, & fletu, & planctu.* Qui-
bus verbis perfectam, id eſt, totius hominis conuerſionem; modumq;
ſimul interiorum, exteriorumque pœnitentiæ functionum exercen-
76 Leuit. 6. darum explicauit. Neq; enim ſine myſterio 76 victimam pro peccatis
integram cremandam, ipſe olim præcepit.

k Tranſitio ad alia queſtionis puncta: nimirū ad partes, ſeu conditiones conuerſionis.

l Dialogiſmus fi ſent.

m Ac primum quidem debemus ad Dominum corde conuerti: *n* vt 306
membrum illud, quod primum in hominis formatione viuit, primū
quoque in ipſa reformatione reuiuiſcat. Debemus vero conuerti toto
77 Gloſſ. interl in cap. 2. Ioel. corde; id eſt, ſecundum 77 interlinearem gloſſam, intellectu & firma
voluntate: vt noſtra à peccatis ad Deum reuerſio ſeria ſit, vera, per-
durabilis. Quæ enim labiis tantum, aut externo ritu, & ſuperficie te-
nus, non etiam corde fit *o* conuerſio; peruerſio, & mendacium eſt:
78 Ierem. 3. de quo apud Ierem. conqueſtus eſt Dominus: *Non 78 eſt reuerſa ad me
præuaricatrix Iuda in toto corde ſuo, ſed in mendacio.* Quæ item non in toto
fit corde, ſed in parte cordis, dum illecebris peccatorum delinitus
79 2. Cor. 6. homo vult & non vult; & ficta eſt, cum nulla ſit 79 participatio lucis
ad tenebras, nulla conuentio Chriſti ad Belial: & nec diuturna,

m Cordis conuerſio quid ſit, quæ neceſſitas eius, & qui fructus: id eſt, à definitione, & effectis

n Venuſtas fig. ſent.

o Agnominatio fig. verb.

Digitized by Google

p Allegoria trop. relabante rurſus in Erebi profundum p Orpheia Eurydice (hoc eſt, hominis anima, vt poetæ in fabula Philoſophantur) ob viri, id eſt, rationis incontinentiam, retro contra præceptum traditum reſpectandis. Quæ porro autem eſt iſta totius cordis conuerſio? q Audi 80 Bernardum ſic reſpondentem: vt nimirum deinceps ſolum Deum amemus, ac timeamus; ſecundum eum gaudeamus atque triſtemur, totum enim cor in his quatuor affectionibus eſt, dolore, lætitia, timore, cupiditate. Audi 81 Secheniam totius nomine populi Eſdræ profitentem, ac proferentem in hac verba: *Nos prauaricati ſumus in Deum noſtrũ, & duximus vxores alienigenas de populis terræ: & nunc, ſi eſt pœnitentia in Iſrael ſuper hoc, percutiamus fœdus cum Domino Deo noſtro; vt proiiciamus vniuerſas vxores, & eos, qui de his nati ſunt, iuxta voluntatem Domini.* Nempe, quemadmodum explicat ordinaria 82 gloſſa, omnem peccati radicem extirpemus, & fruticem; eiectis ſcilicet vxoribus cum omni ſobole, hoc eſt enim, veraciter pœnitentiam agere ex toto corde: & intus ad Dominum conuerti; & omnem foris peccandi materiam occaſionemque ab ipſa origine reſecare. Audi rurſus 83 Bernardum, dulciter enim canorus & melleus eſt: *Non eſt conuerti ad Dominum toto corde niſi ſciſſo corde.* Pergitur enim in diuina illa exhortatione: *Et* 84 *ſcindite corda veſtra.* Iam, ſi quis eſt (inquit) cuius voluntas circa vnum aliquid ſolet obſtinatior inueniri; r ſcindat cor ſuum gladio ſpiritus, quod eſt verbum Dei: ſcindat illud, & in multas minutias diſpertiat; quatenus ad vnum omnia, cum diuina, tum humana præcepta conſeruet; ac multiplici ſciſſione Spiritum 85 Domini multiplicem perſequatur. Imitetur virũ illum ſecundum cor Dei, dicentem: *Paratum* 86 *cor meum Deus paratum cor meum*, id eſt, paratum ad aduerſa, paratum ad proſpera; ſ paratum ad humilia, paratum ad ſublimia, paratum ad vniuerſa, quæcunque præceperis. vt veriſsime huc quoque dictum 87 illud referri poſsit: *Quis vt Dauid, fidelis, ingrediens, & egrediens ad imperium Regis?* Si quis eſt præterea, cuius cor prauum fuerit, ſanieq; peccatorum corruptum: ſcindat illud ad confeſsionem humilem, ſinceram, animoſam: aperiat vlcus, vt ſanies effluat, nec peccati virus in corde clauſum delitefcat. Si quis eſt denique, cuius cor durum ad opera miſericordiæ fuerit: ſcindat illud ad compaſsionem, vt viſceribus effluat pietatis, nec indigenti proximo t miſericordiæ neget affectum: ſi futurum vult, vt miſericordiam ipſe à Patre miſericordiarũ conſequatur. Dicamus nos planius, quid ſit ad Deum toto corde conuerti, non enim eſt, æqualem offenſioni diuinæ concipere dolorem: quod impoſsibile eſt, cum offenſio Dei ſit infinita, homo vero nihil infinitum in ſatisfactionem afferre poſsit; ſed tantum eſt, conuerti ſerio & ſincere, nec frigide, ſed feruenter, hoc eſt, vt ſimpliciter ab omnibus peccatis, tanquam à ſummo malo, quod nobis contingere poſsit abhorreamus. Iam

q Repetitio fig. verb.

r Exhortatio fig ſent.

ſ Congeries, & repetitio fig. verb & oppoſitio cum interpretatione fig. ſent.

t Traductio fig. verb.

80 *Bern. ſer. 2. in capite ieiunii.*

81 *1. Eſdr. 10.*

82 *Gloſſ ord. ibi.*

83 *Bern. vbi ſupra.*

84 *Ioel. 2.*

85 *Sap. 7.*

86 *Pſal. 16.*

87 *1. Reg 22.*

Digitized by Google

Iam vero totius ſic ardentis,ſic dilacerati cordis conuerſio eſt illa,quæ Deum , qui videt in abſcondito & commercia cum cordibus habet, promeretur. Ceteræ autem conuerſiones,quæ vel ſimulatæ & ſuperficiales tantum,vel obliquæ aut dimidiatæ ſunt: tantum abeſt, vt veraciſsimum illud numen placent, vt exaſperent potius,ac duplicem eius iracundiam mereantur. *u* Enimuero, ſi te quiſpiam homo tui ſimilis graui aliqua contumelia affeciſſet;velletque poſtmodum per ſatisfactionem reconciliari ac redire in gratiam tecum : non admitteres illum, immo vero æquum cenſeres eiicere, animumque aduerſus illum durare magis ; ſi, non dicam cor inſpiceres, quod non potes ; ſed ſigna quædam externa dumtaxat, quæ perſæpe mentiri poſſunt, non recti cordis deprehenderes. Quid facturam cenſes maieſtatem illam infinitam atque omnipotentem, à te viliſsimo homuncione, abiectiſſimo eius mancipio ſigmentoque læſam,& *x* innumerabilibus, grauiſsimis, ſæpe & ſæpius iteratis omnis generis iniuriis flagitiiſque intolerandis irritatam: ſi viuente ſe atque vidente, ſimulatus, inuitus,corde auerſus acceſſeris? *y* Quod ſi ſolaris orbis radios oblique recipiens tellus, vitali fomento non incaleſcit: directa percuſſa, planetæ benigniſsimi beneficia ſentit. Ergo ſi ad iuſtitiæ ſolem, non obliqua conuerſione, ſed toto, pronoque ſinu cordis reſpexeris, tum demum ager *z* animi tui diuina gratia, donis, virtutibuſque cœleſtibus reſperſeris.

u A minori ad maius.

x Epithetũ fig.verb.

y A ſimili.

z Metaphora trop.

a Teſtem huius veritatis omni exceptione maiorem aduocemus Moyſen illum ſanctiſsimum virum, qui tot annorum decades Dei ad homines interpres fuit, diuinorum conſcius ſecretorum. Quid ait iſte ad populum præuaricatorem?quam illi pœnitentiam ad Deum demerendum commendat? *Cum* 88 *quæſieris Dominum*,inquit,*inuenies ; ſi toto corde quæſieris eum, & tota tribulatione animæ tuæ*, & iterum: *Si* 89 *ductus pœnitudine cordis, reuerſus fueris ad Dominum in toto corde tuo, & tota anima tua, miſerebitur tui*. Sed alterum, quæſo, in teſtimonium adducamus, non minoris autoritatis virum , nec minus participem cœleſtium ſacramentorum, quippe hominem ſecundum cor Dei : vt in ore duorum tam indubitatæ fidei teſtium ſtet hoc veritatis pronunciatum omnino inconcuſſum. Dicat iam Pſaltes diuinus, explicet, cuinam pœnitenti à peccatiſque conuerſo propitius fiat , cohæreatque per gratiam Deus: *Prope* 90 *eſt Dominus* (Sic pulſatæ accinit Lyræ) *omnibus inuocantibus eum* ; *omnibus qui inuocant eum in veritate*: *Iuxta* 91 *eſt Dominus iis,qui tribulato ſunt corde*. *b* An eſt,peccator, vt hæſites adhuc , neque huic apertiſsimę veritati aſſentiaris? num vis ipſammet veritatem(neque enim aliud ſupereſt)loquentem audire? Ego vero, quandoquidem Deum hodie concionantem protuli, morem poſtulato geram: vt etiam in hac re illum, qui via, veritas & vita eſt, & in quo Deus erat

a Ab autoritate.

88 Deut 4.

89 Deut.30.

90 Pſal 144.

91 Pſal.33.

b Apoſtrophe fig.ſen.

Digitized by Google

mundum ſibi concilians, apud ſanctum 92 Iſaiam ita de ſe prædican- 92 *Iſa. 61.*
tem auſcultemus: *Spiritus Domini ſuper me vt mederer contritis corde, miſit*
c Conduplicatio fig. verb. *me.* c Audin', audin', cordis, tam ab ipſo quam à ſuis fieri mentionem,
cum de cõuerſione Diuinam miſericordiam impetratura ſermo proponitur? Iam ergo nullus dubitationi reſtictus eſt locus: num cõuerſio primum ac precipuum cor pœnitentis expoſcat.

307 d Tranſitio ad corporalem pœnitentiã: quæ conuerſionis cordis effectus eſt, & ad cõuerſionis perfectionem requiſita.

d Vbi enim cordis e arce potita pœnitentia fuerit, quod reliquum eſt regni, ſpontanea deditione accipiet: vt nimirum ipſum quoq; corpus ieiunio, fletu, cilicio, ceteraque omni aſperitate afflictum conſpicetur.

e Allegoria tropi. f A ſimili, & à contrario. g Contentio fig ſent. h Repetitio fig verb. i A ſimili.

f Quemadmodũ enim impoſſibile eſt (inquit 93 Chryſoſtomus,) vt ignis inflammetur in aqua: ita impoſſibile eſt, compunctionem cordis in delicijs ac voluptate vigere. Contraria enim ſunt & ſe inuicem perimentia: ſiquidem g illa h fletus, hæc riſus eſt mater: illa conſtringit, hæc cor diſſoluit: illa animæ innectit alas, & volare facit ad cœlum; hæc plumbi pondus imponit, & ad infernum demergit. i Ac ſicut febris ardor viſceribus veniſque incluſus, aliuſue quiſpiam interior cruciatus proditur exteriori pallore, fletu, agitatione, triſtitia: ita, cum vehemens pœnitentiæ ſpiritus mentem occupat (ait 94 S. Gregorius) omne exterius gaudium perturbat; vt nihil iam, niſi flere libeat, nihil niſi quod terrere poſſit, attendat. Quam veritatem cum haberet optime ſanctus Doctor perſpectam; venit ipſi in mentem, vt reſipiſcentem peccatorem ſtructuræ altaris illius holocauſtorum compararet. 95 Eſt enim, inquit, k altare holocauſti cor hominis, ſeſe per pœnitentiã macerantis. vbi peccatorum ſuorum memor, lacrymis ſe lauat, carnemque per abſtinentiam macerat: ex mœrore compunctionis ignis ardet, & caro conſumitur; iuxta illud 96 Apoſtoli: *Vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem.* Hic craticula in modum retis, id eſt, varia mortificationum inter ſe connexarum genera: ſuper qua homo torretur, & caro conſumitur; cum ſcilicet carnalis & animalis homo deſtruitur, & in ſpiritualem cœleſtemque mutatur; aſſerente cum omni veritate Apoſtolo: 97 *Licet is qui foris eſt, noſter homo corrumpatur; tamen is, qui intus eſt renouatur de die in diem.* An nunquam legiſtis in lege 98 id, quod non ſine l myſterio percepit olim Deus: nec hœdus in lacte matris coqueretur? niſi enim hic myſterium eſſet, numquid de hœdis cura eſt Deo? aut quid perperam factum habet, hœdum genuino lacte elixum, palato reddere gratiorem? Sed aduertit myſterium Doctor ſagaciſsimus D. 99 Thomas: hœdus quippe figuram gerit peccatoris; ipſomet interprete Chriſto, qui ad ſuam iudicis ſiniſtram partem ſtatuendos hœdos prædixit. Hic, ſi peccato per veram cordis compunctionem moriatur, non eſt coquendus in lacte matris; non eſt blanditijs deliniendus; non 100 purgandus mediocribus tenerrimiſque Eccleſiæ diſciplinis: ſed auſte-

k A ſcripturæ trop. l Scripturæ allegoria.

93 *Chryſoſt. li. 2. de compunct. cordis.* 94 *Greg.* 95 *Hom. 12. in Ezech.* 96 *Rom. 12.* 97 *2. Cor. 4.* 98 *Exod. 23.* 99 *S. Th. 1. 2. q. 102 a. 6. ad 4.* 100 *Rabbanus.*

Digitized by Google

auſterioribus præceptis atque aſperitatibus eius ſunt decoquenda pec-
cata. *m* Et quidem quantum vnaquæque corporalium pœnalitatum
ex affectu contriti cordis ſuſceptarum, ſiue ad placandum Deum, ſi-
ue ad contriſtandum diabolum, ſiue ad vitiorum profligationem, vir-
tutumque adeptionem vim habeat; dicerem ſane, *n* niſi *o* patien-
tiæ veſtræ ac benignitatis *p* aura ex aduerſo reflans inualeſcentem di-
cendi Spiritum remitteret, curſumque incitatiſsime Orationis inhi-
beret.

m Tranſitio fig verb.
n Præteritio fig. ſent.
o Beneuolentia.
p Metaphora ſeu allegoria trop.

q Propterea de ieiunio, lacrymiſque duntaxat, quæ & tempori
conueniunt, & in orationis argumento aperte nominantur, *r* modi-
cum quid deliberaturi ſumus: tantum, vt quæ propoſita fuerunt ad
dicendum, dicta iam quomodo fuiſſe videantur.

q Docilitas: ex omnib. exteriorib. pœnitentiæ actibus ieiunium, & fletus tantũ delibantur.
r Attentio.

Quid autem de ieiunio dicemus, ſummis præconijs *ſ* ab omni-
bus Patribus tam Græce, quam Latinæ Eccleſiæ celebrato? omni
tempore, tam naturæ, quam legis & gratiæ culto atq; obſeruato? qua-
drageſimali præſertim, à Moyſe, ab Helia ſuſcepto, & à Chriſto eorum
vtriuſque Domino non ſolum ſuſcepto, verum etiam ad omnem Ec- 308
cleſiæ ſuæ poſteritatem conſecrato? *t* Ieiunium enim, præterquã quod
pœnitentiæ propriiſsimum munus eſt, tanquam primi hominum pec-
cati antidotum: corpori etiã medetur atq; animum inſtruit; medicus
idem hominis, & magiſter. *u* Medicus quidem: quandoquidẽ 101 ca-
pitis dolores tollit, cerebri defluxiones ſiſtit, aufert de corde fuligines
deobſtruit viſcera, purgat ventriculi officinam, ſanguinem defœcat,
natiuum calorem erigi ac inſtaurari permittit, carnem ſolidat, robo-
rat vires, ſenſus reddit perſpicaces, claros affert vultui colores, om-
nes denique morbos fugat, & lætam pulchramque valetudinem con-
ſeruat. Norunt hoc priſci *x* corporum curatores; qui diæta & vo-
mitu vniuerſis morborum generibus medebantur. Norunt optime
& recentiores medici: qui non alio profecto pharmaco libentius, quã
moderata victus ratione ſe ipſi curarnt. Curarent eadem vna ceteros
mortales; niſi hi medicorum excellentiam à plurimorum, *y* pharma-
corum ne dicam, an venenorum? præſcriptione iudicarent. Et ſane
dignum eſt animaduerſione quod obſeruat 102 Chryſoſtomus, ieiu-
nium vitæ, gulam mortis ſemper cauſam extitiſſe. Vt enim omittatur
Prouerbij dictum illud: *Plures occidit gula, quam gladius*: quare homini
in paradiſo præceptum ieiunij Deus 103 impoſuit? nimirum vt viueret
æternam vitam. Quam 104 gulæ illecebra ademit, atque audire fecit
horribilem illam mortis ſententiam: *Terra es, & in terram ibis; cinis es, &
in cinerem reuerteris*: quæ Domini verba, tamquam fidelis Echo, ad au-
res cuiuſque noſtrum hodie mane ſacroſancta reſonauit atq; inſuſur-
rauit Eccleſia. Nam idcirco 105 Helias, poſt quadraginta dierum ieiu-
nium, translatus eſt à Domino, ac tot annorum chiliades viuit adhuc:

ſ Ieiunium commendatur à teſtimonio.
t Ieiunium, pœnitentiæ effectus ſaluberrimus
u Digreſſio in laudem ieiunii, per eius effecta.
x Periphraſis trop.
y Dubitatio fig ſent.

101 *Chryſ. ſer. 1. de ieiu. & hom. 3. ad pop.*
101 *Chryſ. ſer. 1. de ieiu.*
103 *Geneſ. 2.*
104 *Chryſ. ſer. 2. de ieiu.*
105 *3. Reg. 19.*

contra

contra vero ille alius Propheta ad increpandum Ieroboam legatus, quia præceptum ieiunij, quamuis deceptus, violauit, à leone in itinere Dei iuſſu eſt interemptus. Immo vero integræ vaſtiſsimæ ciuitati Niniuitarum ieiunium vitam attulit; prohibens ne rueret, ſuiſque tot hominum myriades ruinis opprimeret. Neque modo vitalis medicus, ſed & 106 magiſter vitæ noſtræ, attributus à Deo homini primo eſt ieiunium: quandoquidem claram facit animam, mentem eleuat, acuit intelligentiam, auget memoriam, geſtus componit, reddit facilem linguam, ſedat animi perturbationes, mores informat, hominem denique rationi tradit in manus. *z* O bonorum omnium ſeges, ô malorum omnium antidotum ſalutare, ieiunium! *a* Ieiunium autem (attendite fratres mei) non 107 tantum à cibis, ſed & à peccatis. Non enim os tantum ieiunet; ſed & oculus, & aures, & pedes, & manus, & omnia corporis membra. *b* Nam ſi non gula ſola, ſed peccauerunt & membra cetera; cur non ieiunent & ipſa? Ieiunet ergo oculus, qui deprædatus eſt animam; ieiunet à curioſis, à vanis, à noxiis aſpectibus. ieiunet auris nequiter pruriens, à fabulis, & rumoribus, & quæcunque otioſa ſunt, & ad ſalutem minime pertinentia. ieiunet lingua à detractione & murmuratione, ab inutilibus, vanis, atque ſcurrilibus verbis. ieiunet manus ab operibus omnibus, quæcunque non ſunt imperata. ieiunent pedes, ne viam perditionis inambulent, ſed per ſemitam ſalutis incedant. Propterea namque ciborum ieiunium ſuſceptum eſt, vt carnis impetum coerceat, & 108 equum rationi facilem reddat. Quod ſi corporeis membris ieiunium imperandum eſt; multo magis animus ipſe ieiunet à vitijs & propria voluntate: vt 109 in diebus ieiuniorum noſtrorum non inueniantur peruerſæ voluntates noſtræ, ambitio, auaritia, iræ, rixæ, contentiones, rapinæ, luxuriæ; ſed Dei voluntas, qui ieiunium, quod à nobis exigit, illud eſt: vt diſſoluamus colligationes impietatis & faſciculos deprimentes; vt miſereamur proximo, nec opprimamus vt frangamus eſurienti panem noſtrum, & quidquid ori ſubtrahimus, pauperi largiamur; vt egenos, vagoſque domibus noſtris excipiamus; vt nudum operiamus; vt omnia denique fraternæ commiſerationis & charitatis opera exerceamus.

z Exclamatio fig ſent. poſt exaggerationem à conglobatis effectibus.
a Ieiunii adiuncta.
b A pari.

106 *Chryſoſt.*
107 *Chryſ. hom.1.16.22. ad pop. Bern ſer.1. de ieiun. quadrag.*
108 *Chryſ. hom.71. ad pop.*
109 *Iſa.58.*

309

Porro lachrymarum præconia, virtuteſque admirabiles quis enumeret? *c, e,* Lacrymæ *d* enim, *f* ſanguis 110 ſunt, vulnerato contritione corde effluentes; doloris indices, teſtes conuerſionis. Lacrymæ ſunt, baptiſmus culparum; 111 cœleſtis, incenſum à peccatis extinguens rogum, pelagus, quo pœnitentes nauigant ad veniæ portum. In iis enim 112 peccatrix illa mulier, cuius erant peccata multa, vbi calidum illud balneum ex ſuis oculis ad Chriſti pedes deſtillauit; & vidit tamquam in ſpeculo, & lauit tamquam in piſcina maculas delictorum. 113 Petrus autem, amare flendo, mare ſibi fecit, quo remearet ad Do-

c Cōmenmendantur lacrymæ à definitionibus conglobatis, ab effectibus, ab adiunctis.
d Motus, & affectus lenes.
e Repetitio fig. verb.
f Venuſtas fig. ſent.

110 *Hieron. vt refert Gal. Pariſ. cap.8. de moribus.*
111 *Chryſ. ho 3. de pœn. & ho 22. ad pop.*
112 *Luc.7.*
113 *Matt. 26.*

ad Dominum, quem à ſe trina illa negatio infinito ſine controuerſia
interuallo diſiunxerat. Lacrymæ ſunt muſtum Dei, quod ipſe infert in
cellaria ſua; vt bibat, & inebrietur à ſuauitate *g* amariſsimorum po- *g* Cohabitatio figu. verb.
culorum. Etenim quod in Pſalmo, ſecundum vulgatam editionem,
114 *Pſal.* 55. dicit Propheta: 114 *Poſuiſti lacrymas meas in conſpectu tuo*: & alius 115 ver-
115 *Pagn.* tit, *In libro tuo* Hebraica litera præfert: *In vtre tuo*; id eſt, in cado ſepa-
rato & peculiari tuo. *h* Quaſi dicere Pſalmiſta voluiſſet. Deus cordis *h* Sermocinatio figu. ſent.
mei, Deus Abraham, Iſaac, & Iacob patrum meorum, dilectorum tuo-
rum; Deus Sabaoth, Sanctus Iſrael; contra quem ego peccaui duplex
& grande pecccatum: ſecurum accedere me faciunt ad te lacrymæ
meæ, quibus per ſingulas noctes lauo lectulum, & rigo ſtratum meum;
& quæ ſunt mihi panes die ac nocte; quibuſque miſceo poculum meũ,
ſi quando bibendum mihi eſt ad extinguendam ſitim. Securum, in-
quam, me faciunt: tu enim illas, Domine, præ benignitate miſericor-
diæ tuæ gratas adeo habuiſti; vt menſæ tuæ nullum alium liquorem,
niſi lacrymarum mearum apponi iuſſeris, ad exhilarandum cor tuum
ad inebriandum te, ad inducendam in animum tuum obliuionem
meorum omnium delictorum. *k* O lacrymæ igitur, *i* triſtitiæ filiæ, *i* Definitio fig. ſent.
116 *Chryſoſt. hom. 5. de pœnit.* nepotes 116 peccati. vos ex peccato ortæ, peccatum deletis: *l* non ſe- *k* Apoſtrophe fi. ſent.
cus ac vermis in ligno natus, lignum corrodit. O lacrymæ, vitales *l* Similitudo fig ſent.
adeo: vt, ſi ſuper animam à peccatis interfectam decideretis, ad gra-
117 *Bern.* tiam reſuſcitetis. O lacrymæ pœnitentium, muſtum 117 amoris, vi-
num lætitiæ, nectar Dei, & Angelorum. numquam bibitur in illa men-
ſa iucundius, quam cum talis liquor à terra noſtra peccatrice propina-
tur. O lacrymæ denique, conuerſionis monile baccantes margaritæ:
118 *Ioel. 2.* quas ſummus Artifex interſpergi imperauit, cum dixit: *Conuertimini*
118 *ad me in fletu, & planctu*. Vos enim pœnitentiam commendatis, au-
getis, illuſtratis, & quaſi coronide impoſita perfectam exhibetis. Exu-
berate vos in cordib. & oculis noſtris: quia nos interim dulcedine af-
fecti veſtra, curſum ſiſtimus orationis; ac pauliſper in veſtro amarore
libentiſsime interquieſcimus.

Commendatio Eleemoſynæ, &c.

119 *Chryſoſt. hom. 6. & 7. de pœn.* *k* Pœnitentia, inquit 119 Chryſoſtomus, ſine eleemoſyna mor- 310
tua eſt, Pœnitentia ſine pennis volare in cœlum nequit: pennæ autem *k* Ab adiunctis conuerſionis; antecedentib. & effectis eleemoſynæ.
pœnitentiæ, eleemoſynæ ſunt. Quapropter Cornelio bene pœnitenti,
120 *Act. 10.* religionis & pietatis penna eleemoſyna fuit: *Eleemoſynæ* 120 *tuæ, & ora-*
tiones tuæ aſcenderunt in memoriam in conſpectu Dei. Idcirco etiam apud I-
121 *Iſa. 58.* ſaiam 121 Deus ieiunium, pœnitentiamque requirit miſericordiæ o-
peribus inſtructam. *l* Quid ita? *vt audiatur*, inquit, *in excelſo clamor ve-* *l* Interrogatio, & ſubiectio fi. ſent.
ſter: vt placetis æternum iudicem. At enim rectus, incorruptus iudex
ille eſt: numquid pecunia flectitur? *m* Flectitur pecunia, non ſua ta- *m* Conceſſio fig ſent.

men, ſed inopum manibus accepta. Da inopi pecuniam, & iudicem mitigaueris: fac eleemoſynam, & peccata 122 tua redemeris, &c. 122 *Daniel.* 4.

Concionis Pars Poſterior.

311

n Tranſitio à priori ad poſteriorē partem. Cōfirmationis altera pars: quod ſc ilicet cōuerti facile poſſimus. Tractatur autē à cauſis: quæ ſūt Dei gratia, noſtrum arbitriū, Eccleſiæ hortatus, vanitatis ſæculi impulſus.
o Docilitas.
p Attentio fig. ſent.
q Licentia, & aſſeueratio fig. ſent.
r Definitio fig. ſent
ſ A teſtimonio.
t Ab autoritate.
u Interro.

n Conuerſionis, ac pœnitentiæ bono multiplici, eiuſque partibus oſtenſis iam, commendatis, atque in illuſtri poſitis: reliquum eſt, vt amplectamur parentem optimam: & exhortanti Deo, *Conuertimini* 123 *ad me*, reſpondeamus vti decet, Ecce Domine conuertimur ad te. 123 *Ioel.2.* Verumtamen vtrum hoc facultatis *o* noſtræ ſit, & quanam ratione aggrediendum; video non neminem doceri cupientem. *p* Accipite paucis, Auditores; atque ad metendam Concionis ſegetem, intentam animi falcem erigite. Conuerti ad Deum, adeo procliue eſt; vt *q* dicere non verear, totum id eſſe in noſtra poteſtate: ac non conuerti, tantumdem eſſe, quam *r* nolle conuerti. Etſi enim prima, præcipua, ac tota fere motio fit à gratia & ab illo ipſo Deo, qui affectus iniuria, placari ſe tamen optat. Cum apertiſsime *ſ* veritatis ore dictum ſit: *Nemo* 124 *venit ad me, niſi Pater meus traxerit eum.* Nihilominus ad- 124 *Ioan. 6.*
eo bonum Dominum habemus, tantumque nobis de prompta eius voluntate auxilioque poſſumus polliceri: vt diuinos omnes theſauros ſuos in noſtris manibus arbitrioque collocaſſe videatur. *t* Nonne *u* ipſius verba ſunt illa: *Nolo* 125 *mortem peccatoris, ſed vt magis con-* 125 *Ezech.*
uertatur, & viuat? Nonne ipſius ille clamor inuitantis: 126 *Conuerti-* 33.
mini ad me: Proiicite 127 *à vobis omnes præuaricationes veſtras, & facite vo-* 126 *Ioel. 2.*
bis cor nouum: & quare moriemini, domus Iſrael? 128 *Fornicata es cum ama-* 128 *Ezech.* 18.
toribus multis: tamen reuertere ad me, & ego ſuſcipiam te? Numquid non i- 128 *Ierem.3.*
pſe eſt, qui de cœlo deſcendit, 129 quærere, & ſaluum facere quod 129 *Luc.19.*
perierat? qui 130 non venit vocare iuſtos, ſed peccatores? 131 qui re- 130 *Matt. 9.* 131 *Mat. 18.*
lictis nonaginta nouem ouibus, centeſimam, quæ deerrauerat, per ſalebras & prærupta quæritauit? Annon eſt ipſe, 132 Samaritanus ille, 132 *Luc. 10.*
miſertus eius, qui in latrones inciderat? ille, qui 133 peccatores reci- 133 *Luc.15.*
cipiebat, & manducabat cum illis? ille denique. *Pater* 134 *miſericor-* 134 *2.Cor.2.*
diarum, & Deus totius conſolationis? Quis porro explicet gratiæ ipſius beneficia, molitiones, artes varias, quibus peccatorem mouet, vrget, ſtimulat; vt ad ſe redeat, & ſuo ſe Creatori reſtituat? Nunc (vt obſeruat 135 S. Proſper.) *x* ſuadendo exhortationibus, nunc Exemplis mouendo, terrendo periculis, incitando miraculis, dando intellectum, inſpirando conſilium, ſpem infundendo, excutiendo & concutiendo conſcientiam, cor ipſum illuminando, & fidei ac pietatis affectionibus imbuendo, alias mulcendo beneficiis: flagellis alias percutiendo; non ſemel tanti boni, id eſt, pœnitendi occaſiones crebras offeren- 135 *Proſp. lib. 2. de voc gen. cap.26.*

x Effectus conglobati.

offerendo, *y* auferendo impedimenta, difficultates explicando. *z* Quid pluribus moror? mille iuuandi artes. Et quiſquam eſt igitur: qui, quod non conuertatur à peccatis ſuis, tanti numinis benignitatem audeat incuſare? Iam vero Chriſtianorum omnium communis mater Eccleſia quibus ſtudiis cum ſuo ſponſo conſpirat, vt filios ſuos peccatorum morbo affectos priſtinæ valetudini reſtituat? Ecce enim, hoc præſertim tempore, quo pacto ſpiret tota pœnitentiam: velatæ *a* imagines, mœſti altarium miniſtrorumque paratus, orationes prolixæ, longa indicta ieiunia, aſperſi capitibus cineres, cantus lugubrior, concionatores vbique pœnitentiam reſonantes. Hæc iam mundi vanitas, *b* rerum inconſtantia, iucundorum labiles fluxus, voluptatum aculei, vitæ incommoda, mortis quotidie impendens calamitas, ceruicibus imminens diuinæ vltionis gladius; quid ſunt aliud, niſi ad diuinæ benignitatis aſylum compellentes ſatellites? Cum igitur vniuerſa, quæ conuerſionem perficiunt, nos agant, & quacumque poſſunt ope compellant: in nobis eſt vt conuertamur. *c, b* Neque idcirco longæ ſuſcipiendæ peregrinationes, ſulcanda nauigiis maria, patrimonia effundenda, ſorbenda amarulenta pharmaca, ferri ſectiones, ignis vſtiones experiendæ: non ſudandum, non laborandum, non multum conandum: Deus non deeſt: velis conuerti; & conuerteris. Quid facilius? quid pronius?

y Agnominatio fig. verb.
z Apta conclusio enumerationis vt dictũ eſt lib. 2. n. 175.
a Circumſtantia conglobata.
b Enumeratio partium.
c Ab excluſione difficultatum.
b Suſtentatio fig. ſent.

c Et tamen, heu miſeram mortalium conditionem! voluntatis vnicum hunc aſſenſum ne præbeamus, omni ope molitur dæmon, & nos ipſi obſtinamur. Ille quippe mortis cogitationem, ſtimulum acutiſsimum noſtræ conuerſionis ad Deum, abigere aut obliterare de memoria noſtra conatur: atque *d* vt olim primis parentibus mentitus eſt: *Nequaquam* 136 *moriemini*; ita nunc cunctis verterator callidus ſpem vitæ ingerit, iuuenibus, ſenibus; ſanis, infirmis; pauperibus, diuitibus; voluptuoſis, miſeris. *e* Et quemadmodum pictor, quæ in tabella coniunctiſsima loco ſunt, artis impoſtura longiſsimis facit interuallis apparere diſtantia: non ſecus *f* præſtigiator malignus, longe diſsitam oſtendit nobis illam, quæ vicinius nos, quam vmbra corpus ſequitur, mortem. Neque hac vna tantum vtitur aſtutia: omnes inſidias, omnes machinationes adhibet; quibus pœnitentiæ ſalutarem mœſtitudinem animo deradat. Similis omnino Sichem illi: qui curioſam *g* filiam Iacob, tabernaculo patris ad contemplandas mulieres regionis in qua peregrinabitur egreſſam, cum induxiſſet ad flagitium, proptereaque illa mox angeretur: *Triſtem* (vt inquit Scriptura) *blanditiis* 137 *deliniuit*. Eadem ratione, ex ſententia Sancti 138 Gregorii, cum mens à culpa reſipiſcit, ad ſe ducitur, atque admiſſum flere conatur: corruptor autem diabolus; vt triſtitiæ vtilitatem ſubtrahat, ſpes ac ſecuritates vacuas 312

c Impedimenta ad conuerſionem ſunt Dæmon, & hominis obſtinatio.
d A pari.
e A ſimili.
f Periphraſis trop.
g Ab exemplo & allegoria ſcripturæ.

136 *Gene.* 3.
137 *Gene.* 34.
138 *Greg.* 3. *p. paſt. c.* 30.

Digitized by Google

h Repetitio fig. verb.

i Diſtributio fig. verb. & ſent.

proponit; *h* modo aliorum facta grauiora; modo nihil eſſe quod perpetratum eſt; modo miſericordem eſſe Deum; modo tempus adhuc ſubſequens ad pœnitentiam ſupereſſe, interim vero *i* laborem eſſe, verecundiam, anxietatem peccata recolere, confiteri, ſatisfactione expiare.

k A cauſa finali.

Hæc autem ideo: *k* vt dum per hæc decepta mens ducitur, ab intentione pœnitentiæ ſuſpendatur: adeoque diuina vltione præoccupata, bona nulla tunc percipiat, quam nunc mala nulla contriſtant; & tunc plenius obruatur ſuppliciis, quæ nunc etiam gaudet in delictis. Verum quid attinet incuſare diabolum, ſi homo ipſe diabolus ſibi eſt; & conuerti dum procraſtinat, perit? Cuius enim ſunt verba illa apud 139 Iſaiam, efflagitantia à Domino: *Manda, remanda; expecta, reexpecta; modicum ibi, modicum ibi:* cuius, inquam, niſi torpeſcentis ac ſtolidi peccatoris? *Manda remanda*, clamat: dum doctores à Deo miſſos, quotidie ad pœnitentiam hortantes audit libenter, & tamen pœnitentiam ſemper differt. *Expecta, reexpecta*, rogat: dum quotidie ſpatium pœnitentiæ poſtulat; quotidie proponit, tali ſe die, tali feſto confeſſurum. *Modicum ibi, modicum ibi*, conqueritur: cum totum vitæ ſpatium, modo in vno, modo in altero vitio tempus inſumenti videtur per modicum; ideoq; ſerio conuerti procraſtinat. 139 *Iſa. 28.*

313

Peroratio.

l A breui enumeratione effectuũ conuerſionis, & peccatorũ, per allegorias conglobatas.

m Commoratio figu. ſent.

Quare autem procraſtines, mi frater, negotium, in quo de toto aſſe controuertitur; deque integra, vel ſalute, vel perditione tractatur? *l* Iaces *m* obuolutus cœno ſordidiſsimo: & tamen euadere, cum poſſis, detrectas? Redactus es, decocto patrimonio, amiſsiſque omnibus bonis, ad extremam inopiam & recuperare cum facillime valeas, non curas? vulneratus es ad mortem: & ſanari refugis? Fregiſti ad ſcopulum nauim, miſerrimeque naufragus, Oceani in medio, tumentibus vndis obrueris: & obuiam tabulam, ſalutis tuæ ſpem vnicam, apprehendere reformidas? Quid inquam? Occidiſtis filium Regis. Rex furore incenſus, habet te carcere, catenis, compedibus, manicis peruinctum: vt iamiam ad immaniſsimum ſupplicium raptari merito, diſcerpi, trucidari, dilaniari imperet. Tu tamen (ô lapidem, non hominem!) non trepidas, non ſupplicas, non procumbis: ſed in tanta rerum acerbitate atq; periculo, contempta maieſtatis potentia, dormis, rides, ludis ſecurus?

n Interrogatio figu. ſent.

n Quid hac amentia ſtultius? quid iſta confidentia impudentius? quid hac ruina perditius? Quo tibi mens? quo conſilium? quo ratio, ô homo particeps rationis?

314

o Ab autoritatib. conglobatis.

An es oblitus, quid clamet, quid moneat veritas *o* Scripturarum? Quid 140 Sapiens edicat: *Memor eſto, quoniam mors non tardat: Non tardes* 141 *conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem; ſubito enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ diſperdet te?* Quid 142 Ieremias enuntiet: 140 *Eccli. 15.* 141 *Eccli. 5.* 142 *Iere. 31.*

Date

Digitized by Google

Date Domino Deo veſtro gloriam, antequam contenebreſcat, & antequam offen-
dant pedes veſtri ad montes caliginoſos: expectabitis lucem, & ponet eam in vm-
43 Iſa. 55. *bram mortis, & caliginem?* Quid alius Propheta 143 concorditer reſonet:
Quærite Dominum, dum inueniri poteſt: inuocate eum, dum prope eſt? Quid
144 Pſal. 31. Pſalmiſta 144 cum Deo loquatur: *Pro hac* (peccatorum indulgentia)
orabit ad te omnis Sanctus in tempore opportuno? Quid denique, vt moni-
tores ceteros miſſos faciam, Deus ipſe, qui tibi infenſus eſt, & placari
145 Prou. 1. nihilominus ſe à te peroptat, eloquatur: *p Vocaui, 145 & renuiſtis; ex-* *p* A pari.
tendi manum meam, & non fuit qui aſpiceret: ego quoque in interitu veſtro ri-
debo, tunc inuocabunt me, & non exaudiam? O verba, ô denunciationes
horribiles! Et audes, peccator, procraſtinare, tuamque de die in diem
differre conuerſionem?

q Iam noui excuſationem tuam, quid te detineat: ignauia, modi- 315
cus labor, virtutis aſperitas, præſens voluptas, occaſionum illecebræ: *q* Confutatio procraſtinantium.
quibus tu, lactatus interim longioris ſpe vitæ, futuræque veniæ, tantiſ-
perdum frui poſſe confidis. Audeſne iſta tecum, non dicam ſtatuere,
ſed cogitare, ô *r* terræ fili, ô nihili nepos? audes menſem vnum, diem, *r* Definitio fig. ſent.
horam vnam tibi promittere; qui tot ſimiles tui mortales, momento,
de ſumma valetudine ac robore, ſubitaneo interitu deturbatos aſpe-
146 Bern. xiſti? *Quid de futuro miſer* (increpat te, non ego, ſed 146 Bernardus) *tam*
temerarie diſponere præſumis: tamquam Pater tempora, & momenta in tua, &
non magis in ſua poſuerit poteſtates *ſ* Quaſi vero etiam (vt concedam in- *ſ* Ironia Tropor.
terim, diuturnam ſupereſſe tibi vitæ vſuram) qui pollicitus eſt, in gra-
tiam ſuam te recepturum, quacumque hora ingemueris; fuerit quoq;
147 Leui. 11. Deut. 14. pollicitus, certo ſe effecturum vt ingemiſcas? Nonne *t* cycnum 147 *t* Allegoriæ Scripturæ.
Deus, quamuis albam, & pulchram, & ſuauiter canoram auem, iterum
atq; iterum reprobauit: quod cantus ſuauitatem in horam mortis reii-
148 Leuit. 1. Hug. de S. Vict. de claustro an. lib. 3. ciat? 148 Nonne de ouib. in holocauſtum, agnum anniculum, & non
arietem: id eſt, iuuenem, & non ſenem poſtulauit?

O quam multos Latro 149 ille in extremo conuerſus, exemplo 316
149 Luc. 23. *150 Exo. 14.* ſuo decepit! Aegyptij, quod viderunt Iſraelem 150 mare medium ſic-
cis veſtigiis pertranſire, poſt eos ſe coniecerunt, idem ſibi euenturum
151 Pſal. 105. arbitrantes, at quid illis factum eſt? *Reduxit 151 ſuper eos Dominus aquas*
maris: vnus ex eis non remanſit. An tariſsima Dei beneficia, tantum præſu-
mis, vt audeas tibi polliceri? Ergo, ſi quis in peccatis extinctus diuina
benignitate reſuſcitatus eſt ad pœnitentiam, ſperes fore vt ipſe quo-
que reſuſciteris? an non credas potius, ibi te perpetuo futurum, vbi-
152 Matt. 7. Luc. 6. cunque decideris? Ita profecto, ita: *u* non ſperet 152 arbor mala, bonos *u* Sententia fig. ſent.
ſe fructus edituram: nec animus ſemper in peccatis enutritus, in pœni-
tentia ſe deceſſurum.

Neque vero arbitreris, extremas illas lacrymas, gemitus, ſuſpiria, 317
demiſsiones, preces, pectoris tunſiones veræ conuerſionis fructus

Digitized by Google

x Exemplũ ex S. Scriptura.
y Narrationis conditiones.
153 2. Machab 9.

ſemper eſſe. x Audi, quid de Antiocho rege illo peccatore 153 narret Scriptura, & contremiſce. y Hic pro ſceleribus ſuis percuſſus à Domino inſanabili, & inuiſibili plaga, id eſt, internis doloribus viſcerumque tormentis: nec non de curru cadens, graui membrorum colliſione vexatus, eo infelicitatis redactus eſt, vt eius de corpore vermes ſcaturirent, fœtorque egrederetur, non ſolum vniuerſo exercitui, ſed ſibimet ipſi intolerandus. Hinc diuina admonitus plaga, ad agnitionem ſui venire cœpit: manifeſtamque Dei virtutem in ſeipſo conteſtans, prorupit in hęc verba: *Iuſtum eſt, ſubditum eſſe Deo, & mortalem non paria Deo ſentire.* Ecce tibi agnitionem, ecce confeſsionem culparum. Vin' propoſitum, & ſatisfactionem? iam accipe: Sanctam ciuitatem Ieruſalem, quam ſepulchrum Iudæorum facere prius decreuerat, nunc optat liberam reddere: & Iudæis Athenienſium immunitates pollicetur. Ad hæc, templum, quod ante ſpoliatum compilauerat, optimis donis ornatorum ſe recipit, & ſancta vaſa multiplicaturum, & pertinentes ad ſacrificia ſumptus de redditibus ſuis præſtiturum. quid plura? Iudæum ſe futurum promittit, & omnem locum terræ perambulaturum, & Dei poteſtatem prædicaturum. z Num his maiora, & luculentiora pœnitentiæ ſigna deſideras? non diceres; iſtum certo certius ſaluatum iri? Sed quid ait Spiritus Sanctus? arrige aures, peccator: *Orabat, inquit, hic ſceleſtus Dominum, à quo non eſſet miſericordiam conſecuturus.* a Quamobrem? quia & ſero illum, & nec vere pœnituit. Siquidem ad veram conuerſionem efficax Dei gratia neceſſaria eſt: quam conuerti procraſtinantes, adeo non meremur, vt in dies magis, ac magis indigni demereamur.

z Suſtentatio fig. ſent.
a Interrogatio & reſponſio fig. ſent.

318 Verum ego (quod ſperandum non eſt) b condonabo tibi; vt quandocunque ipſe deſignaueris, conuertaris: iam quod officij genus eſt, quæ ratio, quæ humanitas, & vrbanitas inimicum te viuere Deo tuo: cuius beneficio viuis, ſpiras, paſceris, valetudine frueris, affluis voluptatibus? Quæ mens, quod conſilium eſt, c velle vitam perdere, fraudari meritis: quidquid agis (væ autem ſi non agas) inutile eſſe; ieiunare, & nec ſatisfacere, nec mereri; dare eleemoſynam, & infructuoſum eſſe ad æternam vitam; orare, pſallere, plurimaſque Chriſtianorum functiones obire, prorſus ſine merito, ſine præmio, d tanquam ſi pecuniam in pertuſum ſacculum immiſiſſes? e O mi homo, excutere de ſomno iſto, ſurge de puluere, iam tandem reſipiſce. Quid cogitas, quid moliris, quid agis? qua ſpe, quo conſilio male viuus f viuis in ſanie inſaniaque tuorum peccatorum?

b Conceſſio fig ſent.
c Ab effectis.
d Similitudo fig. ſent.
e Exhortatio fig ſent.
f Agnominatio fig. verb.

319 Sed iam miſſa faciam argumenta vniuerſa, & ſilebo ipſe: tantum auſculta perorantem illum Deum, quem orantem hactenus audiuiſti. Ecce ipſe de g de tribunali thronoque miſericordiæ, h apertis ad amplexendum vlnis, benigna ac flebili voce inuitat te: i Fili dilectiſsime, quem

g Periphraſis trop. & definitio fi ſent.

quem ego præ ceteris creaturis ad ſimilitudinem meam produxi; fili *h* Deſcriptio & proſopopœia fi ſen.
amantiſsime, quem ego nullo tuo merito ſed mera charitate mea, ad
eam, qua fruebar ipſe, fruendam olim felicitatem deſtinaui; fili viſce- *i* Repetitio fig. verb.
rum meorum, quem ego perditum iam, non verbo, vt olim, ſed ruptis
cordis viſcerumque compagibus, omnibus hiantibus membris, &
mortali mihi connixu in hac ſella regeneraui: peccaſti in *k* me, con- *k* Conuerſio fig. verb.
154 *Chryſoſt. hom. 47. ad pop.* tempſiſti, ſpreuiſti me 154 diabolo viliorem reputatum; proculaſti ſan-
guinem meum effuſum pro te; & odio proſecutus illum es, qui amo-
rem tui ſuum acerbiſsima pro te obita morte eſt proteſtatus. Et nunc,
fili, ſcio, quia ignoranter hoc egeris, delinitus deceptuſque vanæ ac
fugacis illecebra voluptatis: conuertere iam ad me in toto corde tuo.
An non vides expanſa in amplexus brachia? quid cunctaris? reuertere
ad me, & ego excipiam te, tuorumq; delictorum amplius non recor-
dabor.

155 *Chryſoſt. ad Theod. lapſu. & hom. 46. ad pop.* Noli, quæſo, moram trahere: *l* non enim tam 155 graue fuit ceci- *l* Sententia fig. ſent.
diſſe luctantem, quam iacere velle deiectum: nec tam iraſci me fecit
peccaſſe; quam nūc inflammat peccaſſe, & nec dolere. humanū quip-
pe reputo delinquere, ſed indormire delictis diabolicum. Quare vis i-
nimicus mihi viuere, patri amantiſsimo? Caue fili, ne ſuperueniat re-
pentina calamitas, quæ ſpes omnes tuas deiiciat. Quid ſcis, an in *m* cle- *m* Varietas fig. ſent.
pſydra parum modo aquæ fluxurum ſuperſit; an dierum tuorum finis
inſtet? an iſta nocte repetant animam tuam? Ne permittas (obſecro
per ſalutem tuam, per amorem meum) ne permittas, vt ego ab hoc mi.
ſericordiæ tribunali tranſeam ad iudicij rigoriſque tribunal: vt refi-
gam hoſce pedes, & velociter curram ad effundendum ſanguinem: vt
reuellam manus iſtas, & acuam vibremque vt fulgur gladium meum.
Viuo ego, nolo mortem tuam; ſed magis vt conuertaris, & viuas. qui
156 *Baſil. ho. de pœnit.* 156 viuo, viuere te volo: & quare morieris? Fratres, hodie, *n* hodie in- *n* Conduplicatio fig. verb.
quam, ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra: atque ad
157 *Ioel. 2.* eius benigniſsimum inuitatum, quo: *Conuertimini* 157 *ad me*, exclamat:
Ecce, Domine, iam nunc conuertimur ad te, diſertis vocibus, & certo
corde reſonate. *Finis.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

CAPVT VIII.

Paradigma Concionis in genere diſſuaſorio.

ET hæc altera Orationis forma, licet oppoſita ſuperiori, ſub eodem 320
genere deliberatiuo eſt: iuxta cōtrariorum naturam, quæ ſub eodē
genere adunantur. Et quidem, ſi rem expedientem, & amplectendam
factuque facilem oſtenderis; perſuaſeris: diſſuaſeris autem, ſi vtrum-
1 Lib. 1. ſect. 2. c. 13. n. 161. que, vel alterum ex capitibus infirmaueris, vt 1 alibi declaratum eſt.

Nolite

Digitized by Google

Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra, Matth.6.

321

Exordium. *a* Beneuolentia à ſua & Auditorum perſona, & à re. *b* Suſtentatio fig ſent. *c* Metaphora trop.

QVæ mens, quod conſilium tuum fuit, ciuitas nobiliſsima, tanto ſtudio per conſenſum illuſtriſsimi Senatus tui pergere aduocaſſe *a* me, hominem tam *b* malam gratiam tantæ benignitati relaturum: qui tibi omnes opulentiſsimos theſauros tuos, omnia bona, quibus à natura atque à fortuna tam affluenter abundas, nobilitatem, diuitias, delicias, commoda, amœnitates *c* compilarem; annuncians tibi iam nunc, in ipſo quadrageſimæ veſtibulo, Chriſti Domini luculentam ſententiam: 1 *Nolite theſaurizate vobis theſauros in terra?* Quæ ratio *t* dicat, ſtudioſe quærere perniciem ſibi? pretio ſibi malum comparare? 1. *Matt.6.* Taxarem profecto prudentiam in hoc tuam, niſi intelligerem, ſagaciter animaduertiſſete, diuini verbi ſatores à Deo mitti; cum *d* vt 3 euellant, & deſtruant, & diſsipent; tum vt congegent, & ædificent, & plantent, meque adeo, etſi *e* runcina armatum; at etiam in ſitorio præcinctum inſtrumento adfuturum: ſique terrenas iſtas, æruginabiles, detrimentoſaſque diuitias ablaturus venirem; venire eundem cœleſtes gazas, incorruptas opulentias, diuinos theſauros allaturum. Ecce enim exhortans vniuerſos, ſubiicio: *Theſaurizate 4 autem vobis theſauros in cœlo.* 4 *Matt.6.*

d Antitheſũ fig. verb. & ſent. *e* Allegoria trop.

3 *Ierem.1.*

f Oppoſitio ſiue antithetum fi. verb. & ſent.

Laudo igitur & prudentiam, & pietatem veſtram, nobiliſsimi Auditores: qua *f* terrena cœleſtibus, humana diuinis, ima ſummis poſthabenda cenſuiſtis: certumque hominem inuitaſtis, qui ſtudia conatuſque veſtros honeſtiſsimos per quadraginta dierum labores, omni ope induſtriaque proueheret. Ego vero benignitate veſtra ac religione fretus non dubitaui, tantam & ſuſcipere tunc, & nunc adminiſtrare prouinciam ſalutis veſtræ: vt quidquid in me ingenij, eruditionis, & eloquentiæ fuerit; totum in obſequium Chriſtianiſsimæ voluntatis veſtræ velut effunderem. *g* Quoniam vero ii, qui de natura philoſophantur, generationibus rerum corruptiones aliarum præcedere, pluſquam explorato confirmant: hoc agemus prius, vt terrena, & caduca, & noxia præſenti Oratione amoliamur, illa verbà tractantes: *Nolite 5 theſaurizare vobis theſauros in terra.* *h* Ille & vobis ad audiendum cum attentione, & mihi ad dicendum cum feruore ſpiritum ſuũ largiatur: qui hodiernus exhortator, bonorumque omnium inſpirator eſt, Chriſtus. 5 *Matt.6.*

g Docilitas non eſſe rebus temporalibus inhiandum. *h* Attentio.

322

Confirmatio. *i* In qua vnicum arg. à definitione, per ratiocinationẽ tractatur

Concionis Pars Prior.

i Si quis autem, vt cetera quæ dicenda ſunt, facilius percipiantur, noſſe velit in primo limine orationis, quidnam ſit, in terra theſauros theſaurizare: hoc ſibi reſponſum ferat, eſſe, bonis temporalibus in hoc

hoc orbe ſtudere, eaque ſibi omni contentione præſidioque comparare, accumulare, ſeruare. *Quidquid eſt in mundo* (inquit Chriſto dile-
6 1. Ioan. 1.
ctiſsimus 6 Apoſtolus) *concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum,*
7 Rom. 11.
& ſuperbia vitæ. Si quis igitur *k* carnis 7 curam *l* fecerit in deſideriis, & voluptates anxie perſequatur, gulæ indulgeat, mollibus veſtiatur, carnem foueat, labores refugiat, turpitudine oblectetur; ſi oculorum ſenſu delinitus, auaritiæque ſtimulis percitus, pecuniam hinc inde corradat, arcas impleat terræ infodiat, gemmas ex vltimo Oriente repetat, domos ſumptuoſe ædificet, inſtruat Attalica ſupellectili, greges, armenta, fundos, prædia, omniſque generis poſſeſsiones affectet; ſi ambitione corruptus, laudes aucupetur humanas, oſtentationi ſuarum rerum inuigilet, gloriæ ſeruiat, honoribus, dignitatibus, titulis inhiet, famulitia, clientelas, amicorum, adulatorumque turbas, officia, obſequia poſtulet: næ iſte in terra theſaurizat, cor habet in hoc mundo defixum, hic deniq; & in his infimis totus eſt.

k Ab effectis.

l Congeries fig. ſen.

m Verum hic tantus apparatus, tanta cupiditas, tantus labor quid 323
ſpecioſi & commendabilis habet? quid ſolidæ vtilitatis? quid veræ iucunditatis præſefert? Quid enim ſunt temporalia iſta, *n* quamuis mihi ſceptra & coronas, regna & imperia reſones? Audi, Chriſtiane,
8 Sen. epiſt. 96.
o Philoſophum 8 ethnicum, & erubeſce: *Quæ maxima inter vos habentur* (inquit) *diuitiæ, gratia, potentia, ſeſtertio nummo æſtimanda ſunt.* Au-
9 Socrat.
di 9 alterum, qui terrarum hunc inferiorem orbem puncto deſignans, cui magnam circumſcripſit, cœlorum immenſitati exprimendæ, peripheriam hac ſententia figuram animauit: *Nemo in puſillo magnus.* Er-
10 Sen. epiſt. 115.
go 10 ſimillimi pueris, quibus omne ludicrum in pretio eſt, qui fratribus ac parentibus empta paruo ære monilia præferunt contemnenda miramur: nullo alio diſcrimine, niſi quod nos circa tabulas & ſtatuas circa gemmas & aurum, circa regias & vireta, carius inepti inſanimus. Et ſane huius mundi, tantum non flenda, aut ridenda ſunt omnia. Quemadmodum facto oſtendebant celebres illi duo rerum æſtima-
11 Sen. lib. 2. de ira. c. 10.
tores Heraclitus, & 11 Democritus: quorum alter, quoties prodiret, flebat, & miſerebatur omnium: alterum contra aiunt, numquam ſine riſu in publico fuiſſe; adeo nihil illi ſerium videbatur eorum, quæ ſerio & cum grauitate circa hæc temporalia gererentur. Iam vero ſi tantum perſpicere licuit hominibus ſolo rationis imbecillo lumine vtentibus: quid dicent illi, quibus præterea copioſam è cœlo iubar affulſit? Ades *p* iam, ades, Chryſoſtome, vir, qui ad veritatem tamquam ad lapidem Lydium res omnes examinare conſueſti: doce, quæſo te, nos omnes, quid ſint iſta, quæ ſuo nos ſplendore perſtringunt, & in quæ
12 Chryſoſt. hom. 50. ad pop.
velut œſtro perciti rapimur. Audio 12 vocem auream: *Nidus eſt præſens vita, chariſsimi, nidus eſt* (inquit) *ex feſtucis lutoque coagmentatus, licet mihi magnas ædes oſtendas, ſiue regias ipſas auro multo gemmiſque fulgentes; nihil ab*

m Aſſumptio ratiocinationis: quæ confirmatur primũ ab excluſione boni honeſti.

n Apoſtrophe fi. ſent.

o Ab autoritate.

p Dialogus fig. ſent.

hirundinum nido, qui ſponte corruit inſtar te hieme, differre cenſebo: Cum enim hirũdinum nidus nihil aliud ſit, niſi lutum: ita multæ diuitiæ (vt 13 quidam ex Prophetis affirmat) quid ſunt, niſi denſum lutum? ipſa adeo regna & imperia, quid, niſi res lutea & fragilis: cum alteri 14 Prophetæ mandauerit olim Deus, vt ciuitatem illam regiam ampliſsimamque Ieroſolymorum, eius mœnia, q portas, turres, porticus, templum, ſuperbas ædes, gymnaſia, piſcinas, viridaria, cæteraſque omnes opulentias atque delicias vno in laterculo, id eſt, re lutea deſcriberet vniuerſa? Hinc adeo tanta prouidentia hortatur 15 Apoſtolus, vt r ſurſum quæ ſunt, ſapiamus & quæramus: neq; complemur ea, quæ 16 videntur, & temporalia ſunt; ſed quæ non videntur æterna. Nam ſ quemadmodum ingreſsi pomarium ad oculos fauceſque obtectandas, humiiacentia poma contemnimus; ad ea vero, quæ ramis arborum ſuſpenſa adhæreſcunt, oculos manuſque attollimus: quippe iſta corrupta atq; integra, maculoſa illa, affecta, vermibuſque eroſa conſpicamur. Non ſequius viro Chriſtiano æſtimanda, cupienda, quærenda cœleſtia ſunt, immarceſcibilia ſcilicet, æternaque bona: quæ vero in terra ſedẽ habent, animo penitus amoliẽda tanquam vilia, turpia, corrupta, & vermibus exeſa voraciſsimis. Quid enim me prohibet, quin diuitiarum vermem, auaritiam; honorum, ſuperbiam, gulæ & voluptatum, luxuriam 17 appellem: vitia, quæ res iſtas ita perpetuo comitantur, vt ipſis quodammodo innata atq; interanea eſſe videantur? Ecce igitur, quam ſapienter æterna 18 Sapientia moneat: *Nolite, nolite theſaurizare vobis theſauros in terra, vbi ærugo & tinea demolitur: theſaurizate autem theſauros in cœlo, vbi neq; tinea neq; ærugo demolitur.*

q Partium enumeratio.
r Ab oppoſitis
ſ A ſimili.

13 *Habac. 2.*
14 *Ezech. 4.*
15 *Coloſſ. 3.*
16 *1. Cor. 4.*
17 *Lo. Chryſoſt. ho. 16. ad pop. ſub finem.*
18 *Matt. 6.*

324 Quod ſi te, ô homo, animique t tui præſtantiam inſpexeris: nihil reperies, quod te dignum in hiſce infimis temporalibuſque rebus exiſtimes. Vere enim affirmauit 19 quidam, nihil u magnum reperiri in rebus humanis, niſi animum magna deſpicientem, cetera quippe nullius momenti ſunt, non hominis propria, homine indigna. Quid enim in corporis voluptatibus, x cibo, potu, veneris te dignum vides? Profecto non vidit y ille, 20 qui dicebat: *Maior ſum* (ô ethnici hominis ſententiam aureis notis inſculpendam!) *& ad maiora natus; quam vt ſim mancipium corporis mei.* Non vidit lynceus ille rerum inſpector 21 Bernard. qui Sacræ 22 Geneſeos verba illa de prima parente conſiderans: *vidit mulier quod bonum eſſet lignum ad veſcendum & pulchrum oculis, aſpectuq; delectabile*; zelo quaſi exardeſcens, contineri non potuit, quin ſic in illam inueheretur: Quid z ſuſpicis mulier, quid miraris? declina oculos iſtos ab obiectis indigniſsimis. Non enim tua eſt iſta ſuauitas, iſta delectatio, iſta pulchritudo: &, ſi tua pro parte luti; non tua ſolius, ſed communis cunctis amantibus terræ. Tua, quæ vere tua eſt, aliunde, & alia: nam æterna eſt, & de æternitate. Quid igitur animæ tuæ, quæ diuina eſt, &

æter-

t A cauſa formali.
u Apophtegma.
x A partiũ enumeratione.
y A teſtimonio.
z Apoſtrophe ſi. ſent.

19 *Publius Mimus.*
20 *Sen. epiſt. 66.*
21 *Bern. ſer. 82. in Cant.*
22 *Geneſ. 3.*

æternorum capax, dum adhęc temporalia ac tranſitoria adhæreſcis, a-
liam formam, *a* immo deformitatem imprimis alienam? Deniq; non *a* Correctio fig verb
vidit in corporeis oblectationibus hominis dignitatem hominis effe-
23 Bern. ſer. in Cant. ctor atq; efformator Deus. Qui *b* ſtaturam corporis idcirco rectam e- *b* A forma accidentali.
24 Chryſoſt. de breuit. & vanit. præſentis vitæ. rectamq; 23 ipſi 24 præ ceteris animantibus fecit: vt animus, quo ferri
quo reſpicere deberet, admoneretur: tantumque abeſſet, vt à corpore
ſuo ad hæc terrena ſe deprimi ſineret; vt illud potius ad cœlũ ipſe ſub-
leuaret. *c* Quod ſi corpus tuum, quod animo tuo coniunctiſsimum *c* A maiori ad minus.
eſt, eiuſque blandimenta omnia nihil habent tui proprium, teque di-
gnum: an habebunt omnino extra te poſita, bona fortunæ? Audi obſe-
25 Habac. 2. cro, 25 Prophetam, quo nomine lugens appellet ſuperbum atq; auarũ
qui dilatat quaſi infernus animam ſuam, & quaſi mors adimpleri diui-
tiis non poteſt: *Va*, inquit, *ei qui multiplicat non ſua.* Non ſua? *d* quorum i- *d* Interrogatio& ſubiectio figu. ſent.
gitur? iumentorum. Ergo homo iſta quærens, iſtis inhians, iumentis
comparabitur? prorſus ita: non tam mea, quam diuinitus edocti Pſal-
26 Pſal. 48. mographi ſententia. Qui in 26 pſalmo illo, quem totum contra diuites
cecinit, captans initio omnium gentium attentionem: *Audite hac omnes
gentes, aurib. pracipite omnes qui habitatis orbem; quiq; terrigena, & filij homi-
num; ſimul in vnum diues, & pauper*: poſtea orata aliquantulum cauſa, me-
diam dictionẽ interrupit; & perorata, finem dicendi hac exclamatione
concluſit: *Homo cum in honore* (diuitiarum, nam de diuitijs agebat) *cum in
honore eſſet, non intellexit; comparatus eſt* (in terrenis hiſce perſequendis)
iumentis inſipientib. & ſimilis factus eſt illis. Hanc doctrinã ſecutus magnus
27 Chryſoſt. orat. Kalendis habita. ille aureę eloquentiæ Pater, ſemel 27 quidem diuitum gloriam tanquã
hominum beatorum admirantẽ, & papilionis inſtar ad exiguum ter-
renorum lumen exultantem turbam, his verbis compeſcit: *e Quare di- e* Eadem figuræ, & præterea inuerſio fig. ſent.
*ues beatus eſt? num quia admirabilem equum auro exornatum, an quia magnum
famulatũ, aut praclarã veſtem habet, & deliciis quotidie ſoluitur? imo propterea
miſer, & infelix eſt, multiſq; lacrymis proſequendus.* Paradoxum *f* mihi prædi- *f* Tractatio ſententiæ.
cas Chryſ. affer, obſecro, dicti huius tui rationẽ aliquam, ſi vis vt tibi à
ſuſpenſa, ecce, hærentiq; multitudine credatur. *Nullã* (pergit) *illius partẽ
laudatis; ſed externas res omnes, equũ, frænum, veſtes: qua omnia nulla illius pars
exiſtunt. Quid miſerius, quã vt equus, & equi frænũ, & veſtiũ ſplendor ac famu-
lorũ, & bona corporis cõſtitutio laudetur: ipſe v. prorſus prætereatur? Quid eo pau-
perius homine, qui nullũ habet propriũ bonum & ornamentũ? & diuitia noſtra
non famuli, non veſtes, non iumenta, non ades, non pradia, non dignitates ſunt: ſed
animi virtus, ſed recte factorum affluentia. Quid. n. habet incõmodi, quod pecuniis
28 Pſal. 48. quis egeat, ſi cœleſtiũ hareditatẽ eſt aditurus?* Iterũ aũt 28 Pſalmiſtæ verba illa
defixos ad diuitũ ſplendorẽ homines auertentis. *Ne timueris, cũ diues fa-
ctus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit gloria domus eius*: hæc inquam,
pertractans animaduertit; non dixiſſe illum, Gloriam ſuam, ſed Glo-
29 hom. 7. de pœnit. riam domus eius. *Vidiſti*, 29 inquit, *dictionis ſubtilitatem, & manifeſtam*

Cc 2 *diuiſio-*

Digitized by Google

diuiſionem? Non enim dixit, cum multiplicata fuerit gloria eius: Sed, Gloria domus eius, oſtendens ſane, alteram quidem eſſe hominis gloriam, alteram gloriam
g Cõgeties fig verb. & ſent *domus, Domus quidem gloria* g *porticus, deambulatoria, laquearia pulchra, gemmarum ornatus, prata, hortuli, ſeruorum multitudo, ſumptuoſa ſupellex: quorũ nihil ad hominem.* Quoniam non ſolum, cum interierit, non ſumet omnia; verum etiam ſæpe ante finem, diuitiarum incertũ experietur: quibus cum nihil ſit infidelius, inſtar fugitiui, & ingrati ſerui, peſſulis, foribus, cuſtodibus, & feris innumerabilibus concluſæ; ipſos nonnumquam cuſtodientes ſecum quaſi catenatos abſtrahunt, & domino fugientes illudunt. *Hominis vero gloria fides recta, Zelus in Deum, charitas, humilitas, manſuetudo, aſſidua oratio, eleemoſynæ, Chriſtianæ philoſophiæ ornatus, & cætera membra virtutis vniuerſa*: quæ, quocumque ierit, ſequuntur, & auferri non poſſunt. Atque hæc quidem Chryſoſtomus, ſacris literis eruditus: verumtamen, ſi quempiam non de ſacris, aut Chriſtianis philoſophis, ſed ex ethnicis prophaniſque, qui ſola naturæ ratione præditus iſta peruiderit, produxerimus; hæc omnino indubitata veritas fuerit. Quis porro is erit, niſi celeberrimus ille morum præceptor Annæus 30 Seneca! quem grauiter, & ſententioſe dicentem, audire 30 Sen.epiſt. 41.
h Attentio fig. ſent. ipſum non pigebit; ſi *h* modo aures animoſq. intendamus. *Quid eſt ſtultius,* inquit, *quam in homine aliena laudare? quid eo dementius, qui ea miratur*
i Sententia fig.ſent. *quæ in alium protinus transferri poſſunt? Non* i *faciunt meliorem equum aurei*
k A ſimili. *freni.* k *Aliter leo aurata iuba demittitur, dum contractatur, & ad patientiam recipienti ornamenta cogitur fatigatus: aliter incultus, integri ſpiritus. Hic ſcili-*
l Venuſtas fig.ſent. *cet impetu acer, qualem illum eſſe natura voluit, ſpecioſus* l *ex horrido; cuius decor eſt, non ſine timore aſpici, præfertur illi languido & bracteato. Nemo gloriari, niſi ſuo debet. Vitem laudamus, ſi fructu palmites oneret, ſi ipſa ad terram pondere eorum quæ tulit, adminicula deducit, nam quis huic illam præferat vitem, cui aureæ vuæ, aurea folia dependent? Propria virtus eſt in vite fertilitas: in homine quoque id laudandum eſt, quod ipſius eſt. Familiam formoſam habet, & domum pulchram: multum ſerit, multum fœnerat, nihil horum in ipſo eſt, ſed circa ipſum. Lauda in ipſo quod nec eripi poteſt, nec dari: quod proprium eſt hominis. Quæris*
m A definitione. *quid ſit? animus, & ratio in animo perfecta.* m *Rationale enim animal eſt homo, conſummatur itaque eius bonum, ſi id adimpleuit, cui naſcitur.* n *Quid eſt*
n Interrogatio, & reſponſio fig. ſent. *autem, quod ab illa ratio hæc exigit? rem facillimam: ſecundum naturam ſuam, id eſt, ſecundum virtutem, & rationem viuere: ſed hanc difficilem facit communis inſania. In vitia alter alterum trudimus, quomodo autem ad ſalutem reuo-*
o Exclamatio fig. ſent. *cari poſſunt, quos nemo retinet, populus impellit!* O o dicta, ô monita, ô argumenta Chriſtiano homine, nedum ethnico digniſsima! Certe ab illo Deo, luminumque parente promanarunt, cuius eſt omne 31 datum optimum & donum perfectum: qui 32 omnem hominem ſeu naturali, ſiue ſupernaturali, vtroque autem ſuo lumine colluſtrat. Nec iam eſt, quod ambigat quiſquam, quo loco haberi debeant ab homine 31 Iacob.1. 32 Ioan.1.

quiſ-

quiſquiliæ iſtæ, quas pro ſplendore, pro gloria, pro maieſtate vulgus adorat: atque an æterna Sapientia, Dei Filius non minus amanter, quam
33 *Matt. 6.* ſolide perſuadeat, cum inquit: *Nolite 33 theſaurizare vobis theſauros in terra.*

p Iam ſi homini, qua homo, id eſt, qua imago Dei particepſque 325
diuinæ mentis, indecorum eſt terrenis curis implicari, & perituris diuitiis affigi: *q* quam turpe, quam intolerandum hoc erit in homine, qua præterea *r* Chriſtianus, nempe *ſ* qua Dei peculiari quadam ratione filius, qua diuinæ Sanctimoniæ ac perfectionis æmulus, qua æternorum expectator bonorum, & cœleſtium ciuium iam albo inſcriptus? Hinc igitur Chriſtianis ſacris initiatus qui eſt; primum quidem in ipſo baptiſmi limine diabolo, pompiſque eius omnibus nuncium remittit.

p Tranſitio fig. ſent.
q A maiori ad minus.
r A cauſa exemplari.
ſ Interpretatio figu. ſent.

Deinde vero in omni vita ſic ſe gerit, *t* quemadmodum illi olim
34 *Iudic. 7.* milites 34 ad aquam probati: vt non flexo ad terram poplite ac vultu de temporalibus bibant, ſeque ingurgitent, quaſi venerabundi diuitias adorantes; ſed lingua tantum & manu lambant, quaſi fugientes, vt ſolent ex Nilo canes. Tum ad magnificentias iſtas, ad opulentias ſplendoreſque fallaces ita reſpiciunt, vt ad eorum captationem *u* non plus
35 *Sen. lib. 3. de ira c. 32.* quam ſcopuli rupeſue moueantur: iuxta ſententiam 35 illius, qui dicebat: *Si totam mihi ex metallis omnibus pecuniam proferas, ſi in medium proiicias quidquid theſauri tegunt, omnem iſtam congeriem dignam non cenſeam, quæ viri boni contrahat frontem.* Neque modo nihil commouetur, aut turba-
36 *Apoc. 12.* tur: verum etiam contemnendo dominatur. Illa enim 36 amicta ſole mulier, caput ſtellato ſerto præfulgida, cuius plantis luna comprimitur, nonne typum animæ viri iuſti gerit: quæ pro decore ornatuque ſolem & ſtellas habet, cœleſtium Symbola bonorum; lunam vero res temporales caducaſque ſignificantem, pedibus, tamquam ea quæ contemnuntur nihilque reputantur, conculcet? Quibuſnam autem initio
37 *Geneſ. 1.* conditionis rerum dictum à Deo eſt, non ſolum. *Creſcite 37 & multiplicamini, & replete terram*, vt brutis; verum etiam: *Et ſubiicite eam.* niſi ſolis hominibus; nec quibuſcumque, ſed ſolis (quemadmodum ſe-
38 *Rup. ibi.* cundum ſpiritum philoſophatur 38 Rupertus) electis? quibus cum reprobis primum dumtaxat commune eſt: nam in altera de terræ ſubiectione omnino diſcernuntur, cum ſoli electi quorum eſt terra illa viuentium, hanc quam corporibus replent terram, libertate animorum ſibi ſubiiciant: quippe qui ſolum Deum præponentes, omnia for-
39 *Pſal. 51.* titer terrena contemnant. Merito proinde ait 39 Scriptura: *Videbunt iuſti, & ſuper diuitem ridebunt, & dicent: Ecce, homo, qui non poſuit Deum adiutorem ſuum; ſed ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarum, & præualuit in vanitate ſua.* Ita prorſus, ita eſt, Auditores: non *x* electorum, ſed reproborum, atque adeo non Chriſtianorum, ſed ethnicorum, tamquam ho-

t Allegoria ſcripturæ.
u Similitudo fig. ſent.
x Gradatio fig. ſent.

Digitized by Google

minum qui ſpem non habent; imo vero nec quorumcumque ethnicorum, ſed tantum irrationabiliter viuentium eſt, huius vitæ bonis ſe totos dedere, ac temporalibus incubare. Quemadmodum diſerte cœleſtis magiſter, cum ſuos hortaretur, ne ſolliciti de cibo, potu, operimento forent, affirmauit dicens: *Hæc enim omnia gentes inquirunt.* Vos autem: *Quærite* 40 *regnum Dei, & iuſtitiam eius,* ſobrietatem, frugalita- 40 *Luc.12.*
tem, gloriæ contemptum ceteraſque virtutes. Quæ ſunt bona illa multo maiora, de quibus præuaricatorem Dauidem obiurgans 41 Domi- 41 *2. Reg. 12.*
nus ait: *Si parua ſunt iſta* (temporalia intelligens, quæ enumerauerat, inter quæ & regnum erat Iſraeliticum) *adiiciam tibi multo maiora*: id eſt altioris cuiuſdam ordinis bona, gratiæq; ornamenta, quæ contuli. cuius gratiæ vnus 42 gradus pluris, quam omnia mundi regna; pluris, quam 42 *S.Th.1.2.q.113.art.9. ad 2.*
bonum totius creatæ vniuerſitatis æſtimatur. Bona cœleſtia: quib. ſtudere qui velit, quamuis antea fuerit in hiſce temporalibus primus, illud ſibi cuiuſdam paſtoris vſurpabit, cum primũ vrbis illius orbis dominæ magnificentiam conſpexit: 43 *Vrbem, quam dicunt Romam, Meli-* 42 *Virg. eclog.1.bucol.*
bœe putaui Stultus ego huic noſtræ ſimilem: Verum hæc tantum alias inter caput extulit vrbes, Quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi. Ita cœleſtis Ieruſalem huic noſtræ præfertur tantum, quantum à terra cœlum exaltatur. Bona, quæ reddunt poſſeſſorem Sanctum, innoxium, cunctis amabilem, Deo charum, cœleſtem ac diuinum: cum illa alia arrogantem, inſolentem, ſceleribus flagitiiſque coopertum, Deo inimicum, æ-

y Ab exemplo. ternis gehennæ flammis deſtinatum conſtituant. *y* Noſti hanc verita-
z Apoſtrophe ſi. ſent. tem tu præ ceteris, *z* Franciſce Sanctiſsime, qui æmulus paupertatis Chriſti tui, qui diues cum eſſet ac dominus omnium, egenus pro nobis factus eſt adeo, vt, ne vbi quidem caput reclinaret, haberet ἅγιος re-

a Digreſſio in laudem D. Franciſci. vera in hoc orbe fuiſti, pauper, nudus, deſpectus libentiſsime. *a* Atque in te, diuina opitulante gratia, cadere prærogatiuæ ille potuerunt, quæ 44 Stoicus quidam Philoſophus in homine prorſus diuino opta- 44 *Sen.epiſt.41.*
b Deſcriptio fig. ſent. bat magis, quam requirebat, aut ſperabat: *Si videris, inquiens, b hominem interritum periculis, intactum cupiditatibus, inter aduerſa felicem, in mediis tempeſtatibus placidum, ex ſuperiore loco homines videntem, ex æquo cœlites:*
c Sermocinatio figu. ſent. *nonne ſubibit te veneratio eius? non dices.* c *Iſta res maior eſt altiorque quam vt credi ſimilis huic, in quo eſt, corpuſculo poſſit? Vis iſtuc diuina deſcendit, animum excellentem, moderatum, omnia tanquam minora tranſeuntem, quidquid timemus optamuſque ridentem, cœleſtis potentia agitat. non poteſt res tanta ſine admi-*
d A ſimili. *niculo Numinis ſtare. Itaq; maiore ſui parte illic eſt, vnde deſcendit.* d *Quẽadmodum radij ſolis contingunt quidem terram, ſed ibi ſunt vnde mittuntur: ſic ani-*
e Interrogatio, & ſubiectio fig. ſent. *mus magnus & ſacer, & in hoc demiſſus vt propius diuina noſſemus cõuerſatur quidẽ nobiſcum, ſed hæret origini ſuæ. Illinc pendet, illuc ſpectat ac nititur: noſtris tanquam melior intereſt.* e *Quis eſt ergo hic? animus, qui nullo bono nititur, niſi*
f Apoſtrophe ſi. ſent. *ſuo.* *f* Euge, exulta, ſi potes, ô prophanorum Philoſophorum moraliſ-

ſime:

ſime: iam enim in Chriſtiana rep. diuina fide potentiaque illuſtrata ac roborata, cum totius orbis ſtupore inuentus eſt ille, quẽ tu in tua ſecta deſcripſiſti quidem, ſed nec inueniſti, nec inuenire potuiſti.

g At enim, dicet aliquis, etſi terreni theſauri, bonaq; temporalia 326
inferiora ſint hominis, & Chriſtiani dignitate, nec tantam præ ſe ex- *g* Eadem primæ ratiocinationis minor probatur, ab excluſione boni vtilis.
cellentiam honeſtatemque ferant: quis neget tamen, potentiam, dominatum, opes, diuitias, dignitates, & cetera multas afferre vtiles, multis huius vitæ commodis, oblectationibuſque ſeruire? *h* Ego vero pernego quod aſſumitur. Primum enim quæ vera & ſolida vtilitas inueniri poteſt, *i* vbi non inuenitur honeſtas? vbi corpori tantum, non etiam animo ſeruitur? Deinde quod magnum compendium afferre poſſunt ea, quæ *k* figura, ſomnium, vmbra ſunt, & tranſeunt ac prælabuntur? *Præterit* 45 *figura huius mundi*, inquit Apoſtolus: propterea 46 quod bona eius, diuitiæ, deliciæ, honores, non ſubſtantia, ſed vmbra, & figura ſunt verorum, cœleſtiumque bonorum: figura eſt tota vita præſens, & fallacia, & à ſomniis nihil diſtans, nihilque habens veri, aut ſtabilis. Temporalia 47 enim ſunt iſta quæ videntur: tranſitque mundus, & concupiſcentia eius. Idcirco fortaſsis in momento 48 temporis oſtendiſſe tentator Chriſto perhibetur omnia regna mundi: vt ſcilicet, *Non tam conſpectus celeritas indicetur* (inquit 49 Ambroſius) *quam caduca fragilitas poteſtatis exprimatur, in momento enim illa prætereunt: & ſæpe honor ſæculi abiit, antequam venit, quid enim ſæculi poteſt eſſe diuturnum, cum ſæcula ipſa non ſint diuturna?* Quibus verbis, vt videtis, rationem inſtabilitatis affert à tempore: cui nos aliam adiungere poſſumus à ſubiecto, cauſiſque corruptricibus. *l* Quæ enim à nouis transferri poſſunt, quæ ærugo ac tinea demolitur, fureſque effodiunt & furantur; quæ item in homine terreno & mortali fundantur, quemadmodum in luto æs illud quadruplex 50 Babylonici coloſſi quadruplicem deſignans monarchiam: quidnam, obſecro, ſtabilitatis, quid diuturnitatis, quid perennitatis acquirant? *m* Quod ſi ſtellæ, quæ 51 ſunt in cœlis incorruptibiles, perpetuoque lucent, mutationem recipiunt, ſol deficiens, luna interiens: an non extremæ dementiæ eſt, terrena pro ſtabilibus fixiſque reputare? *Quomodo non igitur* (exclamat 52 Chryſoſtomus) *pueriliſ ſit mentis, circa vmbras attonitos eſſe, & in ſomniis altùm ſapere, atq; in his tabeſcere, quæ paulo poſt tranſeunt: ait enim Paulus: Præterit figura huius mundi. Cum audis, quod tranſit, quid amplius iam quæris? cum vero audis, quod figura tantum ſunt veritate carentia; quare ſponte decipi ſuſtines, nec eorum mutabilitatẽ cogitans, & inſtabilitatem, prætercurris*: ad illa vero in æternum manentia, immota, ſtabilia, mutatione carentia, quæ neq; ærugo neq; tinea demolitur, atq; adeo vera, ſolida, propria; deniq; ad partem illam, quam ſibi 53 Maria numquam auferendam elegit, deſiderium ſtudiumq; nõ transfers? Hæc enim fructus plena

h Confutatio.
i Ab antecedentib.
k A definitione.
45 *1. Cor. 7.*
46 *Chryſoſt. hom. 39. ad pop.*
47 *2. Cor. 4.*
48 *Luc. 4.*
49 *Ambroſ. ibi.*
l A ſubiecto & à cauſa efficiente.
50 *Daniel. 2.*
51 *Chryſoſt. ho. 15. ad pop.*
m A maiori ad minus.
52 *Hom. 39. ad pop.*
53 *Luc. 10.*

Digitized by Google

n Figura Scripturæ. plena ſunt, illa laboris: *n* quemadmodum lege 54 illa, qua oue mutari primogenitum aſini ſanxit, ſignificaſſe Deum, obſeruauit 55 Ambroſius, cum enim aſina laborioſum ſit animal, ouis fructuoſum: fructu mutandus labor; id eſt, bona temporalia, quæ tanto labore quæſita vanitas ſunt, abiicienda, ſpiritualia vero, quæ deſiderium plene explent, conſectanda. Quare autem expleant, ſi quæris iuuerit audire philoſophantem 56 Angelicum doctorem, argumentatione, qua non modo Christiano fideli, verum etiam cuicumque infideli, modo rationis dictamini ſtare velit, neceſsitatem afferat aſſentiendi. Spiritualibus, inquit, bonis Deum conſequimur: qui ſolus in æternum poſſeſſus, ſatiare cor hominis poteſt. *o* Etenim quemadmodum intellectus noſtri obiectum eſt vniuerſum verum, ita bonum vniuerſum eſt voluntatis obiectum: *p* nihil igitur voluntatem hominis quietare poteſt, niſi bonum vniuerſum, at hoc non in aliquo creato, ſed in Deo ſolum inuenitur: ipſe enim omnia in ſe bona perfectioneſque complectitur: cum omnes creaturæ bonitatem tantum poſsideant participatam. Solus igitur Deus voluntatem hominis implere poteſt, ſecundum illud: *Qui 57 replet in bonis deſiderium tuum: Quid 58 mihi eſt in cœlo, & à te quid volui ſuper terram? Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.* Tantaque eſt fructus ac ſacietatis plenitudo, quæ inde promanat; vt Dei tantum cœliq; recordatio, non dicam fruitio, neſcio quo pacto redundantem felicitate animum ceterorumque omnium oblitum reddat. Cuius rei nolo mihi, ſed cœleſti ſponſo haberi fidem: qui in ſacris 59 Canticis, vbi ſecundum vulgatam campi florem liliumque conuallium ſe ipſe prædicat; ſecundum alteram interpretationem vbertatis ac ſaturitatis florem appellat. Non appellaſſet autem, niſi arcanum aliquid indicare voluiſſet: ceterum enim ſatietas non à floribus capitur, ſed à fructibus.

o A pari.

p A cauſa materiali.

54 *Exod.13.* 55 *Ambroſ.* 56 *D. Th. 1. 2 q.2. art. 8.* 57 *Pſal. 102.* 58 *Pſal. 72.* 59 *Cant. 2.*

Arcanum igitur, hoc eſt: quod etſi rerum mundi huius nec ipſi ſatiant fructus, acquiſitoque toto mundo, pro mundi alterius comparatione ſuſpiras: Dei tamen diuinorumque, non dicam fructus, qui eſt beatifica illa viſio; ſed flos, ſed odor quidam eius duntaxat, id eſt, breuis cogitatio, tenuis reminiſcentia cumulate replet, ac ſatiat redundanter, dicente 60 Propheta: *Renuit* (inuaniſsima hac temporalium abundantia) *conſolari anima mea: memor fui Dei, & ad ſatietatem vſq; ſum delectatus.*

60 *Pſal. 76.*

327 Age vero, Chriſtiane, ſi in iſtis temporalibus ex inſtabilitate ac vanitate ſua vtilitatem nullam vides: cum & 61 nihil in hunc mundum intuleris, & proculdubio nec auferre quid poſsis: cum 62 theſaurizando fruſtra conturberis, in imagine tanquam flos fœni pertranſiés: cum 63 perdicis inſtar fouentis oua quæ non peperit, ignores cui congreges; & ſæpe, vt inquit 64 Chryſoſtomus, labore certo, incerto fructu,

61 *1. Timoth. 6.* 62 *Pſal. 38. & 48.* 63 *Prou 16.* 64 *Chryſoſt. ho. 2. ad pop.*

fructu, ad inimicos & iniuriatores tuos veniens hæreditas, tibi quidem peccata, poſſeſsionem alijs tribuat: cum denique arbor pulchra, vere tantum & æſtate frondibus, floribus, fructibus decore ſuſpiciaris; autumno mox atque hieme nuda prorſus turpiſque miſerabilem in modum ſis demonſtranda. Quid dices, ſi multa præterea, grauiſsimaque damna quæ inferunt ac detrimenta conſideres? Quid enim eſt quod tantopere ſpiriritualibus te ſpoliat æterniſque bonis quantopere terrenæ iſtæ perituræque diuitiæ: quæ ex vera 65 Chryſoſtomi ſententia lippitudinem oculis inducunt, ne videamus, atque adeo ne deſideremus æterna? Nam quemadmodum 66 Tobiæ dormientis oculis ex hirundinum nido incidentia ſtercora, illum excœcarunt: ita bona fortunæ (vt 67 inquit Gloſſa) quæ per hirundinem, autem hac illac volantem deſignantur, & quæ reputanda nobis ſunt vti ſtercora, ſapientum oculos excœcant, rectæque rationis lumen extinguunt. Quamuis enim ex intellectu voluntas pendeat, cum ad amandum requiratur boni præcognitio, nihilque ſit volitum, quin & præcognitum: verumtamen cum hæc duæ potentiæ ſibi ſint inuicem cauſæ, ex amore viciſſim vel lux vel obſcuritas intellectui promanat; vt ſæpenumero ex affectu voluntatis, de rebus bene vel male iudicet intellectus. Quæ cum ita ſint, affectus quo temporalibus hiſce conquirendis, & accumulandis inhiatur, adeo ſibi deuincit & mancipat intelligentiam; vt de ſpiritualibus oppoſitis præter eorum dignitatem iudicet, neque ideo ad ea ſectanda moueat voluntatem. Hinc eſt, vt 69 Deo ſimul, & Mammonæ ſeruiri non poſsit: vt tam difficile ſit intrare diuitem in regnum cœlorum, quam pene impoſsibile, per acus foramen camelum penetrare: vt deniq; non diuitum, ſed 70 pauperum dicatur eſſe regnum cœlorum. Atque hoc non ſolum ex prædicta ratione obſcurati intellectus: verum etiam ex quadam æquitate rerumque viciſsitudine, qua diuina prouidentia fit, vt 71 quantum quis in hoc terrarum orbe glorificauit ſe & in delicijs fuit, tantũ detur ei poſtmodum tormenti & luctus: contra v. quantum voluntarię paupertati mundiq; contemptui ſtuduerit, tantum cœleſtibus theſauris & gloria potiatur, *Mortuus* 72 *eſt diues* (an neſcitis?) *& ſepultus eſt in inferno*: mortuus mendicus Lazarus, & ab Angelis in Abrahæ ſinum delatus, qui mox aquæ guttulam ad refrigerandam aridiſsimam ex tartareis ardoribus linguam enixe roganti diuiti reſpondit: *Fili, recordare, quia recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala: nunc autem hic conſolatur, tu vero cruciaris.* O *q* æquitatis diuinæ ſtupendum, horrendumque iudicium! Ergo nihil aliud pro ea cauſa tantæ ſitis æternarumque flammarum, tanto penuriæ extremæque miſeræ producitur; quam præterita terrenorum affluentia, captæque in hoc orbe paucißimorum annorum voluptates? ſic eſt, Auditores mei, ſic eſt. *r* recte diſtribuit ille vniuerſitatis gubernator:

65 *Hom.* 19. *ad pop.*
66 *Tob.* 2.
67 *Gloſſ. ibi.*
69 *Matt.* 6. *&* 19.
70 *Matth.* 5.
71 *Apoc.* 18.
72 *Luc.* 16.
q Exclamatio, interrogatio, reſponſio ſig. ſent.
r Sententia ſig. ſent.

Dd nec

Digitized by Google

nec fas eſt, eſſe nos dupliciter miſeros aut beatos: & conſolationes triſtitiæque alternant, ſeque inuicem trahunt.

328 Verumenimuero circumſedentes agnoſco plurimos, quibus diuitias Deus affluentes, potentiam, dominatum, dignitates, honores, gloriam multam indulſit, triſtes idem mihi tacite dicere, quod olim Chriſto Domino Apoſtoli, cum hoc idem argumentum de diuitum perdi-
ſ Dialogus fig. ſent. tione tractaret: *Quis ſ ergo poterit ſaluus eſſe?* Nimis duriter nobiſcum, contenteque agi videtur. Ego vero quod poſſum aliud reſponſum vobis conſolationemq; præbere, niſi illam, quam æterna veritas & Deus
totius conſolationis tunc exhibuit: quod quæ 73 apud homines ſunt 73 *Matt.* 19.
impoſſibilia, poſſibilia ſunt apud Deum? Quo reſponſo aliquantulam quidem ſpem dedit, ſed difficultatem non abſtulit: cum rem ad oppi-
do paucos redegiſſe videatur, *quos 74 æquus amauit Iupiter*, & quos bea- 74 *Virg.* 6. *Æn.*
tos Scriptura prædicat cum dicit: *Beatus 75 diues, qui inuentus eſt ſine ma-*
cula, & qui poſt aurum non abiit, nec ſperauit in pecunia & theſauris! quis eſt hic 75 *Eccle.* 31.
(attende paucitatem bonorum diuitum) *& laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita ſua: qui potuit tranſgredi, & non eſt tranſgreſſus; facere mala, & non fecit.* Cum enim temporalium amor terrenorumq; congregan-
dorum ſtudium à peccato ortum duxerit; primi quippe 75 præuarica- 75 *Geneſ.* 3.
tores, mortales iam ex peccato facti, quærebant, vt notat 76 Diodorus 76 *Diod.*
vnde mortalia membra tegerent; ſiue, vt obſeruat 77 Ambroſius, ſpo- 77 *Ambroſ.*
liati illa ſinceritate & ſimplicitate integræ incorruptæque naturæ, mūdana & manufacta captabant, quibus nuda ſuæ mentis operient, delectationes delectationibus, & voluptates voluptatibus, velut folia foliis affluentes: cum, inquam, ex peccato præpoſtera iſta theſaurizandi voluntas emanarit; haud dubie ad peccatum inclinat, nempe ad gignendam prolem parenti ſuo perſimilem. Sexcentis enim occaſionib. tentationibus, malorum opportunitatib. hominem implicat, quaſique furenti gladium porrigit. Nam *qui volunt diuites fieri* (nonne diſertiſsime
hæc habet 78 Apoſtolus, & caſu ſuo infeliciſsimo Salomon rex ille Sa- 78 1. *Timot.* 6.
pientiſsimus oſtendit?) *incidunt in tentationes & laqueum diaboli & deſideria multa inutilia, & nociua, quæ mergunt hominem in interitum & perditionē. Radix enim omnium malorum eſt cupiditas quam quidā appetentes* (ecce quonam vſque impietatis adducit) *errauerunt à fide, & inſeruerunt ſe doloribus*
t Ab effectis conglobatis. *multis.* Hinc t eſt Dei obliuio, & contemptus ab iis, qui 79 *confidunt in* 79 *Pſal.* 48.
virtute ſua & in multitudine diuitiarum ſuarum gloriantur. Hinc iuſtitiæ legumque violatio, pauperum oppreſsio, dura in egentes viſcera, accumulandi inſatiabilis hydrops, homicidia, adulteria, ſtupra, commeſſationes, ebrietates, ambitiones, & ſexcenta flagitiorum ſcelerumq; ge-
u Similitudo fig. ſent. nera, u tanquam So diræ huius Excetræ capita pullulaſcunt. Ideo x in 80 *Prou.* 2. & 11.
x Ab autoritatibus. ſacris literis appellantur theſauri iniquitatis. Ideo dicitur, auaro nihil
eſſe ſceleſtius; nihilque 81 iniquius, quam amare pecuniam: quoniam 81 *Eccle.* 10.

diues

diues animam ſuam venalem habet, & in vita ſua proiecit intima ſua, hoc eſt, omnem exuit humanitatem, crudelis, & abſque miſericordiæ
82 *Luc. 16.* viſceribus. *y* Qualis fuit diues 82 ille, qui micas panis *Lazaro* negauit: *y Ab exemplis.*
83 *1. Reg. 25.* & ille alter, nomine factiſque 83 Nabal & ſtultus; qui indigenti Dauidi humiliter roganti vt ſibi ad famem leuandam aliquid remittere vellet, quod ad manum haberet, reſpondit ferreus: *Quis eſt Dauid? & quis eſt filius Iſai? tollam ergo panes meos, & aquas meas, & carnes pecorum quæ occidi tonſoribus meis, & dabo viris, quos, vnde ſint, neſcio?* O crudelia diuitum
84 *Eccl. 14.* in alios viſcera! Quid mirum autem? qui 84 enim ſibi nequam eſt, & fraudat neceſſariis rebus genium ſuum; cui alij bonus erit? Nam ſi bene aliquando fecerit, ignoranter, & non volens facit. Idcirco rurſum
85 *Eccli. 31.* habes: *Qui* 85 *aurum diligit, non iuſtificabitur,* ſed iniuſtus erit alijs: quéadmodum Ioachimo Regi Iuda, Ioſiæ filio exprobrat cominabundus
86 *Iere. 22.* 86 Propheta: *Væ qui ædificat domum ſuam in iniuſtitia, & cœnacula ſua non in iudicio: amicum ſuum opprimet fruſtra, & mercedem eius non reddit ei, qui dicit: Aedificabo mihi domum latam, & cœnacula ſpatioſa, qui aperit ſibi feneſtras, & facit laquearia cedrina, pingitque ea Sinopide.* Idcirco deniq; prædixit Gie-
87 *4. Reg. 5.* zi ſuo 87 Eliſæus: *Accepiſti à Naaman argentum & veſtes, vt emes oliueta, & vineas, & oues, & boues, & ſeruos, & ancillas. Sed & lepra Naaman adhærebit tibi.* Quia nimirum lepra mundi, quæ peccata ſunt, adhærent opulentis. Nam quamuis hæc temporalia, ſecundum ſe, in bonis, aut ſaltem in indifferentibus cenſeri poſsint: in ſtatu tamen lapſæ naturæ, infirmo ac nutabundo homini decipula pedibus ſunt, & noxia, & in peccatorum
89 *Pſal. 41.* abyſſum præcipitantia. Quoniã vero *Abyſſus* 89 *abyſſum inuocat,* ex abyſ-
90 *Ezech. 7. & Sophon. 1.* ſo ſcelerum labentur miſeri in abyſſum pœnarum: neq; 90 valebit ar-
91 *Iacob. 5.* gentum & aurum eorum liberare eos in die furoris Domini, aurum enim 91 & argentũ æruginauit, manducabitq; carnes eorum ſicut ignis: diuitiæ putrefactæ ſunt: theſaurizarunt ſibi iram in nouiſsimis dieb. & in epulis luxuriiſq; enutrierunt corda ſua in diem occiſionis. Hæc ſunt igitur compendia, hi fructus theſaurizantiũ ſibi theſauros in terra. Qui profecto nõ ambigo ne manus hortanti veritati non eſſent daturi, atq; hãc tam exitiabilẽ animorum peſtem abiecturi; niſi dulci quidã ſcabie præſentiũ ſenſibiliumq; delectationum tenerentur. Quare non fuerit ſine operæ pretio, perpauca in hoc argum. diſſerere: quo animorum noſtrorum à terrenis rebus auerſatio ex omni parte aſtruatur, verum interquieſcere nobis prius aliquãtiſper, vireſq; reſumere permittatur.

Eleemoſynæ commendatio, &c.

Euge, diuites, bonam ſpem affero. vultin' ſimul cum terrenis the- 329
92 *Pſal. 61.* ſauris poſsidere cœleſtes? accipite 92 Prophetæ conſilium: *Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere.* Etenim profecto, niſi cor appoſueritis, haud
93 *Matt. 6.* poteſtis dici theſaurizare in terra, ex eadẽ videlicet 93 Chriſti doctrina.

Digitized by Google

Vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum. Igitur ſi cor tuum non fuerit in di-
ζ Interrogatio & reſponſio fig. ſent. uitijs; diuitiæ non erunt theſaurus tuus. ζ Iam, quod indicium, auer-
ſum te animo & affectu à terrenis opibus eſſe? Nullum ſane certius a-
liud, quam tua liberaliter cum pauperibus, à quibus humanam nullam
retributionem ſperes, communicare. Hoc enim eſt, diuitias humani-
tus perdere: atque adeo cœleſtes ſibi comparare theſauros. Hinc hor-
tatur idem 93 Dominus: *Vendite quæ poſſidetis & date eleemoſynam; & fa-* 93 *Luc. 12.*
cietis vobis ſacculos qui non veteraſcunt theſaurum non deficientem in cœlis. Et
94 iterum: *Vade, vende quæ habes, da pauperibus; & habebis theſaurum in cœ-* 94 *Marc.*
lo. Quod enim pauperibus donas, Chriſto ipſi, qui in cœlis eſt, donas; *Luc. 18.*
relaturo olim tibi gratiam cum magno fœnore: nam *qui* 95 *pauperis mi-* 95 *Prou. 19.*
ſeretur, Domino fœneratur.

330 Et certe ſi non mala res diuitiæ, ſed mala auaritia, mala cupiditas,
vt inquit 96 Chryſoſtomus; & diuitiæ eatenus noxiæ ſunt, quod cau- 96 *Chryſoſt.*
ſa ſint peccatorum: tales vtique non erunt, cum ſunt cauſa meritorum, *hom. 2. ad*
ſed: *quemadmodum ſunt impedimenta improbis* (inquit 97 Ambroſius) *ita* *pop.*
ſunt adimenta virtutis: vt 98 Zachæo illi, qui dimidium bonorum ſuo- 97 *Ambroſ. ibi. 8. in Lu-*
rum pauperibus erogabat. Narrat Ioſephus, portentum illud 99 Ae- *cam in fine.*
gyptiacum conuerſionis aquæ in ſanguinem, in hunc modum accidiſ- 98 *Luc 19.*
ſe: quod in manu Iſraelitæ aqua erat aqua, in manu Aegyptij aqua erat 99 *Exod. 7.*
ſanguis. Eadem ratione inquam ego, in manu viri pij diuitiæ ſunt elee- 100 *Iob 29.*
moſynæ: in manu auari & iniqui inhumanitas. in manu Iob 100 erant 101 *Luc. 16.*
pes claudo, & oculus cœco: in manu & 101 Epulonis purpura & byſſus
erant immiſericordia in Lazarum.

Concionis Pars Poſterior.

331 a Qui ſubſtantiam mundi huius habere videntur, diuites, terre-
a Aſſumptio ratiocinationis illius primæ probatur, ab excluſione boni iucundi. nis idcirco theſauris inhiant: quod, vt diuitiæ ceteris bonis careant,
non carent iucundo. Et pariunt enim ſuo vſu maximas delectationes,
quidlibet conſequendi, præeundi ceteris, ducendi familiam, conui-
uiorum ac compotationum, laute, ac delicate viuendi, capiendi omnis
generis voluptates, & ſenſus omnes molliter demulcendi. Deniq; pe-
cuniæ ſeruiunt omnia. Atque vt nullam præterea iucunditatem affe-
rat: ipſamet vna pecunia, æs, argentum, aurum, gemmæ quantam in
acquiſitione habent illecebram? quantum in poſſeſſione ſenſum vo-
luptatis: *At mihi plaudo ipſe domi* (aiebat ille apud 102 Lyricum) *quando* 102 *Horat. ſer. 7. lib. 1. ſaty. 1.*
b Confutatio. *nummos contemplor in arca.* Eſto b ſane, d quod autumas. Sed e aueo ex
c Dialogus fig. ſent. te audire, quid inde concludas. Concludo, inquis, bonorum tempora-
lium ſtudium haud eſſe deferendum. Itane, frater, hominem te, &
d Côceſsio fig. ſent. Chriſtianum delectationes iſtas brutorum proprias, quæ non ſinunt
in 103 Omnipotente delectari, tanti æſtimare, quærere, tempus inſu- 103 *Iob. 27.*
mere, cor applicare? Audes tu, qui fide viuis, & noſti quam periculoſæ
atque

atq; exitiabiles ſint, venenum melle tectum ſorbere, & Sardonio riſu interire? *e* Suſpicaris paratam tibi in conuiuio necem; non accedis: times viperam ceſpite aliquo latere; non decumbis. Quid iam dementiæ contigiſſe tibi dicam: qui certo ſcias, temporalia iſta ad æternam peſtem adducere, & tamen quaſi ebrius ac temulentus ad ipſa feſtines?

e A pari.

Deinde, quas tu mihi delectationes, quæ gaudia nominas? Mel iſtud perexiguum & incertum *f* quanto felle, quam amaro commiſſum eſt? In congregandis opibus, periculum & labor: in conſeruandis, timor, & anxietas: in amittendis, dolor, & conſternatio. 104 Quot noctes à diuitiarum helluonibus ducuntur inſomnes? quot regiones excurruntur: quot maria menſurantur? *g* Quæ *h* ieiunia? quæ ſub dio cubationes? quæ omnis generis incommoditates tolerantur? Quæ curæ? quæ anguſtiæ? quæ formidines? Quanta à furibus & latronibus, à peregrinis & ciuibus, à potentibus & impotentibus, à domeſticis, à cognatis, à neceſſarijs, à conſanguineis, à filijs pericula, inſidiæ, mortes? Ipſamet accumulandi inſatiabilitas (Deus immortalis!) quæ finem exitumque non inuenit; quanto in cruciatu, quam perpetuo detinet? Non lenius mehercule cum diuitibus agi dixerim quam poetæ cum Prometheo actum fuiſſe commenti ſunt: cui rupi caucaſeæ affixo cor immortale aquila deſcerpebat ac depaſcebatur. *Quis ergo nunc* (ait 105 Chryſoſtomus) *ſanus valenſque felicem iudicet molli lecto ex morbo decumbentem? quis, ſi quem viderit hydropi, aut ſplenis vitio laborentem, aut tabo quopiam marceſcentem, cibis, potu, delicijs indulgendo reddere morbum acriorem; miretur, beatumque iudicet, ac non propter hoc ipſum maxime miſerum exiſtimet?*

f A circumſtantiis.

104 *Chryſ. hom. 65. ad pop.*

g Repetitio fig. verb. *h* Cōgeries fig. ſent.

105 *Ho. 49. in 1. ad Cor. conc. 3. de Lazaro.*

Noli gaudere ad piſcem, qui eſca exultat ſua (inquit S. Pater 106 Auguſtinus) ſed præſtat audire 107 Spiritum ſanctum veritatem iſtam dilucide confirmantem, his verbis: *Laborauit diues in congregatione ſubſtantiæ: & non iucundabitur in bonis ſuis*, omnino ſimilis miſerrimo illi Iſraelitarum 108 populo: quibus Pharao in opere luti & lateris magiſtros præpoſuit, vt affligerent eos oneribus: ita præponit Satan, inquit 109 Cyrillus, magiſtros operum impuros dæmones; qui varijs animi affectionibus mentem eorum qui terrena ſapiunt, aggrauent, atque in adumbrata felicitate infeliciſsimos miſerrimoſque detineant.

106 *Auguſt.*

107 *Eccl. 14. & 31.*

108 *Exod. 1.*

109 *Cyril.*

i Atque ego condonandum certe aliqua ratione exiſtimarem iis hominibus; qui conſpicantes tot miſerias, damna, mortes, ſponte tamen infelices eſſe pergunt, eliguntque volentes libenteſque perire: ſi in procuranda ſibi peſte deſudare non deberent; ſi anhelantes, exerta lingua, hianti ore venenum non allamberent; ſi denique mortem, quam exquirunt, inuenire poſſent: dupliciter deplorandi, *k* dupliciter miſeri;

332 *i* Denique probatur aſſumptio primæ ratiocinationis, ab excluſione facilitatis theſaurizādi in terra.

k Venuſtas fig. ſent.

miſeri; & quod mori cupiunt, & quod mori non poſſunt. An ita facile
eſt diteſcere? ita procliue pecunias, honores, dignitates comparare?
Numquid ſine conſilio Deus terræ viſceribus infodit aurum: vt non
ſine ratione eumdem diuitiarum & Erebi Deum finxerit antiquitas?
Quærite ex iis, qui ad fodinas damnati verius quam deputati ſunt:
quærite quoties oppreſsi ruinis montium, iacuerunt ipſi cum auro po-
tius, quam ſecum aurum immenſo labore quæſitum exportarunt. Pe-
tite à mercatoribus: quos gemmæ ac margaritæ ad ſe in vltimum vſ-
que Orientem attrahunt torridos, terrefactos, maximam partem
naufragos. Interrogate innumerabilem pauperum ac mendicorum
l Agnominatio figu. verb. turbam: quibus opus etſi arrident, *l* irridunt quoque ſicut Tantalo,
longe prohibentillos. Percuntamini ab aulicis: qui principium gra-
m Cõgeries fig. ſent. tiam & dignitates, & potentiam ambientes, velut *m* in *n* Saxoſum,
n Eipithetũ fig. verb. aſperum, exeſum, inuium, infinitum montis cacumen manibus, pe-
dibus, genibus, ventre, pectore, toto corpore lacerati nituntur; ac
poſt intolerandos infinitoſque labores, debilitato capite, aut fallente
greſſu præcipitant.

333 *Peroratio.* *q* Et quiſquam eſt igitur: cui cum *o* ſit compertum, quam *p* per
o A breui enumeratione, & longa amplificatione. ſe turpe, quam inhoneſtum homini, quam indecens Chriſtiano; quam
perniciosum, exitiale, peſtiferum omnibus, quam iniucundum, anxiũ,
acerbum; quam denique laborioſum, difficile, impeditum ſit theſau-
rizare in terra: contra vero theſaurizare in cœlo, tam ſit honeſtum,
q Frequentatio ſi ſen. vtile, iucundnm, procliue; cum ſine perſonarum acceptione Deus,
quicumque ſpiritualibus diteſcere voluerint, det 110 omnibus af- 110 *Iacob.* 1.
q Interrogatio figu. ſent. fluenter. Quiſquam eſt, inquam, cui, hoc neglecto, illud eligatur; &
venter bonorum temporalium ſiliquis infarcinetur? O ſtulte, 112 a- 112 *Sen. epiſt.* 72.
nimo tam puſillo de rebus magnis iudicas? Siccine legiſti Scripturam 113 *Eccle.* 10.
113 dicentem: *Cor Sapientis in dextera eius* (id eſt, in operibus ſpirituali-
bus, quæ ducunt ad felicitatem) *& cor ſtulti in ſiniſtra ipſius*? Sic aduer-
tis diaboli dolum: qui 114 paruorum obiectu adimit tibi grandia: lu- 114 *Chryſoſt. or. de diuitiis & pauper.*
tum dat, vt cœlum eripiat: vmbram oſtendit, vt veritatem exclu-
dat: in ſomnis imagines obiicit (hoc enim ſunt præſentes diuitiæ) vt
r Similitudo fig. ſent. aduenie̅te die pauperrimum te declaret? Ita *r* ergo hunc 115 poten- 115 *Euſeb. emiſ. hom de SS Epiphodio & Alexandro.*
ſ Allegoria trop. tem voces, *ſ* qui in mortem ſuam fortis eſt? cui prouentuum fal-
lax vmbra præſentium, æternorum congregat cauſas malorum?
Quis beatam dixerit validam in iugulum ſuum dexteram? quis pro-
babiliter laudet velociter ad ardua præcipitia feſtinantem? quis eius
t Exclamatio fig. ſent. miretur aſcenſum, quem de ſummo proſpicit eſſe caſurum. *t* Infe-
lix! qui 116 exultas in rebus peſsimis, & de tua perditione lætaris: ſi- 116 *Prou.* 2.
milis illis, qui forte ſumentes exitiabiles herbarum ſuccos, cum riſu
perire dicuntur: aut ſimilis araneo, qui ſe alacriter ac ſtudioſe ad va-
nam illam telam exenterat euiſceratque; nec ſatiaris, donec conſu-
mas

117 *Eccle. 14.* mas 117 areſaciens animam tuam. Rurſus infelix! qui cum 117 Loth
118 *Gen. 13.* vidiſti omnem circa regionem Iordanis & elegiſti eam tibi: 119 præ-
119 *Ambr. Lipom.* ponens, tamquam infirmus & imperfectus amœna vtilibus: præfe-
rens partem, quæ cito prædonum oculis occurrit, decliuiora, valles,
& terrena montanis tutiſsimiſque Ieroſolymæ confinibus, quæ A-
bram, Abræque ſimiles Sancti concupiſcunt. *u* Infelix tertio, atque *u* Repetitio fig. verb.
ex hoc infelicior: quod, cum in vaniſsima iſta atque adumbrata feli-
citate infeliciſsimus viuas, non ſentis te infelicem. At quare non in-
120 *Iſa. 5.* telligas infelicitatem tuam: cum & *x* Iſaias 120 eiulet: *Væ qui coniungitis* *x* Ab autoritatibus.
121 *Amoſ. 6.* *domum ad domum, & agrum agro copulatis: numquid habitabitis vos ſoli in*
medio terræ? Et 121 alter Propheta ſublata in altum voce deploret: *Væ*
qui opulenti eſtis in Sion, optimates, capita populorum, ingredientes pompati-
cè, qui ſeparati eſtis in diem malum & appropinquatis ſolio iniquitatis, qui dor-
mitis in lectis eburneis, & laſciuitis in ſtratis veſtris, qui comeditis agnum de
grege, & vitulos de medio armenti, qui canitis ad vocem Pſalterii; bibentes vi-
num in phialis, & optimo vnguento delibuti, & nihil patiebantur ſuper contri-
122 *Habac. 2.* *tione Ioſeph.* Et item alter 122 Propheta ſimiliter defleat: *Væ qui multi-*
plicat non ſua, & aggrauat contra ſe denſum lutum: numquid non conſurgent
repente qui mordeant te, & ſuſcitabuntur lacerantes te, & eris in rapinam eis?
Væ qui congregat auaritiam malam domui ſuæ; vt ſit in excelſo nidus eius: & li-
berari ſe putat de manu mali, cogitaſti confuſionem domui tuæ. Quid non hæ-
rent capiti tuo cineres, quos hodie mane prouidentiſsima parens Ec-
cleſia inſperſit? hoc eſt, quare mortis recordationem menti tuæ fi-
xam non habes: quæ te admoneat de proximo atq; inſtanti fine diui-
tiarum, ac deliciarum tuarum, deque viciſsitudine (horreſco referens)
123 *Laert. in vita Diogen.* æternorum vniuerſitatis malorum? Hæc eſt enim profecto ſapien-
tia illa, quam 123 Cynicus Philoſophus in foro Athenarum duxit in
auctionem: nimirum quæ in ea ſententia continebatur: *in omnibus re-*
ſpice finem. Hæc eſt prudentia, quam in aue oblata in holocauſtum ſub
124 *Leuit. 1.* ſymbolo commendauit Spiritus 124 ſanctus; cum iubebat, veſiculam
gutturis & plumas proiici in eum locum, quo cineres effundi ſolerent,
nimirum, vt voluptates & honores ad mortis memoriam penſitaren-
125 *Luc. 16.* tur. Ne ſis ergo & tu inſipiens, quemadmodum ille 125 diues: qui byſ-
ſo purpuraque fulgens, & quotidide opipareque conuiuans, mor-
tuus eſt, atque in inferno conſepultus, aut quemadmodum alter il-
le: qui, cum delaxandis horreis ad includendam vberrimam an-
nonam, qua plurimos annos lautiſsimus lætiſsimuſque viueret, co-
126 *Luc. 12.* gitaret: audiuit à Deo: 126 *Stulte, hac nocte animam tuam repetunt*
à te: quæ autem paraſti, cuius erunt? Ac nota verba, quæ ad hanc
hiſtoriam ſubiungit Saluator: *Sic eſt qui ſibi theſaurizat, & non eſt*
in Deum diues: id eſt, qui in terra, non autem in cœlo theſauri-
zat. Cogita igitur etiam atque etiam, dilecte frater, poſt puſillum
temporis

temporis (ô quam veloces præteruolant anni!) tu, qui modo nullius
egens poſeſsiones multas, omniſque generis diuitiarum plenos the-
ſauros habes; tu, qui epularis quotidie ſplendide, mollibus ditibuſque
127 Sap. 2. veſtiris, ſolueris voluptatibus, neque eſt 127 pratum quod non per-
tranſeat luxuria tua; tu, qui tuorum æqualium ducis familiam, quem
honores, ac dignitates ſæpe adeptum in rep. ſuſpiciunt, admirantur,
venerantur omnes: Cogita (eheu viciſsitudinem & vanitatem mor-
talium rerum!) quam inops, quam impotens, quam nudus; ſenſum
vſu deſtitutus, non videns, non audiens, non edens aut bibens am-
plius; abiectus, horribilis, fœdus, deſpicabilis, famulo ſeruoque tuo
deterior, elatus domo, ne dicam eiectus parua humo vt ſis infodien-
dus, vermes turpiſsimos carne iſta molliſsima cibaturus. Cogita, bo-
na iſta, quæ tanto ſtudio tot annos conquiſiſti, nihil ad animum, &
(quod mirandum magis eſt) nihil ad corpus; atque adeo nihil ad te
vlterius attinere. Cogita, iudicem illum, qui te ſempiternæ vel felicita-
ti, vel miſeriæ addicturus eſt, non interrogaturum, quam diues, quam
opulentus, quam honoratus, ſublimiſq; fueris in hoc ſæculo: ſed po-
tius, quam bonus, quam ſanctus, quam terreſtrium contemptor & cœ-
leſtium appetitor, quam ſui gratia pauper, nudus, deſpectus, annihi-
latus. Hæc enim cogitatio eſt, quæ deſerta loca anachoretis, cœnobia
monachis, religioſas domos ſæculi deſertorib. replet, hęc cogitatio eſt
quæ principes dominia, regna reges, imperatores imperia vltro abdi-
care, & è dominis ſeruos fieri coegit, hæc deniq; cogitatio eſt, quæ tan-
to mentem ſtupore occupat, adeo ſanguinem in venis conglaciat, o-
mne ſic robur neruis intercipit; vt plena manibus marſupia, nullo ex-
cuſſore delebantur. Ceterum enim, quod ad corporis neceſsitates, &
128 Luc. 22. vitæ ſuſtentationem pertinet: non in 128 abundantia cuiuſquam vita
eſt ex his quæ poſsidet; ſed natura pauciſsimis contenta eſt; & haben-
129 1. Tim. 6. tes 129 alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus, nam frigus,
130 Anſel. & fames (inquit 130 Anſelmus) ſimplici veſtitu ciboque expelli po-
131 Chryſoſt. hom. 65. ad pop. teſt: quemadmodum in mendicorum, & mendicantium religioſo-
rum auſteritate perſpici poteſt. Quæ 131 tamen ipſa quærentibus no-
132 1. Tim. 6. bis regnum Dei cœleſteſque theſauros, 132 iuſtitiam, charitatem, fi-
dem, pietatem, patientiam, manſuetudinem, vitam æternam, abun-
dãter incogitantibus adiicientur ab illo vniuerſitatis gubernatore: qui
133 Pſal. 135. aperit 133 manum ſuam, & implet omne animal benedictione: qui
dat 134 eſcam omni carni, etiam 135 pullis coruorum inuocantibus
134 Pſal. 1, 6. eum. Hic ſit igitur 136 quæſtus noſter maximus, Auditores, pietas cum
135 Et 147. ſufficientia. *y* Etenim ſi de flumina tantum quod ſatis eſt aquæ hau- *y A ſimili.*
136 1. Tim. 6. rimus, reliquum omne decurrere in mare permittimus; ſi ad ſolem
non totum diem apricamur, aut torremur, verum vbi tantulum inca-
luimus, diſcedimus; ſi nautæ de valide ſpirantib. coris haud immenſis
linteis

Digitized by Google

linteis flatum accipiunt, ſed definito velo, eoque non pleniſsimo, verum ad menſuram turgido, quanto poſsit nauigium prouehi non immergi: quæ dementia ſit, nolle modum ponere diuitijs accumulandis, nolle finem adhibere dilatandis confinibus, nolle ſibi temperare honoribus ambiendis; ſed hydropicorum inſtar, quo plus potauerimus, plus æſtuare, potuſque deſiderio cruciari? quæ inſania, pro peritura vita dies noctesque cogitationes, ſtudia omnia inſumpſiſſe: de æternitate ne cogitaſſe quidem, nedum laboraſſe? Igitur, diuitiæ ſi af-
137 *Luc.* 14. fluant, aut 137 renunciate pro Chriſto: aut, ſi ad tantam vos ipſe per-
138 *Pſal.* 62. fectionem non vocat, nolite 138 ſaltem cor apponere, & libenter eas liberaliterque cum pauperibus communicate. Præterea intelligite,
139 *Pſal.* 104. quemadmodum Hebræis olim Deus 139 regiones gentium dedit, & labores populorum poſſederunt, vt cuſtodirent iuſtificationes eius,
140 *Greg.* 3. *p. paſt. c.* 27. legemque eius requirerent: ita ex S. Patris 140 Gregorij ſententia præſentis ideo vitæ proſperitatem à Deo indulgeri, vt ad meliorem prouocet frugem. Quatenus ſint iſta tẽporalia (vt inquit Sapiens) tamquam nuncius percurrens: nimirum vt ipſis non tamquam fine, ſed tamquam medijs eo tantum vtamur, vt cœleſtium nos doceant ſubli-
141 *Geneſ.* 1. mitatem, & opportunitatem afferant theſaurizandi in cœlis. 141 Vi-
142 *Caſſ. coll.* 21. *c.* 3. dit enim Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. *In eo valde bona*
143 *Rom.* 1. *ſunt*, inquit 142 Caſsianus) *quod faciunt nos* 143 *inuiſiblia Dei intellecta conſpicere. Ceterum enim nec boni nomen tenebunt, ſi futuro illi ſæculo comparentur, vbi bonorum nulla mutatio, neque corruptio: quibus ſi conferantur, con-*
144 *Pſal.* 102. *tinuo vanitas apparebunt, dicente Dauid: Omnes* 144 *ſicut veſtimentum veteraſcent; tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient.* Hæc ſibi habeant diuites. Pauperibus vero, & ijs qui nondum ſunt locupletati quid impartiemur conſilij? Primum, vt ſint ſua ſorte contenti. Deinde, vt lucrum ſectentur abſque peccato. Tum, vt nimia ſtudia, anxietates, & exquiſitas diteſcendi artes, vſuras, monopolia, annonæ infoſsiones, mendacia, inſinuationes defugiant: contra vero ſummum ſtudium in expianda frequentius conſcientia, in participanda ſæpius diuina menſa, in crebra effuſione precum, in iuuandis proximis, maximeque pauperibus, in ieiunijs, in mortificatione atque aſperitate vitæ, in cæteris multifariam piis ſanctiſque operibus adhibeant. Hoc præſertim acceptabili tempore: cum pœnitentiæ quadrageſimam indixit Eccleſia: id eſt, celebres nundinas publicauit, mercatumque aperuit, vnde nobis commeatus præmittendos in patriam vberes comparemus. Quin tu igitur, Chriſtiane, in hac tanta opportunitate non eadem mundo lo-
145 *Geneſ.* 30. queris, quæ 145 Iacob olim dixit ad Socerum Laban: *Tu noſti* (aiebat) *quomodo per annos quatuordecim ſeruierim tibi: iuſtum eſt igitur, vt aliquando prouideam etiam domui meæ.* Dic ergo & tu: Ecce, ſæculum nequam, non iam quatuordecim annorum, ſed triginta, ſed quadraginta, ſed totius

Ee vitæ

vitæ duriſsimam acerbiſsimamque ſeruiui apud te ſeruitutem, lactatus inani ſpe tuorum promiſſorum, quibus magna pollicebaris, cum nihil niſi vmbras, & ſomnia donare poſſes. Et nunc quidem egregie ſic deluſo atque ad extremam egeſtatem redacto permitte, vt aliquando prouideam domui meæ: vt veros ſtabileſque theſauros theſaurizem in cœlis, patria mea; & humana contemnam vniuerſa in gratiam Domini mei Ieſu Chriſti. Qui mihi non tantum verbo, ſed multo magis exemplo clamat, conſiliator amantiſsimus: *Nolite 146 theſaurizare vobis theſauros in terra.* 146 Matt. 6. Ecce enim ipſe vniuerſorum dominus, totius orbis efformator, per quem reges regnant, & omnes animantes abundant; *cum 147 diues eſſet, egenus pro nobis factus eſt*, 147 2. Cor. 8. in ſtabulo natus, & reclinatus in præſepio; totam vitam in ſumma rerum egeſtate tranſegit, victitans emendicato, famem, ſitim ſæpiſsime perpeſſus; & cum paſſerculo cum nido, vulpeculæ 148 pro fouea commodum loci ſpatium attribuerit, 148 Matt. 8. ipſe rerum donator ac dominus ne tantillum quidem ſibi loci proprium, quantum reclinando capiti ſatis eſſet, reliquit. O exemplo contemnendorum temporalium ſtupendum & efficaciſsimum! z Apoſtrophe fig. ſen. verum, quid erit, Domine z Ieſu, ſi, ſuper hæc omnia, nudum te in iſta cruce contempler, omnique ſolatio deſtitutum, deſertum à diſcipulis, à Patre derelictum, à tuis popularibus ad trabem eiectum, denudatum à militibus, aridum, exhauſtum, ſitibundum, atque in ſiti ſumma felle potatum? vere cum omni probabilitate dubitare poſſum, an ſani ſint illi homines: qui cum iſta in ſapientiſsimo rerum æſtimatore Dei Filio peruideant; nihilominus in terrenis cumulandis theſauris, in temporalium affectatione adeo nequiter & obſtinate perdurant. *Finis.*

CAPVT IX.

Paradigma Concionis in genere encomiaſtico.

334 Laudari quis poteſt, vel ex omnibus excellentijs rebuſque geſtis, vel ex vna aliqua prærogatiua, illuſtriue facto. In hac igitur priori exornatinarum orationum forma prius genus experiemur in commendatione beatiſsimi Patriarchæ Ioſephi, Sanctiſsimæ Deiparæ Sponſi & Chriſti Dei nutritij.

Ioſeph fili Dauid, noli timere accipe Mariam coniugem tuam. Matth. 1.

335 *Exordium.* a Beneuolẽtia capta. Haud *a, b,* tantam à reſonanti voce ſimilitudinem imago vocis echo ſortitur; nec tantum à ſole ſplendorem lucis obtinet ille ſolis æmulus, nocturnarumque tenebrarum illuminator planetes; non tam

Digitized by Google

tam liberalem cœli benignitatem ſentit tellus, cum eius rore, pluuijs tur à perſo-
influentiarum virtute ſic diteſcit, vt, cum primo vere flores emittit, na laudan-
cœlum alterum corruptibilibus licet ſtellis diſtinctum videatur; non da. & à perſona Audi-
1 2. Reg. 6. tanta denique diuinorum beneficiorum arca Dei 1 Gethæum obe- torum.
dedomum per tres menſes cumulauit: *c* quantis virtutum inſigni- *b* Similitudines con-
bus, quanta bonorum affluentia, quam copioſis chariſmatum donis globatæ.
locupletatus eſt per animatam *d* Dei arcam cuſtos illius, per ſponſam *c* Repetitio
ſponſus, virgo per virginem, Ioſeph per Mariam. Tantum profecto fig. verb.
diuinis honoribus atque muneribus per ipſam redundauit Patriarcha *d* Differentia fig. ſent.
iſte Sanctiſsimus: vt excellentiarum eius æmulus, illi quam ſimillimus
extiterit: ac, ſi, virgo mortales omnes immortaleſq; excepto Deo Opt.
Max. prærogatiuis ſingularibus antecelluit; non minus ſecundum il-
lam beatiſsimus Ioſeph omnes homines cœloque receptos dynaſtos,
omnes cœli indigenas Angelos longe meritorum ac dignitatis inter-
uallo ſuperarit. Hi ſunt igitur vniuerſi totius, & nominatim veſtræ vr-
bis, nobililiſsimi Auditores, duo *e* luminaria: per quæ vobis fidei lu- *e* Metaphora trop.
men, & primum affulſit, & deinceps creuit vſq; ad perfectum diem, hi
ſunt oculi tui, Mamertina ciuitas: & per quos humana diuinaque pru-
dentia perſpicax vides, quã accurate cœleſtia tractes, quam ſapienter
humana modereris. hi manus, per quas ad omnia maxima perficienda
vales. hi poli, hi cardines, quib. ſalus omnis tua vertitur. hi deniq; aleæ,
quib. pietatis tuæ fama ſubnixa, toto orbe celebratur: vt nulla ſit ora,
nulla regio, nulla tam extreme poſita natio; quæ fauores ab illis tuos,
tuoſque viciſsim erga illos cultus peculiares obſeruantiaſq; non norit.
f Quare ſi deuotione in virginem beatiſsimã tanta es, quanta eſſe cre-
dibile eſt ciuitatẽ illam, cui ſe per datã epiſtolam ipſa in patronam tra- *f* A pari.
didit ſpecialem & ſempiternam: non minora ſponſo eius dilectiſsimo
pietatis officia debes, cuius cũ ipſa cor vnum & anima ſemper vna fuit.
vt quemadmodũ illos in priuato numine ac protectione tui ſeparatos
non habes; ita ſit irreligioſum & ingratiſsimũ, in affectus & veneratio-
nis tuæ ſingularitate velle diſcernere. *g* Et quemadmodum te in au- *g* Attentio.
diendis Reginæ tuæ præconijs promptiſsimis animis, cupidiſsimis au-
ribus ſuſpenſam ſemper intentamque animaduerti; adeo vt oculis,
vultu, plauſu, lacrymis interna de ipſius celebratione gaudia decla-
rares: ita facito, parem videam voluntatis ardorem, ſimilem lætitiæ
ſignificationem, non inferius attentionis ſtudium ad hunc panegy-
ricum, quem de Rege, Reginæque tuæ viro ſum habiturus. *h* In quo, *h* Docilitas.
quantus, quam ſublimis, excelſuſque in terris fuerit, & ſit adhuc in
cœlo, futurus in totam æternitatem heros iſte numquam ſatis lauda-
bilis, ita deſcribam: vt ad extremum, quemadmodum initio ſub-
indicaui, bona vniuerſa, quibus potitus eſt, à diuina illa coniuge
ſua, quaſi dotis nomine accepiſſe demonſtrem. Quo me ſtrictius

allegem ad Angeli verba illa per quietem monentis: *Ioſeph 2 filij Dauid* 2 *Matt.1.*
noli timere accipe Mariam coniugem tuam.

336 *Confirmatio, ſiue perpetua amplificatio.* In qua omnes 5 Ioſephi excellentiæ ſub quatuor rerum generib adunãtur libr.1. ſect.1.cap.2. nu 15

i Introductio per ſcripturæ allegoriam.

i Quotieſcunque paradiſum illam, initium mundanæ conditionis à rerum omnium molitore Deo, in virgine adhuc terra, maritiſque imbribus nec dum corrupta complantatam mente perambulo; demirorque intuens vegetam arborum viriditatem, florum viuacem fragrantiam odorans, deguſtans vitalium pomorum ſuauitatem: toties ſuccurrit mihi ſpecies & imago ad viuũ expreſſa Beatiſsimæ Deiparæ. Quæ inter laudes & cetera nomina, hoc etiam à Sponſo 3 ſuo decoratur: *Hortus concluſus, Soror mea ſponſa, hortus concluſus: emiſsiones tua paradiſus malorum punicorum, cum pomorum fructibus. Cypri cum nardo, nardus & crocus, fiſtula & cinnamomum, cum vniuerſis lignis Libani: myrrha & aloe, cum omnibus primis vnguentis.* Iam quod erat in paradiſo illa maxime omnium notatu conſpectuque dignum, ingens ille fluuius erat; *vitreis argenteus vndis*, de loco voluptatis egrediens ad irrigandam paradiſum. ex qua mox (tam perennibus, tam copioſis immenſus erumpebat aquis) in magna quatuor capita, hoc eſt, in maxima quatuor orbis terræ flumina diuidebatur, Gangem, Nilum, Tygrim, Euphratem. Similiter, quod eſt maxime admirabile in hac noſtra paradiſo, immenſus ille fluuius eſt chariſmatum, gratiarum, beneficiorum, bonorumque omnium: qui virere, vernare, florere, fructificare perenniter illam facit; egrediens de loco voluptatis, id eſt, de fonte omnis beatitudinis ac felicitatis, Deo. Et quemadmodum ille fons ceteram terram in quatuor flumina diſſectus, per paradiſum irrigabat: ita Ioſephum Deus quatuor maximis gratiarum fluentis cumulauit per Mariam. iuxta illa 4 Eccleſiaſtici verba: *Ego quaſi trames aquæ immenſæ de fluuio, ego fluuij* 4 *Eccle.24.*
dioryx, & ſicut aquæductus exiui de paradiſo: dixi, Rigabo hortum meum plantationum & inebriabo prati mei fructum.

k Partitio, & propoſitio, id eſt, docilitas enucleatior.

Sic *k* enim exiſtimo, Auditores, quæcunque Ioſeph à natura à gratia, à ſe, à ſua familia (quæ ſunt capita quatuor) ſortitus eſt bona, vniuerſa à Deo conſecutum fuiſſe per Mariam. Permittite, quæſo mihi, vt breuiter ſingula perluſtrem, vobiſque percenſam: ita nimirum veritatis huius certitudinem, futurum eſt, vt apertiſsime omni procul dubitatione pernoſcatis.

337 *l* Primum caput, bona naturæ. *m* Genealogia.

l In natura quatuor (vt mihi videtur) ſpectare licet, generationem, fortunam, corporis conſtitutionem, animi ingenium: quæ in hoc diuino viro tam præclara fuerunt, vt ignorem, vtrum in vllo alio fuerit parens natura liberalior. *m* Primum enim, cuius vmquam ſiue regis, ſiue totius orbis monarchæ proſapia tantæ, tam indubitatæ, tam ſanctæ nobilitatis fuit; quantæ Ioſephi genus, idem cum genere Chriſti, & Mariæ? Enimuero ſi nobilitas comperta antiquitate, magnorumque virorum ſerie æſtimatur: profecto maxima omniũ

n Gradatio ſig. ſent.

Ioſephi claritas fuit, quæ vſque ad Dauidem, *n* vſque ad Abrahamum,

vſque

vſque ad Adamum, vſque ad Deum tam certa ordinis progreſsione peruenit, vt nullus pateat dubitationi locus, nec ſit in quo pati calumniam à quoquam poſsit. Quandoquidem duo ex Euangeliſtis, *o* id eſt, ex Sacris Scriptoribus, id eſt, ex ijs, qui Spiritu ſancto dictante ſcripſerunt, ex ijs, per quos ipſa veritas locuta eſt, generationem iſtam deſcripſerunt: alter vſq; ad Abrahamum, alter ad Adamum Deumque pertrahentes. *o Interpretat o figu. ſent.*

p Prodeat nunc neſcio quis, cuius à detritis vetuſtate tabulis, à fumolis *q* imaginibus familiæ ſplendor eluceat; qui genus à Cæſare, à Pompeio, ab alia veterum Romanorum ſtirpe duxiſſe, magis ambitione quam veritate ſe iactet, conferat ſe, ſi tantum audet, cum heroe iſto; cuius claritudo ſanguinis ab ipſo mundi exordio, ab ipſa totius nobilitatis radice, exploratiſsima veritate deducta eſt. *r* Solent quidem nobilium virorum ordines tam exquiſitam in ſuis alumnis familiæ honeſtatem requirere; vt, niſi ducentorum annorum nobilitatem probauerit, neminem in ſodalitium ſuum admiſerint. Quas igitur nobilium congregationes, quæ principum ſodalitia, quos regum cõuentus refugiat, nec adeat cum omni fiducia hic; quia certiſsimis teſtimonijs, ſemel quidem pluſquam à binis annorum millibus, iterum vero à millibus circiter quaternis nobilitatem ſuam præclariſsimam afferre poteſt? *ſ* Quam vero, & quantam nobilitatem? nimirum in cuius nomenclatura multi eminent Patriarchæ nobiliſsimarum capita familiarium, duces & imperatores fortiſsimi, celeberrimorum regum multitudo, ipſe totius humanæ amplitudinis origo primus hominum parens, ipſe denique fons omnis ſiue terreſtis ſiue cœleſtis nobilitatis, rerum omnium procreator Deus. Quare non hyperbolice Iſaias Regem appellauit Ioſephum: cum Deum Patrem induxit ad Filium ſuum hominem factum, ſub perſona Iſraelitici populi dicentem: *t Iſa. 49.* *Erunt* 5 *reges nutritij tui*, hoc eſt, nutrieris ad virilem ætatem ab illuſtriſſima regum propagine, Ioſepho, & Maria. *p Cõceſsio fig. ſent.* *q Differentia fig verb. & ſent.* *r A minori ad maius.* *ſ Interrogatio & ſubiectio figu. ſent.*

Quoniam vero nobilitas omnis *t* virtute conſtat & genuinus hominis ſplendor à ſole probitatis exiſtit, nec eſt alia præſertim apud Deum, gloria, quam vitæ integritate ac meritis *u* coruſcare: videte iam, *x* quales in virtute, Sapientia, vitæque Sanctimonia fuerint Ioſephi maiores. Cum & Patriarchæ, præſertim Abraham, Iſaac & Iacob integerrimis moribus, diuinaque conſpicui amicitia floruerint: & reges (inter quos ille ſecundum cor Dei, & ille mortalium omnium ſapientiſsimus) vncti atque electi ab ipſo Deo: & duces, tales, qui bellicæ virtuti religionem diuinitus traditam pietatemque coniunxerint. Nolo *y* hic (quod nobilium virorum quamplurimis fortaſſe ſatis eſt; vt maiorum gloriæ tantum, non etiam virtutis hæredes eſſe velint; vtque alieno magis lumine notari, quam propria luce ſplen- 338 *t Sententia fig ſent.* *u Metaphora trop.* *x Diſtributio fig. ſent.* *y A cauſa formali.*

deſcere eligant, improbi, ſceleſti, optimo genere indigni:) nolo inquã, Ioſepho externas duntaxat honeſtates, colores externos allinere, quin minime degenerem ipſum, omniſque potius optimæ indolis, & ſummæ dignitatis hæredem vnicum demonſtrabo. ζ Demonſtrabo vero (vt taceam nunc quæ ſum inferius de ipſius Sanctimonia copioſe dicturus) vnico *a* Bernardi 6 teſtimonio, viri de familia Beatiſsimæ virginis eruditiſsimi. qui ad laudes ſanctiſsimi Patriarchæ hanc exclamationem, ſiue epiphonema adiecit: *b Vere de domo Dauid, vere ex Regia ſtirpe deſcendit vir iſte Ioſeph: nobilis genere, mente nobilior: plane filius Dauid, non degenerans à patre ſuo Dauid: prorſus, inquam, filius Dauid; non tantum carne, ſed fide, ſed ſanctitate, ſed deuotione: prorſus denique alter Dauid; quem Dominus inuenit ſecundum cor ſuum, cui cito committeret ſecretiſsimum c ac ſacratiſsimum ſui cordis arcanum* (quod erat Incarnationis myſterium) *cui tanquam alteram Dauid 7 incerta & occulta ſapientiæ ſuæ manifeſtaret.* Tanta quidem iuſtitiæ nobilitate inſignis fuit: vt gentilitiam *d* torquem ſuam veluti gemma terminauerit: vt ſolis inſtar fulgentiſsimi à maiorum ſtellis acceptum lumen, ad eaſdem admirabili cum ex ſuperatione reflexerit. Et fuit. n. ipſe omnium hominum ſanctiſsimus, vt indicabo: & Iuſtitiæ ſolem illum, totiuſque nobilitatis autorem, Regem regum, dominantium Dominum, etſi non generatione, at (tamquam cognatione viciniſsimus, matriſque eius patruelis, legalis frater, & ſponſus) cetera omni alimentorum, cuſtodiæ, famulatus obſequiorum cooperatione dedit maioribus. Quibus, cum non eſſet quo vlterius ſeu virtutum ſeu ſanguinis claritudo excreſceret, ſtetit in tribus virginib. generatio: vno, homine ſimul ac Deo: altera virgine pariter & matre Deipara: tertio, poſt hoſce duos, omnium hominum integerrimo, ſanctiſsimo, gratia gloriaque cumulatiſsimo.

x Conduplicatio fig. verb.

a Ab autoritate.

b Epiphonema figu. ſent.

c Agnominatio figu. verb.

d Metaphora, ſiue allegoria trop.

6 *Bern. ho. 2. ſup. Miſſus eſt. Eadem fere habet S. Ant. 4. p. theol. tit. 15. c. 8.*

7 *Pſal. 50.*

339 *e* Iam vero corpus illi, atque animus cuiuſmodi attributa fuerint à natura, ex dictis liquere poteſt. Etenim ſi tantæ nobilitatis, tantarum virtutum hæres atque adauctor fuit; ſi tam vicinus Chriſto Domino, vt nihil propinquum magis; ſi denique tanta innocentia vitæ cumuloque Sanctimoniæ redundauit: quis ambigere poterit, vtrum pulchro fuerit honeſtoq; aſpectu corporis, vbi tamquam in theatro gratior apparere & quaſi ſandaracha eniteſcere virtus ſolet; vtrum animo ad omnem bonitatem pietatemque propenſo? Certe quidẽ, quod ad corpus attinet, quid dicémus, niſi quod tradit non vulgaris 8 quidam doctor, perſimilem illum vultu fuiſſe Chriſto, *f* nempe ſpecioſo illi præ filijs hominum, candido, & rubicundo, cuius pulchritudinem Sol & Luna mirantur? Sic enim cuidam iſte per releuationem manifeſtauit, inquiens: *Ego 9 ſimilis eram Ioſepho in omnibus.* Neque hoc præter fidem: cum & hac ratione Chriſtus facilius (quod fuit Altiſsimi conſilium in coniungenda in matrimonium virgine) Ioſephi poterat filius repu-

e Corporis forma, atq; animi indoles.

f Interpretatio figu. ſent.

8 *Gerſ. in ſua Ioſephina.*

9 *Refert ex hiſtoria quadam Orientali Gratianus lib. 2. c. 4. vit. S. Ioſeph.*

reputari: & credibiliſsimum fuerit, vultuum ſimilitudinem in tanta
ſanguinis coniunctione contigiſſe. Animum vero nemo quærat, vtrum
ingenita propenſione ad virtutem ferretur: cum tanta ſanctimoniæ ex
ſuperatio exiſtere non potuerit abſq; interna vi & quadam (vt ita lo- *g* Cohabitatio figu. verb.
quar) *h* libera *g* in bonum neceſsitate naturæ.

h Vnica in naturæ bonis fortuna reſtat: quam ego, vtpote variam *h* Venuſtas fig ſent.
& mutabilem virtutique inimicam, ſi facerem ab Heroe noſtro alie-
nam; adeo nihil minuerem de laudibus, vt ſummo illi potius encomio 340
adſcribi poſſet. Quippe cui diuitiæ, ſi fuerunt à maioribus, vt probabi- *h* Bona fortunæ.
litate non vacat; contemptæ abiectæque ſunt omnes, & cum paupe-
ribus in Dei gratiam communicatæ, ſin tenue patrimonium obuenit;
tulit penuriam perlibenter, egitque gratias bonorum largitori maxi-
mas: qui ſibi *i* pro fucatis, fluxis periturisque bonis vera, ſolida, æ- *i* Antithetum ſeu oppoſitio fig. verb. & ſen.
ternaque bona tribuiſſet. Neque adiecit vmquam animum ad dite-
ſcendum contrahendo, fœnerando, commeando: ſed *k* honeſtiſsi-
ma illa arte lignaria ſibi, Deiparæ, Deoque victum quærere ſatis ha- *k* Artificiũ.
buit. De quo artificio illud ſummi præconij loco dicere poſſumus:
quod fuerit illud, in quo ſe puer, adoleſcens, ac iuuenis Deus ad Io-
ſephi patris obſequelam occupauit: illud, quo *l* thronus veri Salo- *l* Definitiones conglobatæ.
monis cum aſcenſu purpureo; quo cathedra æternæ Sapientiæ; quo
totius miſericordiæ tribunal; quo nauis illa ſalutis; quo telum, diabo-
li, peccati, mortiſque deiector; quo trochlea, qua exaltatus è terra Sal-
uator omnia traxit ad ſe ipſum; quo perennis holocauſti altare; quo
ſella noſtræ regenerationis; quo denique arca diuinorum omnium
theſaurorum Sacroſancta crux ædificata eſt. Verumenimuero quan-
doquidem in fortunæ beneficijs non tantum pecunia & poſſeſsio-
nes; verum etiam quæcunque extra hominem ſunt amici, famuli,
coniux, liberi, patria, ceteraque huiuſmodi numerantur: quis vm-
quam in omnibus reb. fortunatiſsimus ac feliciſsimus conferre ſe au-
deat cum hoc plane beato viro? Qui natione Iſraelita fuit, nem-
pe, de populo, Deo præ omnibus ea tempeſtate *m* dilectiſsimo, pu- *m* Natio & patria.
pilla oculorum Dei, veræ religionis cultore vnico; in manu poten-
ti & brachio excelſo, in ſignis ac mirabilibus ſemper defenſo. qui pa-
tria Nazarenus extitit: nimirum ex vrbe, in qua & nata Maria, &
Deus conceptus atque eductus; vt iam non ſit amplius qui admira-
10 Ioan. 1. bundus dicat: *A* 10 *Nazareth poteſt aliquid boni eſſe?* Cum inde iam o-
mne *n* bonum extitiſſe cognoſcatur, cui (O ſortem ſingularum, *n* A toto.
ô cœli munus alteri conferendum nulli!) obtigit pro filio Deus, pro
coniuge Dei mater: *o* ille, qui ſupra omnes Reges cœleſtium terre- *o* Interpretatio figu. ſent.
ſtriumque regnorum, orbis vniuerſitatem nutu ſuo moderatur: alte-
ra, quæ legitimo dominio hominibus imperat, Angelis præeſt; pa-
trocinatur terris cœlo dominatur; in hoc mundo vbique locorum
ſanctiſ-

ſanctiſsime colitur; in illo, vbi dignitatis eius ſublimitas magis agnoſcitur, ſummis honoribus, exquiſitis officijs, demiſsis venerationibus adoratur.

341 *p Alterum caput, bona gratiæ.*

p Spectaſtis, Auditores, naturæ torrentem in iſtud ſe excellentiarum mare copiſiſsimis munerum influentijs exoneraſſe: videte nunc flumen alterum, quam plenum, quam turgidum, quam immenſum ad illud deſcendat. Quo ſic tanti pelagi profunditatem atque amplitudinem admiremini. Eſt autem hoc, gratiæ flumen, non quidem qua ratione Dei qualecumque beneficium ſignificat: ita enim eſſet non iam flumen, ſed abyſſus ingens & vnica, omnes inuoluens naturæ, fortunæ, corporis, animi, naturales, ſupernaturales bonorum attributiones; quæ deſcendunt omnes à Patre luminum, à fonte perfectionum omnium, ab illo, qui & ſubſtantias cunctarum rerum facit, & quæcumque ſubſtantijs attributa concedit. Sed gratiæ nomine hic intelligimus peculiaria dumtaxat Dei quædam & excellentia beneficia, ad ſublimiſsimum quendam ſupernaturalium rerum ordinem ſpectantia, nimirum ad verbi Dei incarnationis œconomiam. Qua ratione, etſi hoc caput valde coarctamus; nihil eſt tamen, quod eius amplitudini atque immenſitati conferri vlla ex parte poſſe videatur.

342 *q Prædeſtinatio & electio.*

q Iam quanta gratiæ liberalitas aduerſus ſanctiſsimum Patriarcham fuit: qui primum ſingulariter à Deo dilectus, electus, prædeſtinatus ad tantum munus eſt, vt incarnationis diuinæ, operique reparationis humanæ intimam operam, tamquam perpetuus filij matriſque cuſtos atque nutritius collocaret: Enimuero *r* ſi Mariæ, quod futura mater erat filij Dei, ſingularis prædeſtinatio ab omnib. cenſetur: quidni ſecundum hanc peculiaris Ioſephi dilectio cenſeatur; qui Dei pater, ſponſuſque virginis matris ſic extitit, vt, excepta generatione, cuius autor non fuit, ceterum & *ſ* ſuccreſcentem ſubſtantiam, & ſanguinem, & alimenta, cuſtodiam, defenſionem, obſequia, crepundia, ſupellectilem, hilarem vitam, reliqua omnia impertiret? Deinde hunc ad rem tantam prædeſtinatum virum, quam affabre Deus in tempore fecerit, quanta cura exornarit, quibus coloribus illuminarit, aſpiciamus.

r A pari.

ſ Enumeratio partium.

t Sanctificatio in vtero.

t Cum enim vtero adhuc matris includeretur infantulus, minime diu permiſit ipſum Deus originaria peccati labe pollutum teneri: ſed ſtatim (vt pie non leues 12 autores, in quibus & Doctor 11 Pariſienſis, affirmant) infuſa gratiæ plenitudine ſanctificauit. Ita ſecum pertractans: *u* Permittamne Filij mei, qui lucis æternæ candor eſt, & ſpeculum ſine macula, futurum tot annos miniſtrum, cuſtodem, nutritium, patrem ſordeſcere in cœno peccatorum? patiarne, vt diutius inimicus mihi viuat ille, quem in amiciſsimum ac familiariſsimum attribui Dilecto meo? an quem ad ſanctitatem & gloriam elegi ſummam, conſeſſurum

u Proſopopœia ſig. ſent.

11 Io. Gerſ. ſerm. de nat. Iac. Val. in Can. B. Virg. 12 Echius ſer. de S. Ioſ. habito in Conc. Conſtantienſi.

Digitized by Google

ſeſſurum olim in cœlis throno meo, viciniſsimum, relinquam nunc
diaboli mancipium, iniuſtum, præuaricatorem, tam longe à me di-
uulſum, quanto ſpatio terræ centrum à ſumma Empyrij ſublimitate
diſtinguitur? *x* Fuerit ſane, quod vitium ſurculus corruptæ radicis *x* Cõceſsio
contraxerit, diuinæque maledictionis vniuerſalem ſenſerit legem: fig. ſent.
nunc vero, cum poſsim, cum deceat, cum fas ſit, quid moror amplius?
qui in imperio: *y* Surge aquilo, & veni *z* auſter, perfla hortulum *y* Proſopo-
meum; faceſſe peccatum, & accede gratia ad dilectum puerum meũ; pœia in al-
diſsipamini tenebræ, & affulge lux præclariſsima huic alteri cœlo meo? tera proſo-
pop œia.
13 *Ierem.* 13. *a* Quod ſi 13 Ieremiam, quod vacinaturus & prædicaturus de Chriſto *z* Allegoria
trop.
Filio fuerat, antequam de vulua egrederetur, purum, ſanctumque fe- *a* Exemplo
14 *Luc.* 1. ci; ſi 14 Baptiſtam Ioannem, quia præcurſorem Chriſto aſcribam, qui à minori ad
baptizet, prædicet, indicet illum, in ventre parentis vetulæ exultatio- maius, ſeu à
nis gratia ſum repleturus ac ſanctificaturus: quæ ratio poſtulat æqui- maiori ad
minus
tatis, vt iſtum, qui triginta ipſos annos *b* aſpecturus, auditurus, con- *b* Cõgeries
trectaturus eſt verbum vitæ; qui multum temporis geſtaturus eſt in fig. verb. &
ſent.
vlnis, blandis obſequijs demulſurus, ſinu identidem conſtricturus ac
confoturus; qui in labore ſudoreque vultus ſui miniſtraturus eſt illi
panem ſuum, enutriturus, educturus, prouecturus; qui denique tam-
quam pater cuſtoditurus, imperaturus, familiariſsime conuicturus, re-
linquam diutius in culpæ reatu, nec ſtatim, nulla interpoſita mora, ab-
ſoluam, ſanctificem exornem? Infudit igitur ſapientiſsimus & cle-
mentiſsimus Deus ingentem gratiæ cumulum: quo non tantum à na-
tiua culpa liberauit, ab illaque communi hominum damnata maſſa
15 *Gerſ.* exemit; *c* verum etiam ipſum peccati ardorem 15 ac fomitem, qui eſt *c* Gratiarũ
intrinſeca illa ad malum propenſio rebellioque inferioris portionis cumulus.
16 *Gerſ.* mitigauit, ita vt ſine certamine 16 carnis, & Spiritus potuerit eſſe caſtiſ-
ſimus; & abſque lethali vllo crimine viuere perfectiſsimus. Vſum ra-
tionis accelerauerit, multiſq; virtutibus, & S. Spiritus chariſmatis cu-
mulauit, quibus ipſum autorem atq; ornatorem ſuum & cognouit, &
credidit, & ſperauit, & dilexit; atq; omnibus officijs & obſequijs ſan-
ctiſsime ſapientiſsimeque eſt proſecutus.

Tot tantiſque diuinis beneficijs auctum, augendumq; multo ma- 343
ioribus, cum ex vteri ergaſtulo prodijt in hanc lucem, quo *d* nomine *d* Nomen.
dixiſſent alio, quam Ioſepho, id eſt, Domini incremento? ſic appella-
runt quidem parentes eius; verumtamen haud ipſi nomen impoſue-
runt, ſed Deus qui merita viri, electionemque ſingularem cognoſcens
inſpirauit parentibus, quo nomine infantulum in circumciſione inſi-
gnirent.

Quidni enim Argumentum appelletur ille, qui præ ceteris eſt à
Deo ſingulariter prædeſtinatus, ſanctificatus in vtero, in paruo corpu-
ſculo vir effectus, virtutum cœleſtium perfectione ſublimis? Quidni

Augmentum dicatur ille: qui Deiparæ virginis ſponſus futurus, adeo per matrimoniū haud erat virginitatem, quod ceteris contigerat, ammiſſurus; vt potius eſſet adaucturus, ſanctioremq; redditurus, quippe cum exemplo atq; adhortatione coniugis ſuæ futurum eſſet, vt ex viris primus illam voto confirmaret ac ſtabiliret? Augmentū rurſus quare

e Definitiones conglobatæ.

non vocetur: cui ſingulari prærogatiua futurus erat pro filio, Dei *e* Filius, dominus omnium, vniuerſitatis creator? Quidni deniq; magnum cœli incrementum prædicetur ille: cui tam liberalib. beneficijs ſupereffundenda gratia erat; vt exceptis filio & coniuge ſua, omnes homines, omnes Angelos eſſet iuſtitiæ meritis & gloriæ ſublimitate victurus? Neq; vero ſilentio præteribo, quod 20 quidam ſagaciter indagans animaduertit: nomen iſtud à Deo tanto in pretio habitum, fauore tam ſpeciali fuiſſe decoratum; vt in Scripturis diuinis, quatuor, qui ex omnibus Ioſephi dicti fuerunt, tanta vitæ innocentia præditi fuerint vt Iuſtorum cognomentum acceperint. Etenim de Patriarcha illo Aegypti Saluatore perhibetur ſapientia 21 venditū Iuſtum non dereliquiſſe: de illo ab Arimathæa decurione dicit 22 Lucas: *Vir bonus & iuſtus*: idem Euangeliſta 23 de illo Chriſti diſcipulo, qui cum Matthia in ſortem Apoſtolatus conſtitutus fuit, iuſtum fuiſſe cognominatum ſcribit: de noſtro deniq; heroe præſtantiſsimo breui cōpendio laudum ſuarum habet S. Matth. *Ioſeph autem vir eius cum eſſet iuſtus.* O nomen igitur præclariſsimum, Deo charum & ſingulare, hominibus fructuoſum! gaudete quicunq; eo decorati eſtis: bonum quippe habetis indicium atq; omen futuræ veſtræ innocentiæ ac probitatis.

20 *Cartag.*
21 *Sap. 10.*
22 *Luc. 23.*
23 *Act. 1.*

344 *f* Exacta ſanctiſsime pueritia, bonaq; vitæ periodo: cum eſſet prope quadragenarius, quaſi alterum Mardochaeum, aut ſimilius, quaſi alterum Ioſephum Deus per totam orbis vniuerſitatem: regijs ſuis ornamentis inſignem mortalib. omnibus, & immortalibus velut in gloriæ theatro ſpectandum atq; honorandum exhibuit. Cum conſultantib. ſacerdotibus, eccuinam ex omnibus hominibus virginem quandam templi *g* obſequijs iam defunctam, integerrimā, ſanctiſsimam, prope diuinam nuptui traderent: ipſe, qui & illam ad maternitatis Dei, & Ioſephum ad nutritij dignitatem deſtinarat, inſpirauit ijs mentem, aut potius reuelatione præcepit, vt ſigno viſibili ſponſum non tam eligerent ipſi, quam cœlitus electum agnoſcerent. Quare quicunq; de tribu & familia virginis riuales eſſe poterant, ſinguli ſingulas afferrent virgas ad 24 altare ſtatuendas, cuius virga floreret, ſederetque ſuper ea Spiritus S. Symbolum columba; ipſe eſſet, cui tantam coniugem cōmiſiſſet Deus. Ergo tentato miraculo, Ioſephus ille cōiux inuentus eſt: qui perpetuus virginitatis eius cuſtos futurus, virgo virginē duceret, & nihilominus verus coniux vxorem: cui & annulum de more dedit, qui hodieque Peruſij ciuitate Italię celebri magna cū veneratione aſſeruatur.

f Matrimonium.

g Definitio ſig. ſent. ſeu periphraſis trop.

24 *Hieron. aut quicunq; fuit autor libri de ortu virg.*

h Hic

Digitized by Google

b Hic ſi me interroges, qualem vxorem, qua dote acceperit; bre- 345
uiter dicam, coniugem fuiſſe talem, quæ *nec primam ſimilem viſa eſt, nec* *b* Sponſæ, & dotis cõditio.
habere ſequentem; in qua omnes cum naturales, tum ſupernaturales pul-
chritudines viguerunt, virtutes, gratiæ, dona, chariſmata vniuerſa.
25 *Prou. vlt.* Quæ dos illa & diuitiæ ſunt, de quib. ipſi dicitur in 25 Prouerb. *Multæ fi-*
liæ congregauerunt diuitias; tu ſupergreſſa es vniuerſas. Dos profectò, quæ vi-
rum, tantum non beatum planeq; felicem reddidit: cum ſcriptum in-
26 *Eccle.26.* ueniamus. *Pars 26 bona, mulier bona: mulieris bonæ beatus vir*, adeo beatus,
vt numerus annorũ eius duplex æſtimetur. Quæ forte ratio aliqua eſſe
poteſt (etſi potiſsima ſit, intactæ à Ioſepho virginis expreſsio) cur picto-
res Patriarcham iſtum (iuuenẽ ſine dubio, vt & labores tolerare, & fa-
mæ tenerrimæ virginis, quã à ſeniore duci nõ decebat, conſulere poſ-
28 *Luc.3.* ſet; cũ præſertim Chriſtus iam eius filius 28 putaretur) ſenem 29 tamen
29 *Viguer. inſtit. cap. 2. §.9.* depingunt, forte, inquã, ex prædicta ratione: quia duplices annos ex o-
ptima cõiuge vixit; & quadragenariũ eorum numerum, octogenariũ
poterat reputare. Si rurſus interroges, an à Deo peculiari quadã ratio-
ne fuerit hoc beneficiũ: aio breuius, non tantũ peculiare, ſed & ſingu-
30 *Prou. 19.* lare Dei munus extitiſſe. Enimuero ſi dicitur in 30 ſacris lit. domũ qui-
quidẽ ac diuitias dari à parentib. vxorem v. prudentem à Domino pro-
prie iſtam in ſumma oris pulchritudine prudentiſsimam, ſanctiſsimã,
cœleſtib. ipſis admirabilem, & Deo maximis in amorib. quis Ioſepho
traderet, niſi Deus? Tertio ſi me roges, vtrũ Ioſeph tantis fuerit ſancti-
moniæ gratiarumq; meritis, vt puriſsimæ virginis Deiparæque matri-
moniũ inire permitteretur; cũ ſponſalia, quo firmiora ſint & pacifica,
inter perſonas æquales, & genere, ſtatu, conditione morib. conformes
31 *L.2. C. de crim. ſacril.* celebranda iure videantur: dicere breuiſsime poſſem illa 31 Imperiali
ſanctione, diſputare de principali iudicio nõ oportere: ſacrilegij. n. in-
ſtar eſſe, dubitare, an is dignus ſit, quẽ elegerit Imperator. Multo igitur
execrandum magis electum à Deo ad ſponſi Deiparæ dignitatem, ido-
neum non fuiſſe, ſuſpicari. *i* Quos enim Deus ad munus aliquod aſci- *i* Ab antecedentibus.
32 *D.Th.3. p.q.27.a.4.* ſcit, ita præparat ac diſponit (autore 32 Angelico Doct.) vt ad illud in-
ueniantur idonei, quemadmodum in Moyſe, in Dauide, in Baptiſta co-
33 *2.Cor.3.* gnouimus: in Apoſtolis etiam, qui 33 de ſe prædicauerunt: *Idoneos nos*
34 *Luc.2.* *fecit miniſtros noui Taſtam*. in ipſamet Deipara Virgine, quæ 34 & feciſſe
35 *Auguſt.* Deum ſibi magna cecinit, vt in parentem eligeret; & de qua 35 Augu-
ſtinus: *Inde nouimus*, inquit, *tantam gratiam illi eſſe collatam, quia Deum con-*
cipere ac parere meruit, eſt. Deus igitur, qui matrimonij fœdere coniunxit
illos, fecit, etſi minime æquales, attamen ſimiles in ſanctimonia: vt Io-
ſeph virtutes vxoris, quæ Seraphinis ipſis poterat eſſe ſanctitatis ſpecu-
lũ & exẽplar, imitari, atq; adeo æmulari poſſet. Et v. maxime credibile
eſt, Patrem Deum filiæ omnium dilectiſsimæ virorũ omnium optimũ
36 *Num. 11.* attribuiſſe. Nam *k* ſi de coadiutoribus Moyſis dixit 36 Deus: *Auferam de* *k* A patr.

Spiritu tuo, & tradam eis; ſi, cum Adamo 37 tradere adiutorium vellet, 37 *Geneſ.2.*
de coſta ipſius ſimillimum efformauit: quare Ioſepho virginis adiuto-
tor & coniugi non donarit Deus de eodem ſpiritu doniſque cœleſti-
l A minori. bus: quo magis amor inter ipſos mutuus foueretur? *l* ſi 38 præceperat 38 *Iſa.52.*
Deus: *Mundamini qui fertis vaſa Domini*; & 39 Eleazarum iuſſu eius, vt 39 *1. Reg.7.*
arcam domini cuſtodiret, ſanctificarunt: hic, qui ad cuſtodiendam a-
nimatam Dei arcam vrnamque cœleſtis mannæ electus fuit, qua ſan-
ctitate, qua munditia fuiſſe oportebat? Si ad 40 cuſtodiam terreſtis pa- 40 *Gen.3.*
radiſi Cherubinum aſsignauit: huic paradiſo cœleſti, cui dicitur in 41 41 *Cant.4.*
Canticis: *Emiſsiones tuæ paradiſus*, quem alium niſi Seraphinum cuſto-
diendo deputarit; ac dixerit illud, quod Pharao rex Aegypti Ioſepho
alteri: *Numquid 42 ſapientiorem, & conſimilem tui potero inuenire?* Deni- 42 *Gen.41.*
que, vt de Gorgoniæ ſororis viro, poſt multa encomia, ſummatim di-
xit 43 Nazianzenus, dicam vobis ego de ſanctiſsimo Patriarcha: *Vultis* 43 *Naz. or. 2.*
vno verbo virum deſcribam? vir eſt illius: nec enim ſcio quid amplius dicere ne-
m Apoſtrophe per exclamationẽ fig. ſent. *ceſſe ſit.* O m *miranda prorſus, Ioſeph, ſublimitas tua* (exclamat 44 quidam 44 *Gerſ. ſer. de nat. virg.*
Doctor) *O dignitas incomparabilis: quod mater Dei, Regina cœli, & domina*
mundi appellare te Dominum, non indignum putauerit! Tanta quidem eſt
prærogatiua iſta tua: vt in ea Spiritui Sancto quodammodo æqueris,
cuius etiam illa ſponſa tua, ſponſa fuit: vt ipſum Dei Filium quadam ra-
tione ſuperaueris; qui 45 ſponſus cum ſit, ſponſam habet; ea vero eſt 45 *Ioan.3.*
Eccleſia hominum & Angelorum, quæ vniuerſa cum vnica virgine
n Similitudo fig. ſent. ſponſa tua comparata, adeo inferior eſt, vt ſi n tota ſtellarum cõgeries
cum præclariſsima ſolis lampade conferatur.

346 o Chriſtus Ioſephi filius. An eſt Auditores, quo ſe vlterius in exornando homine diuina
munificentia protendat? exhauſtum videtur beneficiorum pelagus,
expletus fauorum cumulus tactæ metæ gratiarum. Verum *p* infinito
p Sententia fig. ſent. donatori, niſi rem dederit infinitam, id eſt, ſeipſum, fruſtra præſcri-
pſeris donandi fines. Hinc eſt, vt ad ſtatuendas amoris ac beneficentiæ
calumnias Deus, quemadmodum Virgini Beatiſsimæ diuinæ Flij ſui
maternitatis, ita Ioſepho paternitatis donum fecit.

347 q Confutatio. *q* Animaduerti quoſdam minime indoctos viros ſubrexiſſe au-
res ad hæc verba, & ſupercilia quaſi ad nouitatem arcuaſſe. Dicerent
fortaſſe, nutritium me, aut cum appoſito putatiuum patrem, ſecundũ
r Attentio. 46 illud: *Filius, vt putabatur, Ioſeph*: non autem abſolute patrem appel- 46 *Luc.3.*
ſ Aſſeueratio fig. ſent. lare debuiſſe. *r* At ego amo quidem excitatam de integro attentio-
t Prærogatiua, quæ dubia eſſe poteſt, probatur. nem: verum illa ne ſit, obſecro, cum præiudicata aliqua opinione con-
iuncta; potiuſque ad percipiendam veritatem æquis animis & auribus
audiatur. *ſ* Aio iterum, Chriſti patrem abſolute dici poſſe Ioſephum.
t Neque enim, ſi Euangeliſta ſemel inquit, Ioſephi Chriſtum fuiſſe re-
u Ab oppoſitis relatiuis & autoritas. putatum filium, idcirco non erat ille abſolute pater: cum in ipſo eo-
dẽ Euangelio non ſemel *u* abſolute 47 pater nuncupetur: *Erant pater* 47 *Luc.2.*
eius,

49 Mat. 13. *eius, & mater admirantes ſuper his quæ dicebantur de illo*: 48 *Nonne hic* (Chri-
49 Luc. 2. ſtus) *eſt faber, & fabri filius?* Et virgo ipſa ad Chriſtum: *Fili* 49 *quid feciſti*
nobis ſic? pater tuus & ego dolentes quærebamus te. Cui abſoluto appellandi
modo conformiter loquitur Auguſtinus, cum inquit: *Omne bonum nu-*
50 Auguſt. *ptiale impletum eſt in illis parentibus* (Illis, 50 inquit, non illa parente) *proles*
de nupt. & *fides, ſacramentum: prolem agnouimus Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum: fi-*
concup. c. 3. *dem, quia nullum adulterium: Sacramentum, quia nullum diuortium.* Cum
rurſus, Ioſephum compellans, ſubdit: *Gaude, Ioſeph: quia per meritum*
virginis ita ſeparatus es ab vxoris concubitu, vt pater dicaris Saluatoris.

An non verus & in vigore pater Chriſti dicatur, qui Chriſtum ad- 348
51 Hebr. 1. optauit in filium, ſic, vt dicere potuerit: *Ego* 51 *ero illi in patrem, & ipſe e-* x A maiori
52 Auguſt. lib. 2. de conſ. *rit mihi in filium?* cum idem 52 Auguſtinus plane aſſerat: *Nec enim pro-* ad minus.
Euang. c. 1. *pterea non erat appellandus Ioſeph pater Chriſti, quia illum non genuerat: quan-*
doquidem recte pater illius eſſe poterat (& certe ſic iura diſponunt) *quem non*
ex ſua coniuge procreatum, aliunde adoptaſſet. x Iam ſi ex coniuge non ſua
genitum adoptaſſe, patrem facit: non faciet, adoptaſſe genitum ex
53 Damaſc. coniuge ſua? Quod ſi verum eſt quod 53 Damaſcenus affirmat, Chri-
or. 18. ſtum ipſum (legislatorem atque imperatorem ſummum) propria e-
lectione aſſumpſiſſe Ioſephum in patrem: quid eſt, quod de Ioſephi
vera paternitate ambigatur? An tutores, pupillorum patres non ap-
54 Rup. diu. pellantur? Chriſtus autem (inquit 54 Rupertus) tamquam tutori pu-
off. c. 2. & l. 2. pillus (quippe qui in hoc mundo ſine patre natus eſt) ita innixus eſt B.
de gloria & Ioſepho. Qui ſemper ipſum & ab Herodis impietate, & ab alio quo-
hon. Filii hom. in Mat. cumque periculo, in Iudæa, in Aegypto; in itu, in reditu maxima ſem-
55 Pſal. 90. per ſollicitudine cuſtodiuit, defendit, tutatus eſt: vt non modo 55 An-
gelis, y Chriſte optime, verum etiam Ioſepho mandaſſe videatur y Apoſtro-
Deus Pater, vt aliqua ratione cuſtodirent te in omnibus vijs tuis; & in phe fig. ſen.
manibus te portaret, ne vmquam offenderes ad lapidem tuum. An
56 Hieron. non pater eſt Chriſti; qui patrinus, cum in 56 miniſterio Circumciſio-
nis, tum in nominis impoſitione fuit? ipſi enim à Deo per Angelum fa-
57 Matt. 1. cta poteſtas eſt, vocandi 57 nomen eius IESVM. Poteſtas plane ma-
58 Geneſ. 2. ior illa Adami parentis omnium! non tametſi quod vocauit 58 Adam
(de rebus creatis) ipſum eſt nomen eius: quod Deo vocauit Ioſeph, i-
pſum eſt nomen eius. Maior (dicamne, an ſileam? at plane z dicam: z Dubitatio
quia denique non eſt poteſtas, quam Deus Ioſepho dedit; quam illa, fig ſens.
59 Pſal. 146. quam ſibi ipſi reſeruauit. Ipſe enim *numerat* 59 *multitudinem ſtellarum,*
& omnibus eis nomina vocat: Ioſephus autem ipſum Deum puellum fa-
ctum circumcidit, & appellat nomen eius IESVM. An non caput qui
60 4. Reg. 5. eſt familiæ, pater nuncupatur? Patrem certe famuli 60 Naaman ap-
pellarunt ipſum.

Hunc igitur, quem Deus (vt olim Pharao Ioſephum alterum) *con-*
61 Pſal. 104. *ſtituit* 61 *Dominum domus ſuæ, & principem omnis poſſeſſionis ſuæ*, caput di-

Digitized by Google

uinæ illius beatæque familiæ; tamquam Cherubinum illum, quem in
ſpiritu vidit 62 Ezechiel regentem currum, in quo thronus erat, & ſu- *62 Ezech.*
per throno Princeps; quaſi dicas virum gubernantem familiam, in *10.*
qua virgo erat Deum geſtans: hunc, inquam, patrem appellari quis ve-
tet? Quod ſi priuignus patrem ſuum dicit, alterum matris virum:
multo profecto magis Ioſephum Chriſtus patrem appellet, qui nec a-
lium ex hominibus patrem habuit, nec 63 extra coniugium matris & *63 Epiph. hæreſ. 78.*
Ioſephi genitus eſt.

349 At video quemdam, obſtinate præfixiſſe ſibi rigoroſæ paternita-
a Communicatio ſig. ſent. tis fines: vt ſit ille proprie pater; qui non lege, non adoptione, non alio
vllo titulo, sed generatione ſit talis. *a* Quid huic faciamus? permitta-
musne ipſi opinionem ſuam: an aliqua ratione ſatisfaciamus? Ego ve-
ro, quandoquidem huic tantæ prærogatiuæ omnis generis rationes
titulique non deſunt, morem illius ſententiæ geram: affirmans, etiam
generatione Ioſephum Chriſti dici poſſe patrem. Etenim ſi vere defi-
nit 64 Apoſtolus, vxorem non habere ſui corporis poteſtatem, ſed vi- *64 1. Cor. 7.*
rum: ſi rurſus verum eſt, quod Patres & Euangeliſtæ dicunt Ioſephum
fuiſſe *virum Mariæ*; aque adeo, etſi non vſum, tamen (quod minime re-
pugnare, oſtendemus inferius) habuiſſe dominium virginei corporis:
ergo licet non ſua, at vxoris generatione pater eſt Chriſti. Sic enim iu-
ra 65 decernunt, quidquid in alieno ſolo naſcitur, aut ædificatur, ſub *65 §. cum in ſuo ſolo L. ſi frumentum, § penult. de rei vindic. L. 2. de eodem tit. L. Adeo. ff. de acquir. rerum dom.*
illius, cuius eſt ſolum, cadere poteſtatẽ, quo fieret, vt, ſi fons, aut arbor
miraculoſe in alicuius horto naſceretur, ad horti dominum pertine-
ret. Quin igitur competat Ioſepho (inquit 66 Pariſienſis theologus) ius
aliquod legale vltra ceteros homines in benedicta pueri Ieſu forma-
tione: quoniam natus eſt in ea, & ex ea carne; cuius dominium iure ma-
trimoniali vere tranſlatum erat in ipſum? *66 Gerſ.*

350 At ego veritatem iſtam (quandoquidem huc vſque progreſsi ſu-
mus) ad viuum adhuc reſecare decreui. Atq; aio, non tantum genera-
tione coniugis, ſed & ſua quoq; generatione Ioſephum Chriſti patrẽ
dici poſſe; ſi modo generationis vocabulum nõ ad primigeniam ſub-
ſtantiæ productionem coarcteſis ſed ad reliquam ſubſtantiæ aggenera-
tionem laxes. Sic enim nutrix, quia pueri ſubſtantiam lactando reparat
atq; auget, mater dicitur, inſtar illius, cuius in vtero primum ſubſtan-
tia formata eſt. Iam igitur Ioſeph qui nutritius matris ac filij fuit; qui
pane ceteroq; omni victu lac puero per virginem miniſtrauit; adeoq;
ſubſtantiæ virilem magnitudinem ſuffecit, ſanguiniſque illius abun-
dantiã, qui pro mundi redemptione fundendus erat, affatim, & multo
maiorẽ quam in prima corpuſculi efformatione recipitur, dedit: quid
mirum, ſi propria quoq; generatione pater dicatur? Quod etiã multo
facilius admittere poteris, ſi ſubſtantiam hanc de donantis ſubſtantia
donatam conſideres, quandoquidẽ nutritor iſte acuratiſsimus de ſub-
ſtantia,

ſtantia, id eſt, de laboribus, de ſudoribus, de perpetua ſui maceratione
Chriſtum filium educauit & enutriuit. Quod ſi iſtã ſubſtantiæ de pro-
pria ſubſtantia collationem, etiam ad ſanguinem illum puriſsimũ pri-
migenium, qui in virginis vtero de Ioſephi alimentis creatus eſt re-
feramus: profecto hoc quoq; modo, primæua generatione Chriſti pa-
tere eſt in omni proprietate renunciandus. In ſumma, ſublato ſeminis
demiſsi titulo, qui non decebat; ceterum omnes rationes, omnes titu-
los, omnẽ rigorem habes, cur verum propriumque patrem appelles.

b O te igitur feliciſsimum, Patriarcha ſanctiſsime; cuius vices in 351
humana procreatione Chriſti filij tui Spiritus S. non virili ſemine, ſed *b* Exclamatio per apoſtrophen ſi.
myſtico ſpiramine ſuppleuit! Prorſus beatum: cui ſummus cœli Rex ſent.
Regem filium vnicum, *c* hæredem cœli ac terræ, ſplendorem gloriæ *c* Conglo-
figuramq; diuinæ ſubſtantiæ ſuæ erudiendũ tibi, tuæque fidei creditũ batæ defi-
ſubiecit; teque illi cuſtodiendo, cuſtodis Angeli loco aſsignauit. Felix nitiones.
tertio: qui de verbi Dei paternitate cum æterno Patre certas. Etſi enim
ille actu feliciſsimo æternum generauit; tu in labore, & ſudore vultus
tui mortalem nutriſti, eduxiſti, prouexiſti. Felix etiam vlterius: cui cũ
virgine Deipara coniuge tua ſic in Dei Filium ſunt diſpertita iura; vt
maternitatis illi, ius tibi paternitatis obtigerit! Fuerit *d* ſane *e* magnũ *d* Cõceſsio fig. ſent.
67 *Sap.* 10. Adami encomium, quod 67 pater ſit orbis terrarum; ingens Abraha- *e* Oppoſitio
68 *Gen.* 13. mi laus, appellatum fuiſſe 68 patrem multarum gentium; maxime fig. ſent.
69 *Gene.* 45. commendabile in Ioſepho Iſraelis filio; 69 Pharaonis patrem nun-
cupari: quid iſtæ paternitates ad tuam, qua dictus es pater Dei, *f* Regis *f* Conglo-
regum, omnium gentium Domini, cœli terræque conditoris? Fuerit batæ definitiones.
70 *Ioan.* 19. licet in ſingularibus prærogatiuis illa Ioan. quem Chriſtus 70 matri de
cruce in filium attribuerit. Ioſeph gloria tanto maior eſt, quantum fi-
liationi paternitas, & Mariæ Chriſtus antecellit. Licuerit illi Oratori,
71 *Refert Sabel.* encomijs 71 Philippi Macedonum Regis ita impoſuiſſe coronidem:
Hoc vnum dixiſſe ſufficiat, filium te habuiſſe Alexandrum: & nobis pro ſum-
ma diuinarum laudum tuarũ dixiſſe ſufficiat, habuiſſe te filium Deum
72 *Apoc.* 19. *g* id eſt, *h* Regem 72 regum, & Dominum dominantium; cuius nomẽ *g* Interpretatio figu.
73 *Iſa.* 1. 9. 45. eſt 73 Deus fortis, pater futuri ſæculi, & Deus exercituum; qui dicit: ſent.
74 *Philip.* 2. *Mihi curuabitur omne genu, 74 cæleſtium, terreſtium, infernorum.* Tanto pro- *h* Definitiones conglobatæ.
fecto in hoc ipſis 75 maior Angelis effectus, quanto differẽtius præ illis
75 *Hebr.* 12. nomen hæreditaſti, cui enim Angelorũ aliquando dixit ille, *Pater meus*
es tu? aut quis Angelorum dicere vnquam potuit, *Ego ero illi in Patrem, &*
ipſe erit mihi in Filium? aut cui deniq; ex altiſsimis Seraphinis ſtatuere il-
76 *Pſal.* 109. lum ad menſam, ac dicere licuit: 76 *Sede à dextris meis*? frequenter illi
77 *Bern. ſer.* 41. *in Cant.* ſuper genua arriſiſſe, & cum Deo facto puero, 77 puerum factũ fuiſſe?
Imo vero, ô incomparabilem dignitatem, ô admirationẽ ſtupori per-
78 *Pſal.* 103. ſimilem! ille, in quẽ ſperant oculi omniũ, vt det 78 eſcam omni carni,
79 *Pſal.* 144. & 79 impleat omne animal benedict. in cuiuſnã, niſi in Ioſephi manus

80 reſpe-

Digitized by Google

80 reſpectet, vt porrigat ſibi panem? & ille, cui omnia obediunt; ma- 80 *Grat. in vit. S. Ioſ. l. 2. c. 2.*
re 81 & venti, cum ad eius nutum ponuntur; tellus, cum iubente ipſo
tumulatos 82 emittit; mors cum vitæ reddit 83 extinctos; dæmones, 81 *Matt. 8.*
cum ad eius imperium clamantes effugiunt; ſtellæ, quæ 84 vocatæ ab 82 *Ioan 11.*
ipſo dixerunt, Adſumus; Angeli, qui omnes & ipſi ſunt 85 adminiſtra- 83 *Marc. 1.*
torij ſpiritus; etiam ipſa non entia, vocat 86 enim ea, quæ non ſunt, 84 *Baruch. 3.*
tamquam ea quæ ſunt: cuinam iſte, cuinam, niſi vni Ioſepho patris au- 85 *Hebr. 1.*
toritate imperanti, filiali ſubiectione ſubſit & pareat; ac ſæpe dicat id, 86 *Rom. 4.*
quod ipſe æterno Patri & dixit, & dicere docuit: 87 *Pater, fiat voluntas* 87 *Matt. 6. & 26.*
tua? Cui Ioſeph tamquam ſubdito 88 ſibi, etiam humilia & abiecta in- 88 *Luc. 2.*
iungebat miniſteria, vt verrendi, vt ſecandi, vt tergendi: modumque
recte agendarum earum ſimiliumque functionum, quamuis omnia
ſcienti, & receptaculo omnium diuinæ Sapientiæ theſaurorũ, dictabat.
Ac mirum eſt, quod in libris ſuarum reuelationum 89 Birgitta ſcribit, 89 *Birg. reuelat.*
permittere ſolitum fuiſſe Deum, vt Ioſeph & Maria, cum Chriſto Do-
mino mandata dabant, Diuinitatis eius minime tunc recordarentur;
quo & ipſi libere imperarent quod vellent; & ille, cui ſe proponens hu-
militatis exemplar, dicturus olim erat palam omnium conſpectu: 90 90 *Matth. 11.*
Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde, omnem iuſtitiam & ſanctita-
tem veritatis impleret, præberetque multos annos inauditum atque
adornandum profundiſsimæ demiſsionis exemplum.

352 *i* Omitto hic, ad regendam diuinam iſtam ſibi creditam fami- *i Præteritio fig. ſent.*
liam, infuſam à Deo ſapientiam, prudentiamque incomparabilem: ta-
ceo diuinitus illuſtratæ mentis lumina: nihil dico de viſitationibus,
colloquijs familiaribus, frequentiſsimis inſtructionibus Angelorum;
quarum duas treſue, illam videlicet de ſublata ſuſpicione, & illam de
fuga in Aegyptum, & alteram de reditu ex Aegypto notaſſe, ſatis Eu-
angeliſtæ 91 fuit. Miſſa denique cuncta facio, quæ in hoc capite dici 91 *Matt. 1. & 2.*
poſſent, quæ plurima ſunt: propterea quod horulæ ſpatio dicenti, non
pauca ſingulorum capitum premenda ſunt; ſi futurum eſt, vt de om-
nibus ad dicendum propoſitis capitibus diſſeratur.

353 *k* Quorum tertium erat, flumen illud proprijs turgens aquis; in- *k Tertium caput, bona propria.*
dicans prærogatiuas, & bona, quæ à ſe noſter heros accepit. A ſe vero:
non quod ſine diuina gratia extiterint; cum & ipſa noſtras operatio-
nes auxilio ſuo præueniat, comitetur, ſubſequatur, & 92 omne datum 92 *Iacob. 1.*
optimumque perfectum cœlitus à luminum parente deſcendat; ſed
quod ſua hominis cooperatione, niſu, atque labore prodierint; tanto
chariora, quanto & laborioſiora. Ipſe igitur iã inde, cum in vtero ma-
tris eſſet, 93 ſanctificatus (vt perhibuimus) & plenus gratia, immunis 93 *Gerſ. ſer. de nat. virg.*
à lethali crimine ſemper vixit. *l* A lethali 95 autem dumtaxat mini- *l Puritas à peccato, etiam veniali.* 95 *Auguſt. lib. de nat. & gr.*
me magnum ſane reputauerim in ſingulari præ ceteris viro, quod ha-
beat cum nonnullis commune. Etiam ergo à veniali peccato purum
fuiſſe

fuiſſe intimare vobis non auderem; niſi ſponſa eius virgo Beatiſsima
[96 *Brig. lib. 6. reuel. c. 59.*] S. 96 Brigittæ id pene declaraſſet, affirmans, Ioſephum virum ſuum
verbum nullũ non bonum, aut murmurationis, aut otioſum protuliſ-
[97 *Iacob. 3.*] ſe. Quod ſi qui verbo nõ offendit, Scriptura 97 teſte, perfectus eſt: quid
eſt, in quo ſanctiſsimus Patriarcha vel leuiſsime vmquam deliquiſſe
cenſeatur? *m* Intelligite hinc vos, quanta fuerit eius & circumſpectio — *m* Cura ſui.
in conuerſando, & vigilantia in actionibus, & in paſsionibus victoria;
ſolitudo ab omnibus, ad Deum acceſsio & vnio quam arctiſsima; &
ſexcenta huiuſcemodi malorum antidota, quib. ſe ipſe aduerſus pec-
cati virus præmuniebat.

n Quoniam vero perfecta iuſtitia atque innocentia quantum ho- 354
minem vitijs exuit, tantum exornat virtutibus; & quantum à prauis — *n* Virtutes.
turpibuſque frænat, tantum ad honeſta optimaque compellit: tam
eximia conſcientiæ puritas, & candor Angelicus in ſanctiſsimo viro
cunctis virtutum inſignibus luculentiſsime radiabat, vt nihil ſupra.
[98 *Matt. 1.*] Quid enim aliud, amabo vos Auditores, innuere voluit Sanctus 98 E-
uangeliſta, cum Ioſephum vnico verbo commendans, iuſtum appel-
[99 *Iuſt. to. 2. Augu. epiſt. 54. ad Mace. ſerm. 14. de nat. dom. ſer. 16. de verb. Dom. Chryſ. Aut. imperf. Euthym. Hilar. Theophylac. Haymo. D. Th. D. Hieron. in Matth. 1.*] lauit: *Ioſeph autem vir eius cum eſſet iuſtus*: niſi (quæ communis eſt 99 Pa-
trum expoſitio) eius vniuerſitatem virtutum? Quæ maximæ in illa ſu-
ſpicione, animique perplexitate eluxit. cum & iuſtum ſe, & benignum,
prudentem, fidelem, obedientem prætulit. iuſtum quidem iuſtitia par-
ticulari; quia perſonæ ſuæ obligationem conſiderans, ſponſam ſibi di-
lectiſsimam thronumque omnis ſanctimoniæ, quam grauidam intue-
batur, vel inuitus deſerere non pepercit: benignum vero; quod enim
perſonæ virginis debebat, vt eam non traduceret, ſed omnem de con-
ceptu eius, quem ignorabat vnde eſſet, caſtimoniam exiſtimaret, at-
tendit: prudentem; quia non eſt paſſus, zelotypiæ furore tranſuerſum
ſe rapi; verum id præſtare decreuit, quo & iuri ſatisfieret, & illi infamia
crearetur nulla, id eſt, occulte dimittere: fidelem vero ſe præbuit; cum
diuinæ per Angelum reuelationi aſſenſus eſt: obedientem denique &
ſubiectiſsimum Dei voluntati; cum Mariam coniugem ſuam lætiſsi-
mus, ac diſsipata ſuſpicionis nebula ſereniſsimus recepit. Quæ, & ipſa
virum ſuum tot annos probatiſsimum, ecce quam celebri virtutum
[100 *Brigit. lib. 6. reuel. c. 59.*] choro *o* circumſcriptum S. 100 Brigittæ commendauit: *Patientiſſi-* — *o* Metaphora trop.
*mus, inquit, erat; in labore, & paupertate diligentiſſimus, manſuetus iniurian-
tibus, obedientiſſimus obſequiis meis, conſtans contra meæ virginitatis impugna-
tores, mirabilium Dei fideliſſimus teſtis; mortuus carni, & mundo, non niſi cœle-
ſtia deſiderabat; raro erat in hominum congregatione; ſolum denique obedire vo-
luntati diuinæ, delicias reputabat.*

Atque hæc quidem generatim dicta ſunt, quorum vt pauca parti- 355
culariter deguſtemus, *p* omitto fidem eius in credendo animoſiſsi- — *p* Præteritio fig ſent.
mam, firmiſsimam certiſsimamque ex ſumma vitæ ſanctimonia ſpẽ,

 chari-

charitatem in Deum filium ſuum Deiparamque coniugem ardentiſſimam; religionē hyperduliæ ac latriæ domi ſuæ natam, & aſsidue cultam; obedientiam Ethnicis etiam dominis in ſolutione cenſus ceteraque temporali gubernatione exhibitam; patientiam ac fortitudinē in omni vita per labores maximos, per ſumma pericula inuictiſsimam, adeo vt transfuerberato doloris gladio corde, martyr & ipſe cenſeri potuerit; pacem ex animo nullius mali, omni vero boni conſcio tranquiliſsimam; contemplationem ex Dei Deiparæque familiarum ſuorum conuictu altiſsimam, & nunquam interruptam: præterea, inquā, iſta & pleraq; alia.

q Humilitas. *q* Ac primum humilitatem, ſolidum ac ſtabile virtutum omnium fundamentum conſiderabo: in qua ipſe non potuit non eſſe ſingularis; cum Sponſus eius fuerit, cuius Dominus 101 humilitatē reſpexit; & pater illius, qui 102 mitem ſe & humilem corde palam omnibus prædicauit. Eluxit autem eius humilitas, primum erga Sacroſanctam Deiparam: cuius conſortio indigniſsimum ſe reputans, ſub eodem cum ipſa tecto degere non audebat. Ita enim ex 103 Patribus non pauci encomium illud: *Ioſeph vir eius cum eſſet iuſtus*, exponunt de humilitate; quæ cum ſit baſis omnium virtutū, recte ſanctitas, ac iuſtitia nuncupari poteſt iuxta illud Chriſti à recuſante Ioanne baptizari poſtulantis: *Sine modo; ſic enim decet nos implere omnem iuſtitiam*, id 104 eſt humilitatem. Ioſeph igitur cum noſſet, adoleſcentulam illam diuinam ſummis votis precibuſque parentum à Deo impetratam, ex infœcundiæ mulieris vtero exortam fuiſſe; templo ab annis tenerrimis dicatam, egiſſe inibi vitam admirabilem planeq; Angelicam; vouiſſe Deo virginitatem, cuius ſe voti & conſcium fecerat, & ſodalem; cum inaudiſſet Eliſabethæ verba Deiparæ dignitatem extollentis, ipſiuſquemet virginis canticum illud diuinorum in ſe beneficiorum cumulum magnificantis; cum ſpectaſſet illius facta, geſtus, operationes omnem ſanctimoniam redolentia; verba prudentiæ Deique plena, moreſq; compoſitos; cum denique deprehendiſſet, nullam aliam mulierem eſſe, vel fore, in qua 105 Iſaiæ vaticinium de paritura Deum virgine conuenientius adimpleri fas eſſet: agnoſcens altera ex parte imperfectionē ſuam, indignum ſe tanti numinis contubernio reputauit; atque anceps animi quid ageret, clam dimittere Sponſam cogitabat, ne facti ſcitique ſui rationem incredulis reddere cogeretur. Hæc ſecum ipſe, aut huiuſmodi talia, quemadmodum olim Dauid, pertractans: *r Quis* 106 *ſum ego, aut quæ eſt vita mea, aut cognatio patris mei in Iſrael, vt fiam gener Regis?* vt fiam tantæ virginis Dei filiæ dilectiſsimæ Sponſus? vt arca Dei ad me ingrediatur? Apage tanta confidentia, tantum facinus, abeamus longe gentium; & ſinamus mortales numina numinibus conuerſari.

r Sermocinatio figu. ſent.

Verum Angelico monitu cohabitatione eius dignus effectus, quis recenſeat, aduerſus illud cœleſte miraculum quanta deinceps cum humilita-

101 *Luc. 1.* 102 *Matth. 11.* 103 *Orig. ho. 1. in Matth. Baſil. ho. 15. Bern. hom. 2. ſup. miſſus eſt. Remig. citatus à S. Th. in catena. Aut. imperf.* 104 *Rich. de S. Vic. Gerſ. & Io. Ech. ſerm. de nat. virg. Ambr. Catar. Birg. lib. 7. reuel. c. 25.* 105 *Iſai. 7.* 106 *1. Reg. 18.*

militate ac demiſsione ſe geſſerit? Hinc porro intelligetis, qua con-
fuſione ac ſtupore humilitatis erga Chriſtum Deum fuerit, cuius tri-
ginta circiter anos & familiaritate & ſubiectione eſt vſus. *ſ* Etenim ſi *ſ* A minori ad maius.
107 *Luc.* 1. 107 Eliſabeth ad eius aduentum exclamauit; Baptiſta obſtupefactus
108 *Mat.* 3. dixit: *Ego* 108 *debeo à te baptizari, & tu venis ad me?* Si Petrus accidens ad
109 *Luc.* 5. ipſius genua, ſemel 109 quidem inquit: *Exi à me Domine, quia homo pec-*
110 *Ioan.* 13. *cator ego ſum.* iterum 110 vero: *Domine, tu mihi lauas pedes? non lauabis mi-*
bi pedes in æternum; Si Centurio, quamuis ethnicus, tamen eius diuini-
111 *Matt.* 8. tatem cognoſcens exclamauit: *Domine* 111 *non ſum dignus vt intres ſub te-*
ctum meum: qui iam ſtupor, quæ conſternatio Ioſephi fuerit, cui neceſ-
ſe fuit triginta annos eius & frui contubernio, & vti obſequio? At e-
nim indignum ſe reputare magnis, non magnum humilitatis argu-
mentum. Negare poſſem: cum nihil præ ſe magnum ſuperbo videa-
tur. Sed ſit ita ſane: numquid vlli vmquam mortalium, vel abiectiſsi-
mo ſe ille aut facto, aut dicto, aut cogitatione præpoſuit? Quamuis e-
nim eſſet omnium hominum dignitate maximus, humaniſsime ta-
men maximeque ſummiſſe conuerſabatur: cumque optime noſſet, à
ſe nihil, à Deo cuncta accepiſſe; anſam habebat vnde vere nemini ſe
præferret, atque adeo cunctis, qua diuino aliquo dono inſignibus,
longe inferiorem exiſtimaret. Huius ſummæ viri humilitatis iudi-
cium eſt, *t* ſilentij rigor parcitaſque ſermonis: quæ tanta fuit, vt in ſa- *t* Silẽtium.
cro Euangelio ne verbum quidem eius referatur. Indicium *u* gloriæ *u* Contemptus gloriæ.
contemptus: quo cum Deo filio ſuo & propter Deum inglorius abie-
ctuſque viuere elegit in hoc ſæculo, & humilis artificij exercere mini-
ſterium. Indicium, *x* paupertatis amor: quo non ad dueſcendum *x* Paupertas.
exquiſitas induſtrias quæſiuit, ſed magis elegit innocentem tutamque
penuriam, quam abundantiam damnabilẽ & periculoſam. Indicium
denique, *y* opinio de probitate aliorum: qua in meliorem ſemper *y* Bona de aliis opinio.
partem apparentia mala interpretabatur. Quemadmodum in illa ſu-
112 *Aut. imp. in Matt.* ſpicione animaduertit 112 quidam Doctor, ita exclamans: *O ineffabi-*
lis laus Mariæ! magis credebat Ioſeph caſtitati eius, quam vtero eius; & plus gra-
tiæ, quam naturæ, concepiſſe eam manifeſte videbat, & fornicationem ſuſpi-
cari non poterat: ac ſi poßibilius credebat, mulierem ſine viro concipere, quam
113 *Brig. lib.* 7. *reuel. cap.* 28. *Mariam poſſe peccare.* Quibus dictis conformiter ad 113 B. Brigittam i-
pſamet Virgo locuta, dixit: *Poſtquam conſenſi nuncio Dei, Ioſeph videns v-*
terum meum virtute Spiritus Sancti intumeſcere, expauit vehementer: non ſu-
ſpicans contra me aliquid ſiniſtrum; ſed recordatus dicta Prophetarum, Filium
Dei naſciturum ex virgine prænuntiantium, reputabat ſe indignum tali ſerui-
re matri, donec Angelus in ſomnis præcepit non timere, ſed cum charitate mi-
bi miniſtrare. Miniſtrauit autem & ſibi, & filio obſequentiſsime, fi-
114 *Iob* 31. deliſsime, accuratiſsime, amantiſsime: vt iure merito illud 114 Io-
bi aſcribere ſibi potuerit, ac dicere: *Si comedi buccellam, & non comedit*

ex ea pauper (pauper, inquam, ille, qui cum diues 115 eſſet, egenus pro hominibus factus eſt; & illa quæ facultatibus ſuis omnibus in paupe- res erogatis, pauperum & ipſa vitam ſecuta eſt) *humerus à iunctura ſua cadat, & brachium meum cum ſuis oſsibus confringatur.* 115 *2. Cor. 8.*

356 z Caſtitas virginalis. Sed relinquo fundamentum ſpiritualis ædificij & de tota quoque ſtructura faſtigioque ſilens, me confero ad ornamentum, quod per tranſennam contemplatum volo. z Eſt illud ea virtus, quæ lucem ac ſplendorem ceteris virtutib. humilitati præſertim coniuncta affert, caſtimonia. Huius virtutis apicem ſummũ noſter Ioſeph adeptus eſt: Siquidem non qualicumque contirientia caſtus fuit, ſed caſtus virgo.

Felicior autem in hoc, vtroque Ioanne, non tantum quia, ſimul cum aureola virginitatis, bonis matrimonij fruitur, verum etiam quia vt prior in tempore, ita prior fuit in iure. Virginitatem enim Deo, 116 nuncupato voto, conſecrauit omnium maſculorum primus: eo- dem tempore, quo coniux eius omnium feminarum prima ſuam & ipſa nouit virginitatem. Etenim etſi 117 nonnulli nouiſſe B. Mariam, priuſquam Ioſepho nuberet, affirment; & nupſiſſe tamen inſtinctu vel reuelatione Dei, qui certitudinem fecit ſibi, fore vt vir ille integri- tatẽ ſuam cuſtodiret potiuſquã violaret: Ioſephum vero hortatu vir- ginis poſtea nouiſſe, aut (quæ 118 aliorum eſt ſententia) conueniſſe v- trumque ante ſponſalia, numquam ſe debitum poſtulaturos; & ſub hac conditione contraxiſſe ac tradidiſſe corpora, ſi numquam corpo- ribus vterentur: quæ res profecto minime repugnat matrimonio; quemadmodum & eſſe poteſt rei dominium, vt tradunt periti, cum conditione numquam vtendi. Nihilominus 119 Angelici Doctoris placitum eſt, virginem, etſi multo ante nuncupare votum habuerit in votis: haud tamen (Deo ſic permittente, quo deſponſari poſſet) no- uiſſe prius, quam Ioſepho ſponſaretur, poſtquam enim diſponſati ſunt vterque communi ſtudio ac voluntate ſimul vouerunt, fueruntque 116 *Gerſ. ſer. de nat. virg.* 117 *S. Th. 3. p. q. 29. art. 2. ad 1.* 118 *Gerſ. ſer. 7. de natiu. Mar. Abul. in c. 30. Nu. q. 32. Carthuſ. in vit. Chriſti. 1. p. c. 3. Palud. in 4. d. 30. q. 2.* 119 *S. Th. 3. p. 4. 28. a. 4.*

a Exclamatio ſig. ſent. & profeſsi virgines, & profeſsi coniuges. a Coniugium cœleſte, non terrenum (inquit 120 Rupertus) vnus ſpiritus, & vna fides erat in eis: ſola illic carnis corruptio deſinebat. Virgo enim virginem adijt (exci- pit Doctor 121 Pariſienſis) & primus ex maſculis in conſortio coluit, colique poſt ſe docuit ſanctum & integrum cœlibatum. Coniugium ex omni parte purum, ac niueum: in quo, vt 122 ait Hieronymus, Io- ſeph virgo fuit per Mariam; vt ex virginali coniugio virgo filius na- ſceretur & paſceretur inter lilia, hoc eſt, vt notat 123 Rupertus, inter a- micum Dilecti, & Dilectam, vere ambo lilia, pro virginalibus nuptijs & cohabitatione caſtiſsima. Ne enim hoc ſufficere videatur (ait B. Petrus 124 Damiani) vt tantummodo virgo ſit mater; Eccleſiæ fides eſt, vt fuerit virgo & is, qui ſimulatus eſt pater: vt Redemptor noſter non modo de virgineo vtero naſceretur, ſed etiam à nutritio virgine tracta- 120 *Ruper. in 1. c. Matth.* 121 *Gerſ. ſer. de nat. virg.* 122 *Hier. li. aduerſ. Helu.* 123 *Rupert. lib. 2. in Can.* 124 *Petr. Dam. epiſt. ad Nicol. Pont.*

Digitized by Google

tractaretur. Qui ſi virgines habuit, & præcurſorem, & dilectum diſcipulum, & miniſtratricem hoſpitem, & ſepulchrum; nec non in cœlis paſcitur inter lilia virginum, quorum & familiam ducit: cui cadat in cogitationem, patrem ſuum, cuſtodem matris ſuæ, virginem noluiſſe? *Corrupto* 125 *numquid fuerat ſocianda puella* (canit Gerſon) *Quæ grandæua fuit ſoli commiſſa Ioanni?* Virgo igitur Ioſephus extitit, & perpetuam coluit virginitatem; nec alios vmquam filios habuit, quemadmodum plerique ex 126 Patribus plane aperteque demonſtrant. Coniugium denique feliciſsimum atque omni imitatione digniſsimum: cuius virginei matrimonij fructus extitit cœlibatus ac virginitas in multis poſtea Chriſtianis coniugibus, in Iuliano, & Baſiliſſa martyribus, in martyribus item Chryſantho, & Daria, Cæcilia, & Valeriano, in Edigida & Eduardo Anglorum rege, in Pulcheria & Martiano, Cunegunde & Henrico Imperatoribus, in Elzeario comite & Delphina, in Eghardo & Catarina S. Birgittæ filia: in Ammone Aegyptio, in Vandeſilo comite Palatino, in Emerico Pannonio Stephani regis filio, in Alphonſo Aragoniæ rege cognomento caſto; qui vxores haud vmquam tetigerunt: in Theophane, qui ad vxorem nocte ingreſſus, ad ſimile virginitatis propoſitum adduxit: & in alijs ſexcentis coniugum paribus virginitate & ſanctimonia præclariſsimis; quorum partem 127 Hieronymus, 128 Auguſtinus, 129 Paulinus, 130 Palladius recenſent. Fructus plane ſummæ caſtimoniæ Patriarchæ noſtri: cuius odor Angelicus in tot ſæcula cum prouentu multorum ſe propagauit, & propagat in dies.

b Iam vero *c* ſi vitæ ſumma innocentia fuit; ſi virtutũ vniuerſitate florentiſsimus; ſi electus à Deo, ſanctimonia conſequenter eſt præparatus ad duo maxima omnium munera, Mariani coniugij, diuinæque paternitatis; ſi in conſortio Chriſti & Chriſtiparæ tot annos actiuæ, & contemplatiuæ vitæ perfectiſsimum gradum attigit: nullus mihi (vt cum 131 recentiore quodam loquar) audaciæ aſcribat, ſi prædicem illum omnium Sanctorum, vna excepta B. virgine, etiam Patriarchis, etiam Apoſtolis, ipſo etiam inter natos mulierum maximo perfectiſsimum. Qui cum actiones ſuas omnes Deo gratiſsimus, ex habitu virtutum, & ex charitate rectiſsimas ediderit; cum ad ſenium vſq; totam 132 legem ſeruauerit; cum non myſtico Chriſti corpori, ſed vero; nec raro, ſed triginta ipſos annos aſsidue miniſtrauerit, blandiens, paſcens, geſtans in vlnis, portans in Aegyptum & reportans, ſeruiens totam vitam: quot, & quanta merita, quam ingentem pecuniæ vim telonio opulentiſsimo ſacratiſsimoque creditam habuiſſe cenſetis: vnde ſibi magnum poſtea fœnus, ingens gloriæ pondus proueniret? 357

d Quantus autem fuerit hic cœleſtis gloriæ prouentus, nolo ego affirmare, aut ex iam dictis deducere: ſed totam fidem eſſe volo penes 358

125 *Gerſ. in Ioſephina.*

126 *Hieron. in Matth. & contra Helu. Aug. at habetur 27. q. 2. D. Th. 3. p. q. 38. a. 4. Gerſ. annon. in epiſtol. ad Ga..cap. 1. & ſerm. de nat. virg. conſid. 3. D. Anton. 4. p. theol. tit. 15. c. 23. ar. 4. Canıſ. libr. 2. de Deip. c. 13. Abd. et Bab. in vita SS. Simonis, & Iuda.*

127 *Hier. ep. ad Ruſt.*

128 *Aug. epiſt. 45. ad Arm.*

129 *Paul ep. 9. ad Appiã.*

130 *Pallad. hiſt. Lauſia.*

131 *Cartag. lib. 4. de B. Virg. ho. 8.*

132 *Damaſ. orat. 1. de dormit. Deip.*

b Ioſephus omniũ ſanctorum maximus.

c Frequentatio figu. ſent.

d Gloria Ioſephi in cœ..

Io prima poſt Deiparam. ipſius coniugem, ſanctiſsimam Dei parentem; quæ Ioſephi viri ſui gloriam in cœlo magnam eſſe S. 133 Birgittæ reuelauit. Magnam autem prædicari alterius gloriam ab illa, cuius gloriæ comparatæ ceteræ ſanctorum gloriæ, cicindelæ ſunt ad Solem; ſcilis quid eſt, Auditores mei? tantumdem eſt, ac dici, ſecundum ſuam, eſſe maximam omniũ, & hominum, & Angelorum. Etenim ſi Chriſti miniſter ibi eſt, vbi Chriſtus: vbinam, obſecro, erit, ſummus omnium adminiſter, & Pater? ille ſine dubio, affirmat quidam 134 doctor, Chriſto proximior videtur collocandus in cœlis; qui in miniſterio fuit vicinior, obſequẽtior, atque fidelior poſt Mariam inuentus in terris. Ego enim ita contemplor, Auditores: cum Chriſtus die aſcenſionis ſuæ in cœlum captiuam illam duxiſſet ſecum captiuitatem, id eſt innumerabilem Sanctorum inferno liberatam turmam, eorumque ſingulis eſſent inibi pro meritis tribuendæ ſedes & aſsignandæ manſiones; vbi ad Ioſephum ventum eſſet, vocaſſe æternum Patrem ad ſe Filium ſuum, quemadmodum olim ſenior 135 Tobias iuniorem, atq; in hunc modum cum illo conſultaſſe: *Quid e poſſumus dare viro iſti Sancto, qui venit tecum?* Reſpondentem Filium dixiſſe Patri ſuo: Pater, *quam mercedem dabimus ei? aut quid dignum poterit eſſe beneficiis eius?* Me toties duxit, & reduxit ſanum, cuſtodiuit ſedulo, in vlnis geſtauit infantem, puello ſuper genua blanditus eſt, victum triginta annos per ſummum laborem miniſtrauit, bonis omnibus temporalibus per eum repletus ſum, mihi denique & parenti meæ accuratiſsime, quantum ſe prouehere ſtudium potuit humanum, inſeruiuit. Quid illi ad hæc poterimus dignum dare? Rogo ergo te Pater, vt dimidium bonorum noſtrorum demus ei. Sunt hic in hac noſtra cœleſti Curia duo omnium honeſtiſsima loca, vnus dexteræ meæ, alter ſiniſtræ: ſeruetur matri dextera, ſiniſtra Patri cedatur.

133 Birg. li. 6. reuel. c. 59.

134 Gerſ. ſer. de nat. Mar.

135 Tob. 12.

e Dialogiſmus fingitur.

Quæ fortaſsis ratio eſt, ſi vultis, cur olim 136 Zebedæi filijs dexteræ ſiniſtræque prærogatiuam expoſcentibus reſponderit, *Neſcitis quid petatis: Sedere enim ad dexteram meam vel ſiniſtram*, illis tribuendum eſt, quibus à Patre meo eſt conſtitutum, parenti meæ ſcilicet, ac nutricio meo. Cuius humanæ Trinitatis, in gloriæ ſublimitate confidentis hoc habeo argumentum: quod qui in terreſti domo coniunctiſsimi totam vitam extiterunt, in cœleſti ſeparare ſit nefas, cum præſertim coniunctio fuerit matris, patris, ac filij: & eius filij, parentibus poterat & conferre dignitatem ſummam, & ſummæ ſanctitati reſpondentem gloriam excelſiſsimam. Illud quoque Argumenti non leuis eſt: quod in cœlo nunc, non ſolum animi, ſed & corporis beatitudine ante vniuerſalem reſurrectionem potiantur. Ac de Chriſto quidem, & virgine dubium non eſt: de Ioſepho autem neque dubitabit, qui legerit in 157 hiſtoria, Bernardinum Senenſem illum, virum ſanctiſ-

136 Matth. 20.

Digitized by Google

ſanctiſsimum, beatiſsimæque virginis amantiſsimum, Patauij olim pro concione clamaſſe: *in anima, & corpore S. Ioſeph in cælis eſt glorioſus.* In cuius veritatis teſtimonium, dum hæc diceret, continuo crucem quaſi auream ſuper caput eius reſplenduiſſe. *Omnes* 138 *ergo nunc amici eius* (æternæ Sapientiæ) *veſtiti ſunt duplicibus*; glorioſa ſcilicet veſte animæ, & ſplendido corporis indumento.

138 Prouer. vlt.

f Fateor, Auditores, ſi pelagi vaſtitatem, quam in decurſu, nondum apparente poſt adeo longam nauigationem tellure, experta eſt oratio mea, videre initio potuiſſet: haud facile; opinor, tantum oceanum Vlyſſea confidentia tentaſſet. Sique ſolis huius, quem præ luculentia ſplendoris vicinum nec tam feruentem ſuſpicabatur, intelligere tunc & ſublimitatem, & oculorum aciem præſtringentem lucem, & vim feruoris potuiſſet: næ illa non ſic temere pennas induiſſet, cui foret poſtea Icarius caſus extimeſcendus. Verum, quandoquidem hic ſumus audendum eſt, & animi robore alendæ augendæque dicendi vires: ſperantibus cum ab ipſo diuino viro, quem laudibus aſſequi cupientes, non poſſumus, religioſæ, cupidæque voluntatis promotionem; *g* tum à vobis, humaniſsimi Auditores, tantulum adhuc in audiendo patientiæ, quantulum in poſtremo quod ſupereſt capite differendo ſit ſatis. *h* Erat illud, ſi miniſtris, quartus ille fluuius in hoc Sanctiſsimi Patriarchæ prerogatiuarum mare copiſiſsimis à familia ſua, id eſt, à Chriſto & virgine, munerum aquis non lentius quam tres priores incurrens. Quem nos tamen haud abſorbere, ſed modicum delibare cogitamus. 359

f Tranſitio fig. ſent.

g Beneuolentia, & attentio.

h Quartum caput, bona familiæ.

i Ac primum ſit interna illa quies animique laxatio atque hilaritas, quam de aſsidua ſummeque familiari eorum conuerſatione capiebat. 360

i Quieta, & hilaris vita.

Quis enim rectius poterat illud ſibi Salomonis vſurpare, quam Ioſeph, dicens (ſiue hiſtorice de Chriſto Deo æterna Sapientia, ſiue myſtice de Virgine Beatiſsima:) *Intraui* 139 *in domum meam, conquieſcam cum illa: non enim habet amaritudinem conuerſatio illius, nec tædium conuictus illius?*

139 Sap. 8.

k Non tædium autem, nec amaritudinem? gaudium, iucunditatem, ſolatium ſingulare. *l* Singulare ſolatium erat illi ardentiſsimus amor, quo Virginem ipſe, & ſe Virgo viciſsim tamquam coniugem complectebatur. Qui, etſi minime commiſto corporis ſexu duo non eſſent in carne vna; at cuſtodito mentis affectu, duo erant in vno ſpiritu: Iucunditas inexplicabilis erat, communicatio: qua Virgo Beatiſsima Ioſepho, cui tamquam viro debebat omnia ſua, totum cordis Theſaurum (cuius quidem ille capax eſſe poſſet) liberaliſsima communicabat. Gaudium immenſum erat: cum Chriſtus Deus, puellus factus: *nunc* 140 *ad Ioſeph tamquam patrem,*

k Correctio fig. verb. & ſent.

l Conduplicatio fig. ſent.

140 Carmel. eſſ. de S. Ioſepho.

Digitized by Google

patrem, Nunc ad ſanctam repſit matrem; Per virgineas ceruices, gratas alternan- 140 *Carmel.*
do vices. cum ſinu fouentis Ioſeph Deum, qui 141 charitas & ignis con- *off. de S. Ioſe-*
ſumens eſt, non modo 142 veſtimenta ardebant: verum etiam (quem- *pho.* 141 *1 Ioan. 1.*
admodum de Didone, Cupidinem Aſcanij ſpecie complectente fa- 142 *Prou. 6.*
bulatus eſt 143 ille) omnia cordis intima æſtuabant. Cumulus deniq; 143 *Virg. 1.*
ac redundantia ſummæ lætitiæ fuit, ô regibus omnibus auguſtior: cum
erat *requies* 144 *menſa tua plena pinguedine:* bonis cœleſtibus, vino chari- 144 *Iob. 36.*
tatis, melle contemplationis, aqua dulciſsima lacrymarum, pane vitæ
referta. Vbi labores 145 manuum tuarum beatus manducabas, diui- 145 *Pſal.*
niſque pauperibus impertiebas: in qua panis ille, Sanctiſsimæ Virginis *127.*
elaboratus manibus apponebatur: Vbi conuiuæ tui erant cœli terræ-
que Dominus, & Regina Angelorum: cuius ferculis ſummus in æter-
num Sacerdos more ſuo 146 hymno dicto benedicebat: vbi deni- 146 *Matt.*
que cibus duplex ſumebatur, corporalis, & ſpiritualis; loquente de *26.*
diuinis rebus, ac per difficiles Scripturarum locos explicante Chriſto.

361
m Spirituales Diuitiæ. *m* Iam vero de ſpirituali virtutum, ſtudioſarum actionum, me-
ritorum opulentia, qua per diuinos familiares ſuos affatim diteſcebat;
quis eloquatur? Atque vt de Chriſto Deo in præſentia ſileamus: cum
n Allegoria tropus. diuinæ *n* luci proximior, magis illuſtratus; igni vicinior, magis in-
flammatus; radici conuictior, magis virtutis eius particeps; de fonte
hauriens gratiarum, magis diues fuerit neceſſe ſit: de ſola Virgine pau-
ca dicemus. Si enim nos miſeri (ait 147 quidam vir ſanctiſsimus) ex 147 *S. Bern. ſer. de S. Ioſ.*
cohabitatione Sanctorum virorum, qui reſpectu Virginis nihil ſunt,
ſæpe tamen proficimus: quantum exiſtimandum eſt, Ioſephum cum
ſacra Virgine profeciſſe? ſi Virgo tot ac tanta peccatoribus impetrat
ſceleratis: quanta, putas, impetrarit Ioſepho Sponſo? Si, vt eſt 148 in 148 *L. cum. C. de epiſc. &*
iure, vxores interdum viros meliores efficiunt: Bona enim mulier, vt *cler.*
quidam 149 explicat, facit virum bonum, &, vt 150 Chryſoſtomus 149 *Bald.*
inquit, nihil potentius muliere bona ad inſtruendum informandum- 150 *Chryſoſt. hom. 9.*
que virum, quodcumque voluerit: quam bonus, quam excultus, quã
o Periphraſis trop. & definitio ſi. ſent. ſanctus per totius *o* ſanctimoniæ receptaculum Ioſephus euaſerit? Si
denique ad vnicam ſalutationem, ad pauca virginis verba Deus Ba-
ptiſtam ſanctificauit, eiuſq; matrem Spiritu Sancto repleuit: quæ gra-
tiæ, quæ chariſmata, quæ donorum cœleſtium plenitudines in hunc
beatiſsimum virum à Deo ex tam diuturno cum Sponſa Deipara con-
tubernio defluxerunt? Hoc enim matrimonium non abſtulit, quem-
admodum cetera coniugia, cœlibatus prærogatiuam: ſed ſanxit po-
tius, ſed præfecit. Et præbuit enim facultatem ſine 151 impedimento 151 *1. Cor. 7.*
Dominum obſeruandi: & coniuges effecit Sanctos corpore & ſpiri-
tu. Sanctus quippe, caſtuſque Ioſeph per Virginem fuit; cum inductus
ad vouendam virginitatem vt accepiſtis; tum aſsidue ex oris eius di-
p Contem- uina compoſitione Angelicam hauriens puritatem. *p* De diuinorum
autem

Digitized by Google

152 *Petr. Chryſol ſer.* 15. autem contemplatione nihil dicam, niſi quod refert 152 Petrus Chryſologus, Ioſephum cum Maria nocturno tempore conſurgere conſueuiſſe ad preces Chriſto effundendas: quem medium inter ſe ſtatuebant; non ſecus ac nos eius effigiem, cum orare volumus collocamus. O felicitatis, ô ſanctimoniæ cumulum! plati**æ**.

362 *q* Mors & funus feliciſsimum.
q An eſt, vt quiſquam dubitet, quin conformem vitæ exitum à Chriſto & Virgine fuerit conſecutus? Mortuus eſt, antequam Chriſtus paſsionem mortemque ſubiret: ſecus enim & fuiſſet ad crucem & ſibi mater à Chriſto, non Ioanni commendata fuiſſet. Sub Chriſti igitur baptiſmi tempora, vt opinor, deceſsit: cum ille prædicare cœpit, & Ioſephi opera iam amplius non egeret. Mortuus autem (ô mortem quacumque *r* vita optabiliorem!) inter Chriſti & Mariæ manus: qui pariter eius oculos ad requiem concluſerunt: atque ad ſepulchrum, quod *r* Venuſtas & exclamatio fig. ſent.
153 *Beda de locis Sanct. cap.* 6. *Brocard. in deſcr. ſer. c.* 1. *p. s.* 7. *§.* 42. inter 153 montes Sion & Olíueti in valle Ioſaphat, prope ipſiuſmet virginis *ſ* ſepulchrum exciſum fuit, comitati intulerunt. *t Beati* 154 *mortui, qui in Domino*, atque adeo in manibus Domini *moriuntur!* Felix Ioſeph, & iterum felix, qui in 155 manus Domini Spiritum commendaſti: cui & confidenter tanquam filio tuo dixiſti: *Si* 156 *ambulauero in medio vmbræ mortis non timebo mala; quoniam tu mecũ es*, fili & Deus meus. *ſ* Anticipatio fig. ſent. *t* Exclamatio fig. ſent.
154 *Apocal.* 14.
155 *Pſal.* 30.
156 *Pſal.* 22.
157 *Luc.* 2.
Felicior exceſſus tuus obitu 157 Simeonis! qui ſi mori non verebatur immo vero cupiebat, quod ſemel Ieſum vidiſſet, vlniſque ſuſcepiſſet: quę tranquillitas fuit, quanta ſecuritas exitus tui, qui triginta annos vidiſti, amaſti, complexus es? Beatior mors tua (*u* parcat mihi hodierno die in laudibus ſponſi ſui Deipara Sanctiſsima) morte virginis coniugis tuæ: ipſa enim, etſi Apoſtolos, Angelos, filium Angelorum hominumque Dominum præſentes habuit; præter Angelos & Chriſtum, ipſammet virginem, quæ pluriſquam omnes Angeli, & Sancti, æſtimatur, ad ceruical lectuli tui adſidentem, lenientemque mortis incommoda perſenſiſti. *u* Licentia fig. ſent.

263 *x* Omnia per Mariam.
x Verum quid amplius moror, & me torqueo, Patriarcha ſanctiſsime, in commemorandis quaſi ex vno capite beneficijs, quæ à Maria coniuge tua es conſecutus: ſi enumeratas hactenus ex omnibus generibus prærogatiuas inde quoque accepiſti: nec vnum modo, ſed & omnia quatuor ampliſsima flumina in te, quaſi in ſubiectum agrum, ex illa paradiſo defluxerunt? Quare ô quam tui amantiſsime, ô quam commodi & magnitudinis tuæ ſtudioſiſsime hortatus te per ſomnium
158 *Matt.* 1. eſt Angelus: *Ioſeph* 158 *fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuã!* *y* Elegans tractatio ſẽtentiæ ſpiritualis.
y Profecto *a* noli timere accipere Mariam coniugem tuam: ipſius enim gratia & *z* nobilitas tua claruit, & genealogia tua in omnem æternitatem celebratur, & fortuna tua florens fuit. *a* Noli timere accipere Mariam coniugem tuam: ipſa enim in cauſa fuit, cur à Deo & ſuus coniux & Chriſti pater eſſes ac dicereris; atque adeo conſequenter *z* Frequentatio fi. ſen. *a* Repetitio fig. verb.

Digitized by Google

electus, ſanctificatus, præparatus, ornatus tanto munere pôtireris. Noli timere accipere Mariam coniugem tuam : à qua enim, niſi ab ipſa, ſiue per ipſam, innocentiam tantam, tantum virtutum cumulum, fidei, ſpei, religionis, humilitatis, virginitatis, charitatis, omniumque cęterarum; tot bonorum operum ac ſtudioſarum actionum merita; tam exuberantem denique ſublimemque gloriæ felicitatem es adeptus?

364 *Peroratio.* Talis igitur tantuſque vir eſt, Auditores nobiliſsimi, Patronæ veſtræ ſponſus: *b* Patriarcharum omnium dignitate maximus, ipſo primo humani generis parente, ipſo Abrahamo, ipſomet (vt alios omittam) Ioſepho Aegypti Patriarcha ac typo ſuo maior. *c* Quem ſi inuicem cum noſtro conferas atque in parallelo conſtituas; in quam plurimis ab iſto illum infinito prope interuallo ſuperari deprehendes. Etſi enim genus vterque ex Abrahamo duxit: *d* at iſte Chriſto propinquiſsimus. Etſi vterque Ioſeph eſt appellatus, id eſt, augmentum, & filius Accreſcens: at iſte vocabulo magis proprio, tanto, quanto cœleſte regnum Aegyptio pluris æſtimatur. Vterque Iuſtus cognominatus, ſed ille 159 à Salomone, hic ab 160 Euangeliſta. Ille maxime caſtus:

b Ioſeph maior omnibus Patriarchis.
c Parallelus noſtri Ioſeph, cum Ioſepho Iſraelis filio.
d Contrapoſitum ſi. verb. & ſen.

ſed hic & virgo. Ille 161 pulchra facie & decorus aſpectu; cuius obequitantis pulchritudinem conſpecturæ Aegyptiorum filiæ ſuper murum vrbis diſcurrebant: iſte multo pulchrior; quippe qui forma præ cunctis hominum filijs 162 ſpecioſo ſimillimus. Ille pluſquam ceteri filij à Patre ſuo 163 Iacob amabatur: iſte à Deo plus ceteris hominibus & Angelis diligebatur. Ille tunicam 164 talarem polymitam habuit peculiarem: iſte omnium virtutum coloribus decorata iuſtitia tectus ſingulariter fuit. Ille filiam 165 magni Sacerdotis pulcherrimam ætatis ſuæ mulierem, eamdemque caſtitatis amantiſsimam duxit: iſte filiam Summi Dei peculiarem, virginem æternam, Dei parentem omnis pulchritudinis ac ſanctimoniæ trophæum matrimonio accepit. Ille 166 ſomniator, & per ſomnia eruditus: iſte ſimiliter quidem in ſomnis admonitus, ſed per Angeli miniſterium. Ille varijs 167 calumnijs, laboribus, ærumnis affectus deſcendit in Aegyptum: iſte per ſumma diſcrimina deſcendit, & per incommoditates maximas ſeptennium permanſit. Ille Aegypto 168 ſeruauit annonam: iſte frumentum Electorum Eccleſiæ conſeruauit. Illi parens Iacob liberalis fuit, cum 169 dixit: *Do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio, & arcu meo*: iſti præ cunctis virgineam terram aſsignauit Deus; quam fruſtra recalcitrante diabolo, in gladio & crucis arcu à corruptionis & peccati legibus immunem atque immaculatam ſeruauit. Ille 170 inuenit gratiam coram domino ſuo, & miniſtrabat ei; à quo præpoſitus omnibus, creditam ſibi domum gubernabat: iſte à Deo familiæ diuinæ prælatus, eam pro arbitrio

159 *Sap. 10.*
160 *Mat. 1.*
161 *Gen. 39. 40. ex Lyrano.*
162 *Pſal. 44.*
163 *Geneſ. 37.*
164 *Geneſ. 37.*
165 *Geneſ. 41.*
156 *Geneſ. 37.*
167 *Geneſ. 37.*
168 *Gen. 41.*
169 *Geneſ. 48.*
170 *Geneſ. 39.*

arbitrio regebat. Immo illi omnia commiſſa, præter vxorem huic
autem Deus etiam ſponſam ſuam prædilectam, etiam vnicum Filium
mancipauit.

171 *Gen. 45.* Ille denique 171 pater Pharaonis eſt dictus: iſte vero cœlorum Re-
gis pater & appellatus, & creditus, & verus fuit.

e Verum *f* quid ego Patriarchis confero illum: quem digniorem 365
Apoſtolis, Baptiſta excellentiorem, cunctis Angelorum ordinibus, i-
pſiſque adeo altiſsimis Seraphinis gloriæ clariorem, diuino throno
proximum, cum Maria, cum Chriſto fulgere in cœlis pie poſſumus
prædicare? Vbi quam apud virginem Sacroſanctam, Deumque Ser-
uatorem preces eius potentes pollenteſque ſint; hinc intelligere licet,
172 *Pſal. 144.* quod altera ſit ipſius vxor, alter filius. Qui, ſi, vt 172 ſcriptum eſt, *Vo-
luntatem timentium ſe faciet*: quid, obſecro, amantium, & amantium a-
more patris? vtique ſi ceteri homines atque Angeli tamquam ſerui
deprecantur: Ioſeph neſcio qua fiducia atque autoritate quaſi pater
173 *Iſid. Inſolanus part. 4. c. 10.* (prope *g* eſt vt dicam) iniungit. Teſtis 173 potentiæ ipſius fuit nobi-
lis quidam Venetus: cui ad imaginem Sancti Ioſeph preces fundere
ſolito, cum ægrotaret aliquando, ac oblitus animæ procurandæ, to-
tus eſſet in corporis cura; apparuit Diuus pergratiſsimus, monens vt
generali iam iam ſe confeſsione expiaret. Paruit ille: & abſolutione à
Sacerdote accepta, in Diui manibus (ô ſortem feliciſsimam!) expi-
174 *Iunus in hiſt. S. Ioſephi.* rauit. Teſtes 174 duo è Franciſcana familia religioſi: qui facto naufra-
gio, triginta ſecum conuectis viris abſorptis, incolumes; arrepta ta-
bula triduum iactati, à Sanctiſsimo Patriarcha, cui ſe de more in eo
periculo aſsidue commendarant, ad portum ſoſpites ſunt delati.
Teſtis, vt multos prætercam alios, Beata Thereſa, mulier ætatis no-
ſtræ prudentia ac ſanctimonia incomparabili: quæ, cum accepiſ-
ſet ipſa ab hoc Angelico viro quamplurima non leuis notæ benefi-
cia, cunctos mortales ad eius deuotionem ac clientelam enixe eſt ad-
hortata.

e Ioſeph ſublimior Baptiſta, Apoſtolis, Seraphinis poteſtate maxima valet.

f Tranſitio per correctionem ſi. ſent.

g Licentia fig. ſent.

h Et profecto ſublimiſsimo ac potentiſsimo Heroi debemus o- 366
mnes pro ſumma gloria ac maieſtate honorem & reuerentiam præ-
cipuam; pro maxima autoritate ac iure fiduciam, & obſeruantiam
ſingularem. Etenim ſi regibus gratioſi coli ab omnibus ſubiectis ſo-
175 *Pſal. 91.* lent, vt Mardochæus, vt alter ille Ioſeph: quare nos, qui 175 ſtamus
in domo Domini, in atrijs domus Dei noſtri, non veneremur omni
obſequio præpoſitum domui Dei, & in eiuſdem regno pene maxi-
mum? ſi rurſus illorum gratiam, tamquam potentiam ad obtinenda
à regibus munera, omni ambitu aucupamur: quæ preces, quæ officia,
quæ obſequia nobis exhibenda ſunt iſti, Dei non ſeruo, ſed patri; po-
tentiſsimo ad impetrandam, & temporalem, & æternam ſuis clienti-
bus ſoſpitatem?

h Commendatur deuotio S. Ioſephi.

Hh 2 *i* Quam-

367 *i* Quamuis autem cunctis mortalibus & venerandi & obſecran-
di neceſsitas incumbat : te tamen ex omnibus vnam iure patrocinij,
deuotionis huius atque obſeruantiæ debitum vrget, ciuitas nobiliſsi-
ma. Cum enim permiſſum epiſtolium patronam ſe tibi peculiarem at-
que perpetuam Deipara ſanctiſsima ſcripſit : putas, non etiam è cœlo ſe
patronum ſimiliter eius ſponſus adſcripſit ? Intelligite iam ſemel di-
gnitatem ac beneficium vobis à virgine collatum, Mamertini; & gra-
tias quam maxime pares poteſtis, referte. Veneranda 176 quædam at- 176 *Ger. ſer. de nat. Mar.*
que admiranda Incarnationis œconomiæ Trinitas eſt Ieſus, Maria, Io-
ſeph: *k* Ieſus incarnatur, Maria concipit, Ioſeph cælat myſterium : Ie-
ſus autor ſalutis, Maria mediatrix, Ioſeph coadiutor: Ieſus filius , Ma-
ria mater, Ioſeph pater. Et quemadmodum : *tres 177 ſunt , qui teſtimo-* 177 *1. Ioan. 5.*
nium dant in cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus; & hi tres vnum ſunt: ita
olim in terra Ieſus, Maria, Ioſeph vnum amore fuerunt, cor vnum, &
anima vna; & nunc in cœlo multo arctius vniti ſunt. Igitur cum ſe vo-
bis in tutelare numen proprium tanta munificentia & benignitate ad-
dixit ac declarauit Virgo Beatiſsima ; vtique & Deo filio, & Ioſepho
coniugi quamdam quaſi adſtipulandi ſubſcribendique neceſsitatem
iniecit. Ac ſi patronam ſingulari quodam modo propriam agnoſcis ac
ſentis illam quotidie: ne credas, ſine Chriſti ac Ioſephi numine pecu-
liari prouenire tibi à virgine beneficia. Quo tutela tua tenaciſsimo hoc
funiculo triplici tam firmiter nexa, nullo vmquam periculo, nullo ca-
ſu, nullis inſidijs, nullis viribus, nullis machinationibus dirumpatur.
Quis iam hinc non videat grati animi titulo non vni modo, ſed omni-
bus tribus debere te cultum, obſeruantiam, deuotionem, obſequium
ſingulare: nec, ſi virginem tanta pietate, quantam omnes cum tua lau-
de norunt, obſeruas; poſſe te Chriſto, aut Ioſepho minus indulgere?
l Age igitur, Mamertina ciuitas, & priuatim ſinguli, & publice omnes
applicate animum, contendite vires, inflammate voluntates ad cul-
tum & venerationem Patronæ veſtræ coniugis : non ſolum vt iſti de
beneficijs grati ſitis; verum etiam vt illi, quam tanto ſtudio atque ope-
re colitis, gratificemini.

i Mamertinorum peculiare debitum erga S. Ioſeph.

k Diſtributio fig. ſent.

l Adhortatio fig. ſent.

368 *m* Tu vero Patriarcha ac cœli princeps ter maxime, perge (vt fa-
cis) filium vxoremque tuam huic vrbi demereri: cum quibus patroci-
nium & beneficentiam tuam exhibe quotidie magis copioſam, vt hi,
qui ſe tibi hodie impoſterum deuotiſsimos fore profitentur, ſentiant
in animi corporiſque præſidio, in temporalibus æterniſque bonis, in
priuatis publiciſque negotijs directionem munificentiam, nu-
men: quale ſperare decet ab Empyrij potentiſsimo
heroe, Deiparæ viro, Dei pa-
rente. *Finis.*

m Apoſtrophe fig. ſen. ad S. Ioſeph.

CAP.

CAPVT X.

Alterum Paradigma Concionis in genere encomiaſtico.

IN extollendo alicuius præclare facto, vel vna dumtaxat aliqua ex- 369
cellentia, quo magis propoſitum coarctatur, eo magis inuentionis
& amplificationis rimandæ venæ. Huius nos Orationis exemplar in
clauſula totius Quadrageſimæ, Dominica Reſurrectione proferemus.

Hæc dies, quam fecit Dominus: exultemus, & lætemumur in ea. Pſal. 117.

IN *a* hoc feſtiuiſsimo die, & ſolemnitate omnium maxima; quo die 370
poſt nocturnas luna ſtellarumque *b* choreas Sol micantior egreſſus
lætiorem ſe numquam ſenſit; quo die concordibus animis, paribus
ſtudijs cœlum & terra collætantur; *c* exultant Angeli, triumphant
homines, quadrupedes in pratis tripudiant, auiculæ ſonoris concentibus
auras *d* aureſque mulcent: gaudendum & tibi eſt, nobiliſsima
ciuitas, immenſaque lætitiæ voluptate geſtiendum; niſi feſtiuam orbis
vniuerſi muſicen importuna velis tetricitate corrumpere. Si cauſam
à me tanti gaudij percuncteris: minime dicam, lætandum tibi,
quod exacto Quadrageſimæ tempore, & exantlatis pœnitentiæ laboribus,
ferias tibi audiendarum concionum, carniſque macerandæ aduenisſe
exiſtimes; cum & diuini verbi ſementi faciendæ quodlibet
tempus opportunum ſit, & pœnitentiæ muneribus à Deo tota vita
præſens fuerit deſtinata. Neque lætandum dicam (id quod turpiſsimum
foret) quia paſchali ſacramento tranſitũ ſignificari cenſeas à ieiunijs ad
conuiuia, à mortificatione ad voluptates, à continentia ad luxuriam, à
gratia ad peccatum. Quemadmodum nec ego lætor (quod tamen honeſtius
poſſem) quia tam longi curriculi pro concione quotidie diſſerendi
metam feliciter, Deo fauente, pertigerim: cum adeo *e* religioſæ
ciuitati obſequi, ſalutique hominum tam piorum inſeruire, *f* non laborem
ſed requiem, non mœſtitiam ſed ſolatium, non pondus ſed leuamentum
ſingulare ſemper duxerim. Lætandum autem & vobis &
mihi idcirco eſt: quod in hac die quam fecit Dominus, Seruator noſtri
amantiſsimus, vbi tam diram, tam ignominioſam pro nobis mortem
pertulit, die nunc tertia primo diluculo, gloria & immortalitate
præclariſsimus reſurrexit; & peccati mortiſque deſtructor, debellatis
Tartareis poteſtatibus, extractaque præda victor ab inferis remeauit.
In quo eius triumpho tanta eſt exultandi ſeges, tam vber immenſorũ

Exordium.
a Beneuolentia à re ipſa.
b Metaphora trop.
c Enumeratio partium per congeriem figur. ſent.
d Agnominatio figur. verb.
e Beneuolentia à perſona Auditorum.
f Antithetum figur. verb.

materia gaudiorum: vt Chriſtianus mihi pene non videatur ille; cuius de Chriſti rediuiui gloria cor & caro non exultent in Deum viuum;
g Docilitas. quique inexplicabili iucunditate non geſtiat, exultet, exclamet. *g* Atq; hoc quidem argumentum in tota deinceps oratione tractabitur: cum hodiernæ lætitiæ cauſæ & ſagacius indagabuntur, & copioſius euoluentur. Interim autem choreæ huius Tympaniſtriæ, iucundiſsimique tripudij ductrici virgini Matri breuiter Aue dicamus, feſtiua illa ſalutatione compellantes: *Regina cœli lætare, Alleluia: Quia quem meruiſti portare, Alleluia, Reſurrexit ſicut dixit, Alleluia.*

171

Confirmatio, ſiue Amplificatio. In qua Chriſti reſurrectio commendatur à gloria, bono, lætitia; quam ipſi Chriſto, nobis, & vniuerſis attulit creaturis.

b Introductio.

i Scripturalis ſententiæ ſcita tractatio.

Hæc 1 *dies quam fecit Dominus*: Quotieſcumq; *h* hæc Prophetæ ver- 1 *Pſal. 117.*
ba, Chriſti vaticinantia reſurrectionem contemplor, magnam ſemper animo meo admirationem creant: quid ſit, quod cum omnis æui, omnis temporis inſtitutor ſit Deus, ipſeque omnes temporis annos, menſes, dieſq; formarit; peculiariter tamen huius diei per quandam antonomaſiam autor prædicetur: *Hæc dies, quem fecit Dominus*. Quaſi *i* vero dies ceteros Dominus non fecerit, ſed alicui alteri numini creandos commiſerit. An eſt oblitus Propheta eius, quod ipſi Deo ipſemet confeſſus fuerat: *Aeſtatem* 2 *& ver tu plaſmaſti ea: tuus eſt dies, & tua eſt nox?* 2 *Pſal. 13.*
An, ſi magnitudo operum in ea à Domino profectorum, diem Domini eſſe & appellari facit; non ſit dies Domini illa, in qua Deus in 3 prin- 3 *Geneſ. 1.*
cipio immenſam cœli terræque molem ex nihilo procreauit, atque in medio inanitatis infinitæ ſuis libratam ponderibus appendit? in qua, condita luce à tenebriſque diuulſa, diem noctemque aſsignauit atque appellauit? Non ſit illa dies Domini, in qua cœli firmamentum ſupernis infernisque aquis Creator interiecit? Non illa in qua diuino imperio ex inuoluta tellure vnum in locum refluens aquarum moles Mare fuit; extanſque ipſi tellus omni ſinum viridi germine, herbis, arboribuſque veſtiuit? Non etiam illa in qua ſummus Artifex luminaria, Solem, lunam, ſtellas cœli firmamento infixit; atque illum diei, hæc nocti præficiens, annorum, menſium, dierumque ſigna collocauit? Non illa, in qua piſces & volucres? illa, in qua terreſtes animantes; illud præcipue nobiliſsimum animal, Dei ſimulacrum, arbitrio liberum, prudentia & conſilio pollens, æternæ capax beatitudinis, cuius gratia condita fuere cetera, efformatum eſt? An, ſi feſta dies, operumque ceſſatio dies Domini eſt; non appelletur illa dies Domini, quæ Sabbathorum omnium primum fuit, Sabbathum requiei Domini: in quo Deus ab vniuerſo opere quod patrarat, ferias egit, omnique deinceps Sabbatho benedixit? Si portenta ac mirabilia requiras ad dominicæ diei nomenclaturam: quid iam deeſt, quin ita vocetur illa dies, in 4 qua 4 *Geneſ. 7.*
Deus 4 cataractas cœli rupit ad generalē orbis eluuionem? aut illarum aliqua, in quibus tot 5 Aegyptum prodigioſis plagis afflixit? aut illā, 5 *Exod. 7.*
qua 6 mare, aut qua flumen 7 ad iter ſiccis hominum veſtigijs præben- 6 *Exod. 14.* 7 *Ioſue 3.*
dum

Digitized by Google

8 Exod. 16. dum diuiſit? aut altera, qua panem 8 Angelorum de cœlo pluit: aut qua
9 Ioſue 10. rapidiſsimum 9 Solis curſum ſtitit? Si denique (vt omittam ceteras rationes) diem Domini dici velit Propheta diē inſignis alicuius myſterij humanati Dei: neſcio profectò, an altera vlla dies potiori iure nomen illud mereatur, quam qua primum ipſe in vtero virginis carnē aſſumpſit, Creator creatus, Immenſus circumſcriptus, æternus temporalis, Deus homo, aut illa, qua à peregre profectis regibus eſt agnitus, muneratus, adoratus, aut qua in Taboris iugo ad conſpectum diſcipulorum in medio Moſis & Heliæ amictus eſt lumine ſicut veſtimento, qua Ieroſolymam triumphans ingreſſus, qua Rex dolorum coronatus, crucique ſuffixus, omnia traxit ad ſeipſum, qua cœlos ad Patris dexteram penetrauit, qua Sanctum ſuum in Eccleſiam Spiritum miſit, qua deniq; viuorum mortuorumque venturus iudex, æterna improbis ſupplicia, probis æterna præmia eſt collaturus. Quam ergo prærogatiuam habet hodierna dies, quare præ ceteris omnibus dies Dominica, & dies quam fecit Dominus, nuncupetur?

Ita quidem res habet primo aſpectu, Auditores. Verum, cum diuino illuſtrata lumine mens penitus ingreditur profundaque Spiritus rimatur; inueniet ſacroſanctum veritatis arcanum: quamobrem ſolemniſsima iſta dies tantum ceteris totius temporis diebus emineat vt præ cunctis à Domino facta, & quaſi peculiari ſtudio inſtituta dici poſsit. Quid enim prohibeat, ſolam iſtam appellari Dominicam: cui Deus, qui 10 lucem habitat inacceſsibilem, qui totus lux eſt, & tenebræ in eo non ſunt vllæ, cū ceteros dies omnes diurna luce nocturniſq; tenebris temperaſſet; vni totam ſplendeſcere, nullaſq; ſentire tenebras indulſit? Etenim ſi præſentia ſolis diuino 11 inſtituto diē facit: an nox eſt dicenda, non dies illa, in cuius medio Sol iuſtitiæ pręclariſsimus exſurrexit? dies vero, an non pluſquam dies: in qua bini lucent ſoles; alter conſuetus iſte, ſed ſolito lucentior; extraordinarius, atq; illo pluſquam ſeptuplo fulgentior alter? Cum igitur vnica iſta dies, tota ſit ſine vlla nocte dies, & dies illuſtriſsima: dicatur ſola optimo iure, & cum excellentia quadam ſingulari dies, quam fecit Dominus & luminū Pater. Deinde ceteræ dies, cum vtilitati beneficioque hominum immediate deſeruiant; quaſi dies hominum appellari poſſunt: iſta vero, quæ Chriſti Domini gloriæ primum, & immediate proſpexit, dies Domini, haud ſane leui merito dicenda fuit. Adhæc appellanda Dominica dies fuit iſta: in qua primum Seruatori optimo totum de ſuo, de noſtro nihil, vt in reliquis anteactæ vitæ diebus, aduenit; id eſt, mera lætitia ac triumphus, & nihil humanæ pœnalitatis admiſtum. Iam vero quis non vnice diem Domini dicat illam: in qua maximum Dei opus eſt perpetratum? k Etenim ſi mundum condidiſſe magnum fuit, & creaſſe homines atq; Angelos maius, & maius adhuc hominem perdi-

372

10 1. Tim. 6.

11 Geneſ. 1. Auguſt. ſer. 80 de temp. Rup. in 12. c. Exodi, & in [illegible]30. Iudic.

k Sorites argumentatio.

perditum recreaſſe, multoque iis omnibus maius Chriſtum quamuis
mortalem & periturum formaſſe: ſummum vtique maximumque di-
uinorum operum extitit eiuſdem Chriſti refectio, præſertim tanta iam
paſsi, atque opere Redemptionis iam defuncti, immortalis, impaſsibi-
lis, corpore animoque beati. Denique ſi infinita illa benignitas, quod
ad ſe ſpectat, vult 12 omnes homines ſaluos fieri, atque æterna ſecum 11 *1. Tim. 2.*
frui felicitate; ſi rebus 12 omnibus non modo vt eſſent tribuit, verum 12 *Le. Chryſ. ho. 18. ad pop.*
etiam vt iucundæ beatæque eſſent; & naturæ functionibus volupta-
tem ingenerauit; omnibuſque præſtituit pro fine felicitatem: ergo
diem illam diem Domini, & quam fecit Dominus antonomaſtice no-
minari permittas, quæ tota gaudium & lætitiam ſpirat, iucunditatem
excitat, triumphum infundit: qualis eſt hodierna: quam vere peculia-
riter fecit Dominus; & vult vt exultemus, & lætemur in ea.

373 *l* Et mehercule tantis vrgemur hodierno die lætandi rationibus;
vt non tantum miſer, verum etiam plane deploratus cenſeri is poſsit,
cuius animus ad immenſa gaudia non laxetur. *m* An *n* tu ſic odiſti
Deum vindicem ac ſeruatorem tuum, qui perditum & ſempiternis in-
cendijs addictum morte ſua liberauit: vt, ſi rediuiuum aſpicias, fron-
tem contrahas, oculos mulgeas, triſtitiæ dolore turberis? Nam quid
aliud celebramus hoc paſchali ſacramento, niſi reſurrectionem Chri-
ſti, nempe tranſitum eius de morte ad vitam; atque *o* à tali morte, quã
quum nudius tertius accepiſtis, crudam, diram, impiam, ignominio-
ſam, ad talem vitam, beatam, immortalem, hilarem, glorioſam: *Ad-
duxit* 13 enim *Deus Spiritum ſuper terram* (quemadmodum olim poſt 13 *Geneſ. 8.*
Noeticum cataclyſmum) *& imminutæ ſunt aquæ.* Quo facto 14 Ruper- 14 *Rup.*
tus myſterium reſurrectionis explicat his verbis: *Magnum & pulchrum
eſt pietas opus, tellurem hominibus iterum detexiſſe, & vento deſiccaſſe: Sed ma-
ximum atque pulcherrimum eſt, quod in eo myſterio præſignatur. Cum recor-
datus eſt Deus Pater Chriſti Filij ſui, poſtquam intrauerunt aquæ ad animam eius
poſtquam tribulationes mortis pertranſierunt animam illius, cum teneretur in
ſepulchro concluſus: & adduxit Spiritum ſuper terram exanimi corporis, atque à
mortuis ſuſcitauit.* Huc quoque viſio illa, prodigiumque admirabile ſpe-
ctauit: cum 15 Moyſes rubum aſpiciebat, quod arderet, & non com- 15 *Exod. 3.*
bureretur. Quod myſterium, poſt 16 Cyrillum & Chryſoſtomum, 16 *Cyril. & Chryſoſt. ibi.*
Gregorius 18 ſic declarat: *Inter homines perfectus homo factus vnicus Filius* 18 *Greg. ho. 3. in Ezech. & libr. 28. mor. c. 5.*
*Dei, ſpinas noſtræ nequitiæ ſuſcepit, & ſemetipſo ignem noſtræ tribulationis ſuſci-
pere dignatus eſt. Sed arſit, &* p *non arſit: quia ex Humanitate eſt mortuus, &
tamen immortalis ex Diuinitate permanſit.* Verum quid opus eſt cetera
ſcripturæ figuras, & ſigna colligere, quæ plurima ſunt; cum in illa Dei
19 inſtitutione, qua iugiter diebus ſingulis agnos anniculos binos, ma- 19 *Exod. 29. Lipom. ibi.*
ne vnum, veſpere alterum, offerri iuſsit, apertiſsime reſurrectionem 20 *Cypr. li. 2. ep. 3. ad Cæcil. fratrem.*
indicari beatiſsimus martyr 20 Cyprianus obſeruarit? Veſpertinus
enim

l Tranſitio ad lætitiæ cauſas.
m Prima ratio, de Chriſti gloria.
n Interrogatio figur. ſent.
o Contrapoſitũ fig. verb. & ſen.
p Cohabitatio figur. ſent.

Digitized by Google

enim agnus, inquit, Chriſtum in cruce morientem ſignificat: cum di-
21 Pſal. 140. cere poterat, *Eleuatio* 21 *manuum mearum Sacrificium veſpertinum*, matu-
tinus autem eundem reſurgentem adumbrat, ac dicentem: *In* 22 *matu-*
22 Pſal. 62. *tinis meditabor in te, quia fuiſti adiutor meus: quoniam ad* 23 *veſperam demora-*
23 Pſal. 29. *bitur fletus, & ad matutinum lætitia.*

Reuixit autem (ô miraculum tantæ reſurrectionis maximum!) 374
non ab alio ſuſcitatus, aut iterum moriturus; ſed immortalis, ipſe re-
ſurgens. In ceteris quippe reſurrectionibus aut magis ſuſcitationibus
24 Bern. ſer. 1. de Reſur. (inquit 24 Bernardus) reſurrexerunt mortui, iterum morituri; at
Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi vltra non
dominabitur: illi mortui, opus habent denuo ſuſcitari; Chriſtus, quod
mortuus eſt peccato, mortuus eſt ſemel; quod autem viuit Deo, vi-
uit in æternitate. Rurſum quis ex omnibus ceteris ſuſcitauit ſeipſum?
25 4. Reg. 4. ineffabile eſt, vt à morte ſe ſuſcitet ipſe qui dormit. Eliſæus 25 Pro-
pheta mortuum ſuſcitauit, ſed alterum non ſe ipſum: ecce quot annis
iacet in monumento, quod à ſe non poteſt, ſperans ab alio ſuſcitari.
Inde eſt, quod ceteros dicimus ſuſcitatos, Chriſtum reſurrexiſſe: qui
nempe ſolus virtute propria victor prodiit de ſepulchro. *Catulus* q *leo-* q Elegans explicatio ſcripturæ.
26 Gene. 29. *nis* (aiebat ad Filium ſuum in perſona Patriarchæ Iacob Deus 26 Pa-
ter) *ad prædam fili mi aſcendiſti: requieſcens accubuiſti vt leo, quis ſuſcitabit*
eum? Catulus leonis: quia leo de leone, Deus de Deo; quia viciſti leo-
nem illum, qui circuit quærens quem deuoret. Ad prædam aſcendi-
ſti: cum exaltatus è terra ad trabem crucis vniuerſa ad temetipſum
traxiſti.

Requieſcens accubuiſti vt leo: cum in ſepulchro mortuus iacuiſti.
27 Auguſt. lib. 16. de ciu. c. 41. Quis ſuſcitabit eum? Non enim ſicut Prophetæ aliquos (inquit 27 Au-
guſtinus) & ipſe alios ſuſcitauit: ſed ſicut à ſomno, ipſe ſurrexit;
qui dixit, *Poteſtatem* 28 *habeo ponendi animam meam, & poteſtatem ha-*
28 Ioan. 10. 29 Ioan. 2. *beo iterum ſumendi eam.* Et de corpore ſuo, *Soluite* 29 *templum hoc, & in*
30 Greg. *triduo excitabo illud.* Quis ſuſcitabit eum (inquit 30 Gregorius) niſi
31 Galat. 1. Deus, quem gerebat: de quo 31 Paulus, *Quem Deus ſuſcitauit à mor-*
32 Rupert. in 49. Geneſ. *tuis*? Quis ſuſcitabit eum? Helias enim (Rupertus 32 inquit) viduæ fi-
lium ſuſcitauit, ipſe Lazarum: ipſum quis ſuſcitauit? quis Spiritum e-
ius adiuuit? ipſe nempe nullo indigens, proprio rugitu euigilauit. O
mortem placidiſsimo ſomno quam ſimillimam: ô leonem fortiſsi-
mum beſtiarum! tuæ virtuti quis reſiſtat, & vitæ autorem inuitum de-
tineat in ſepulchro?

Huic porro tam inſigni, tam miraculoſæ reſurrectioni quam glo- 375
riam comitem fuiſſe cenſetis? Arca enim illa ſupra quam per circuitũ
coronam auream duci iuſsit Deus, Chriſtum rediuiuum, gloria & ho-
33 Bed. 25. Exod. nore coronatum (autore 33 Beda) ſignificabat. Quem Moyſes cum fi-
liis Iſrael & Soror Moyſis cum vniuerſis mulieribus poſt Erythræi
Ii maris

maris miraculum prophetico illo cantico extulerunt, dicentes: *Can-*
temus 34 *Domino: glorioſe enim*, vt in euaſione noſtra de manibus Aegy- 34 *Exod.15.*
ptiorum, ita in ſua ex inferni mortiſque vinculis eruptione *magnifica-*
tus eſt. Aliud 35 quippe eſt, magnificari (vt ingenioſus philoſophatur 35 *Orig.*
Origenes, aliud glorioſe magnificari. Cũ enim Dominus Ieſus Chri-
ſtus carnem pro ſalute noſtra ſuſcepit, magnificatus quidem eſt; quia
venit quærere & ſaluum facere quod perierat: non tamen glorioſe
magnificatus eſt; quia, prædicente 36 Iſaia: vidimus eum, & non ha- 36 *Iſa.53.*
bebat ſpeciem, neq; decorem, magnificatus etiam eſt, cum ad crucem
venit & pertulit mortem; vnde & dicit, *Pater* 37 *venit hora, clarifica Fi-* 37 *Ioan.12.*
lium tuum, vt Filius tuus clarificet te; erat enim ei gloria, etiam ipſa paſſio
crucis: verum gloria hæc non erat glorioſa, ſed humilis. Quoniam ve-
ro *hæc* 38 *oportebat pati Chriſtum, & ſic intrare in gloriam ſuam*; quando 38 *Luc.24.*
ſurrexit, tunc glorioſe magnificatus eſt. ipſe namq; fuit myſticus ille 39 39 *Iudic.6.*
Samſon, qui dormiuit vſque ad medium noctis, & inde conſurgens *Rupert.ibi.*
tulit ambas portæ fores: cum inferni clauſtra penetrans, & vectes fer- *Greg.ho.21.*
reos confringens, vniuerſa gehennalis carceris repagula contriuit; vt *in Euang.*
libere ſuos educeret, & plenis egrederentur portis agmina Sanctorum *Bern.ſer. de*
dealbatorum. Neque vero quidquam tantæ gloriæ derogari arbitre- *Reſurr.*
mini, quod inſtigatione diaboli & Iudæorum opera morti ſuccubue-
rit: etenim & cadere ipſe voluit, & caſus ipſi glorioſior fuit. Eſt fabula
Antiquitatis (quæ etſi vim veritatis non habet, vt inquit 40 Euſebius 40 *Euſeb.*
Emiſſenus, rationem tamen habet, vt vis per eam veritatis poſſit ma- *Emiſ.ho.8.de*
nifeſtari) robuſtum quemdam virum, telluris filium, Antheum nomi- *paſchate.*
ne, ſi in lucta impulſu aduerſarij terram contigiſſet, tunc è terra 41 ſur- 41 *Lege ſen.*
gentem fortiorem in aduerſarium præualere: ac ſic deiectio proſtrati, *ep.13.*
occaſio fiebat triumphi; dabat enim quodammodo infirmitas forti-
tudinem, lapſus palmam, ruina victoriam. An hoc aptari magis pro-
prie non poteſt cœleſti in athletæ, qui olim cõtra Iacob 42 legitur fuiſ- 42 *Gen.32.*
ſe luctatus iſte multo poſt tempore in arena mundi cum publico ho-
ſte conflixit: cui ad hoc ceſsit, vt reſurgeret glorioſius; ad hoc ceci-
r Cohabitatio, & venuſtas. figg. dit r vt & nos quoque ſecum eleuaret: aduerſariũ effuſus obruit, pro-
taſtus eliſit: iacentem hominẽ deiectus erexit; mortem eius, dum ſuc-
ſ Exclamatio, & Apoſtrophe fig. cumberet, pertulit; & mortuũ, dum reſurgeret, ſuſcitauit. ſ Io triumphe,
phe, Imperator Omnipotens, Io triumphe: accipe gloriam atq; vtere
donis, quæ tibi ipſe effuſo ſanguine peperiſti. Egredere rediuiuo iſto
ac penetrabili corpore de clauſo tumulo: non 43 enim ad liberam e- 43 *Inſt.reſp. ad Orth.qu.117.*
greſsionẽ tuam de monumento ſaxum tolletur, ſed vt declaretur ex-
pectantibus reſurrectio tua. Induere fortitudine in hoſtes, clementia in
tuos: atq; 44 in exemplum diſcretionis piorum, & impiorum, pias mu- 44 *Rupert. in 12. Exod.*
lieres Angelica viſione atq; allocutione demulce: deterre vero impios
fatuoſq; cuſtodes, & velut mortuos magno terræ motu præeunte redde.

de. An

Digitized by Google

45 *Gen.* 32. de. An non intelligis Saluatoris Aegypti 45 ſomnium illud, quo quaſi
46 *Auguſt. ſerm.* 81. *de temp.* Solem & lunam, & ſtellas vndecim ſe adorare conſpexit; vt 46 in te verius orbis vniuerſi ſaluatore impleatur, ab omnibus expectari? Hoc enim in illo Ioſeph impleri omni ex parte non potuit; quia mater eius per lunam ſignificata, ex hac luce priuſquam adoraret migrauit. Verum in te ſomnij illius ſacramenta omnino complebuntur: quando poſt reſurrectionem tuam Sancta Maria quaſi luna; Beatus Ioſeph, aut ſi mauis, Patriarcharum populus, de quo ipſe incarnatus es, quaſi Sol;
47 *Matt.* 5. & vndecim beati Apoſtoli (quibus tu quaſi ſtellarum luce coruſcantibus dixiſti, *Vos* 47 *eſtis lux mundi*) incuruati & proſtrati adorabunt te,
48 *Pſal.* 148. vt Dauidis vaticinium impleatur: *Laudate* 48 *eum Sol, & Luna, laudate eum omnes Stellæ, & Lumen.* Et quemadmodum mœſtiſsimo illi Seni in
49 *Geneſ.* 45. ſolatium de amiſſo filio relatum olim fuit: *Ioſeph* 49 *filius tuus viuit, &*
50 *Gloſſ. interl.* *ipſe dominatur in vniuerſa terra Aegypti*: ita 50 parenti tuæ optimæ, de morte tua triſtiſsimæ peneque conſternatæ fac dicatur: Chriſtus tuus reſurrexit à mortuis, & Dominus eſt vniuerſi orbis terrarum. Ita enim, Domine, poſt reſurrectionem tuam declaraſti te Monarchiam, & im-
51 *Matth.* 28. perium vniuerſi acepiſſe: cum Apoſtolis tuis luculenter dixiſti, *Data* 51 *eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra*: quos veluti pro conſules
52 *Iuſt. reſp. ad Orthod. quæſt.* 64. legans in prouincias, ſubdidiſti. *Euntes ergo docete omnes gentes.* Quemadmodum enim (inquit 52 Iuſtinus) Ionas è ceto reſurrexit, vt fides fieret, eum à Deo miſſum eſſe præconem euerſionis Niniuitarum, ſic tu è ſepulchro poſt triduum ſurrexiſti; quo ſigno fides fieret, miſſum te eſſe à Deo (quæ ſunt inſignia regni tui) præconem regni cœlorũ.

Vides iam, ciuitas mea nobiliſsima, Chriſti tui amor & gloria quantis te lætitiæ ſtimulis vrgeant. *r* Si enim Sol, præſertim ſi triduum di- 376 *r A ſimili.*
uino miraculo in Antipodibus detentus, tenebris obſita geluque concreta noſtri orbis omnia reliquiſſet; exoriens deinde clara luce diffuſa coloreque rebus, ac calore reddito, vniuerſorum hilaritate & feſta ſalutatione exciperetur: ſi lętitia inexplicabilis filij aut vxoris eſſes, reuocato ad vitam triduano parente aut viro. Quibus te gaudijs perfundi, quo voluptatis cumulo geſtire oportere dicam, cui Sol ille diuinus, qui
53 *Ioan.* 1. omnem 53 hominem venientem in hunc mundũ illuminat, quiq; ſoli iſti cõmunicata luce, vt luceat imperat, poſt tridui tenebras pręclariſsimus ex ſurrexit? cui ſponſus inter filios hominũ ſpecioſiſsimus, & pater amantiſsimus atq; omnipotens ad antiquas blanditias, ad priſtinos amplexus reuixit? Et quemadmodũ flendi tempus atq; triſtandi fuit, cum in paſsione ſua raptari eum, vexari, cædi, vulnerari, cruentari, mori videbas: ita nunc, cũ reuiuiſcit, fulget, triumphat; tempus adeſt ridendi, rumpendiq; feſtis aerem acclamationibus, Euge, & Io triumphe ingeminantibus. Quod ſi in ipſius natali die, qui mortalis eius vitæ initium fuit, & vitæ à primo ad vltimum actum inter ærumnas exactę,

Digitized by Google

lætari ſolemus Angelicum æmulati concentum triumphantes: non lętemur hodierno die, non exultemus, nō triumphemus immenſo gaudio; cum immortalis vitæ initium accepit, felix, beatus, omni bonorum genere cumulatus?

377 a Hæc eſt, Auditores, prima potiſsimaque gaudiorum cauſa, quæ ſumitur ex bono Dilecti: atque illud in me operatur, vt alias lætandi rationes perquirere pigeat. Cum ad omnia maxima perpetranda Chriſti vna charitas, Apoſtolo 54 teſte, ſatis ſuperque nos vrgeat. Verum, quia conſulendum etiam infirmioribus eſt, qui propria magis vtilitate mouentur; cum præſertim ad exultandum ſolemniſsima hac, & feſtiuiſsima die, quibuſcunque ſtimulis adigi, ingratum nemini eſſe debeat: duas præterea gaudiorum ſcaturigines commonſtrabo; alteram, quæ de commodo noſtro creatur; alteram, quæ de rerum omniū iucunda conſpiratione conſurgit.

a Tranſitio ad alteram lætandi cauſam, quod eſt bonum noſtrum.

54 2. Cor. 5.

378 Et quidem noſtra vtilitas ex Chriſti reſurrectione tam late patet, vt ad totum hominem, id eſt, animum corpuſque fundatur: tam magna eſt, vt reuocationis à morte ad vitam beneficium ſit. Etenim 55 cum duæ ſint mortes, altera animæ, altera corporis; mors corporis, ſeparatio ab anima; mors animæ, ſeparatio à Deo; hæc, quam operatur peccatum; illa, quam pœna peccati: duæ itidem reſurrectiones erunt, altera corporis, altera animæ; quam in nobis vtramque vitalis iſte rediuiui Domini regreſſus eſt operatus. Nam tametſi paſsio Chriſti meritoria 56 ſimul & efficiens vtriuſque noſtræ reſurrectionis cauſa extiterit, quatenus in virtute Diuinæ naturæ coniunctæ operata eſt: nihilominus ipſius reſurrectio, etſi, vt non amplius viatoris, non meritoria; at efficiens, exemplaris, & ſine qua non (vt appellant) cauſa fuit. Efficiens quidem: quia Humanitas inſtrumentum Diuinitatis eſt, & in eius virtute operatur. Exemplaris autem: quia, vt prima tempore, ita dignitate, & perfectione prima; quod autem in aliquo genere perfectiſsimum eſt, exemplar eſt eius, quod in illo genere eſt imperfectum. Vnde eſt, vt ipſe dicatur 57 Primitiæ dormientium, 58 Primogenitus mortuorum, 59 Reformaturus corpus humilitatis noſtræ configuratum corpori claritatis ſuæ. Cauſa deniq; ſine qua non, ſeu Neceſſarium antecedens: quia, ſi Chriſtus non reſurrexit, vana 60 eſt fides noſtra, inanis ſpes reſurrectionis corporum: & de animo: 61 *Nondum erat Spiritus datus, quia Ieſus nondum erat glorificatus.*

55 *Galfrid. in illud Coloſ. 3. ſi conſurrexiſtis, &c.*

56 *D. Th. 3. p. q. 56. a. 1.*

57 1. *Cor.* 15.

58 *Apoc.* 1. *Pſal.* 80.

59 *Philip.* 3.

60 1. *Cor.* 15.

61 *Ioan.* 17.

379 Verum vt iſtæc planius differantur, indubitatum eſt, Auditores mei, quod ad corpus attinet, noſtram reſurrectionem conſequi reſurrectionem Chriſti, qui mortem noſtram moriendo deſtruxit, & vitam reſurgendo reparauit. Si enim radix viuit, certe viuificabuntur & rami: ſi caput reuixit, num mortua iacebunt tam præclari capitis membra? Tam certum & indubitatum: vt nō ſit veritus 62 Apoſtolus ab vna

62 1. *Cor.* 15.

ab vna reſurrectione ad alteram reciproca quadam neceſsitate argu-
mentari, dicens: *Si reſurrectio mortuorum non eſt, ergo neque Chriſtus reſur-
rexit*: quoniam vero Chriſti reſurrectio certiſsima fide tenetur, certiſ-
ſima quoque fides erit noſtræ reſurrectionis. Tam firmum & explo-
63 *Epheſ.2.* ratum: vt idemmet 63 Apoſtolus aliquando minime quidem dixerit
nos eſſe reſurrecturos, ſed iam reſuſcitatos cum Chriſto; ob ſpei nem-
pe certitudinem ac firmitatem, præterito futurum confundens; quaſi
(vt notat Hieronymus) haberi iam res, premique manibus dici poſ-
ſit. Tam clarum atque apertum: vt Sanctus Iob, non iam doctrina
Philoſophorum, à priuatione ad habitum regreſsionem dari negan-
64 *Act.17.* tium, qui & Athenis contrariam veritatem prædicantem 64 Paulum
publice irriſerunt; ſed fide informatus, hac ſe vnica certaque ſpe in
illo ſterquilinio ad ſummam infelicitatem redactũ ſolaretur, dicens:
65 *Iob 19.* *Scio* 65 (tam viua fides eſt) *quod Redemptor meus viuit, & in nouiſsimo die,*
tamquam membrum eius, *de terra ſurrecturus ſum, & in carne mea videbo
Deum Saluatorem meum: quẽ viſurus ſum ego ipſe, & non alius* ab illo qui fue-
ram, *& oculi mei conſpecturi ſunt, repoſita eſt hæc ſpes mea,* tamquam theſau-
rus qui à nemine compilari poſsit, *in ſinu meo.* Certe quemadmodum
66 *Theod. dial.3.* (vt ait 66 Theodoretus) deſcendentem ad inferos Adam ſecuti ſunt,
qui erant naturæ participes: ita cum Chriſto Domino reſurgente re-
ſurrectionis erit particeps vniuerſa hominum natura. O mira igitur,
67 *Euſeb. Emiſ. ho.6. de Paſch.* & ineffabilis Dei noſtri pietas! (exclamat 67 Emiſſenus) Irruperat
mors paradiſum; ſed vita expugnauit infernum, legemque mortalem
ſuſcepta mortalitatis conditione calcauit: implens illud quod Pro-
68 *Oſe.13.* pheta 68 teſtatur, *O mors, ero mors tua*, ac ſic mortis iniquitas, quæ ſe
tamquam hominem viciſſe gaudebat, expauit x ſubito prædam ſuam; x Cohabitatio, & venuſtas figg.
& in ſuo regno à ſuo (vt putabat) debitore conſtricta eſt, à ſuo con-
demnata reo, à ſuo ſubiugata captiuo. Atque ita regrediens Domi-
nus poſt diem tertiam, fructum ſecum triduanæ peregrinationis vi-
uentibus reportauit: atque vt eum de inferis regredi crederent vni-
uerſi, teſtes ſecum ad ſuperos, & præcones ſubactæ mortis exhi-
buit.

Iam vero iuſtitiam, quæ eſt animi vita, quam proprie, quam cu- 380
mulate à Domini reſurrectione conſecuti ſumus? Primum enim, vt
69 *Ioan.7.* paulo ante docebamus, *Nondum* 69 *erat Spiritus datus, quia Ieſus nondum
erat glorificatus*, nam ſtatim reſurgens, Spiritum ſanctum oris afflatu
70 *Ioan.20.* dedit 70 Apoſtolis, & mox 71 toti Eccleſiæ per demiſſum ignem, i-
71 *Act.2.* pſe enim, vt inquit 72 Apoſtolus, *traditus eſt propter peccata noſtra, &
72 Rom.4.*
73 *1.Cor.15.* *propter iuſtificationem noſtram reſurrexit*: quod 73 ſi minus reſurrexiſ-
ſet, nos adhuc in peccatis noſtris miſeri verſaremur. Deinde, quia fir-
mata ex reſurrectione Domini fide reſurrectionis corporum noſtro-
rum, excitatur nunc in pectorib. animoſa quædam alacritas faciendæ

ſementis bonorum operum, & laborandi in acquiſitione virtutum; ob ſpem certiſsimam copioſæ meſsis ac retributionis in corpore rediuiuo.

Merito ſi quidem obiurgat Epicurum quidam inter ethnicos non vulgaris [74] autor: quod cum is in vna voluptate ſummũ hominis bonum definiſſet, ſpem tamen immortalitatis, quæ ſummum in hac vita piorum ſolatium, tutiſsimumque laborum perfugium eſt, omnino ſuſtulerit. Noc ſic autem Apoſtolus Paulus, qui non prius ad ingrediendam virtutis ſemitam eſt cohortatus, quam multis rationibus reſurrectionem aſtruxiſſet: *Itaque* [75] *fratres ſtabiles eſtote, & immobiles*, inquit, *abundantes in omni opere Domini; ſcientes quod labor veſter non eſt inanis in Domino.* Nam *ſi in hac vita in Chriſto tantum ſperantes ſumus* (quantum quidem ſpectat ad commodum noſtrum) nos Chriſtiani, *miſerabiliores eſſemus omnibus hominibus.* ζ Et virtus enim ardua eſt: & ſæpe iuſti pluſquam improbi ſunt in calamitatibus: & vis ac vigor agendi, ſpes eſt futuri, arator arat vt metat, miles pugnat vt vincat. Et profecto, niſi vitam alteram expectes in qua ſecundum [76] multitudinem dolorum laborumq; tuorum conſolationes Dei lætificaturæ ſunt animã tuam: quonam ſecuro libentique animo totam hanc vitam extrahas inter ærumnas?

74 *Plutar.*
75 *1. Cor. 15.*
ζ Sententia ſig. ſent.
76 *Pſal. 93.*

Rurſum, niſi credas quod futurus Remunerator tuus viuat: à mortuo quid ſperes, etiamſi Cæſar aliquis, aut Alexander fuiſſet? Idcirco quamdiu diſcipuli reſurrectionẽ Dominicam non crediderunt, ſpem ſalutis omnem, & redemptionis amiſerunt, hæc inter ſe conquerentes: *Nos* [77] *autem ſperamus, quod ipſe eſſet redempturus Iſrael*, contra vero deprehenſæ reſurrectionis argumento conuictus Thomas, Deum agnoſcens exclamauit: *Dominus meus, & Deus meus.* Hinc Apoſtoli omnes in eo maxime laborabant, vt hanc fidem Dominicæ, & noſtræ conſequenter reſurrectionis adſtruerent apud fidelium mentes: ex qua tam rigidæ auſteræque ducendæ vitæ perſuaſio dependebat. Ergo *Virtute* [79] *magna reddebant Apoſtoli teſtimonium reſurrectionis Ieſu Chriſti Domini noſtri.* Et Petrus, tũ in lectione duodecimi Apoſt. pro Iuda perdito, ſuffici volebat vnum aliquem ex diſcipulis, qui [80] teſtis fieret reſurrectionis: tum vero his per epiſtolam verbis Chriſtianos hortabatur: *Benedictus* [81] *Deus, qui ſecundum miſericordiam ſuam magnam regenerauit nos in ſpem viuam per reſurrectionem Ieſu Chriſti ex mortuis, in hæreditatem incorruptibilem, incontaminatam, immarceſcibilem, conſeruatam in cœlis.* Paulus vero etiam ipſe de Chriſti reſurrectione publicum ſermonem identidẽ inſtituebat, inculcabat, vrgebat: ita vt præſes Feſtus Agrippæ regi ſummam doctrinæ Pauli referre volens, diceret: *De* [82] *quodam Ieſu defuncto, quem Paulus viuere affirmabat.* Quibus rationibus ſi calcar imitationis addamus, ô quantum ſe prouehet ſanctimonia noſtra! *Si enim Spiritus,*

77 *Luc. 24.*
78 *Ioan. 20.*
79 *Act. 4.*
80 *Act. 1.*
81 *1. Pet. 1.*
82 *Act. 25.*

qui

83 *Rom. 8.* *qui ſuſcitauit Ieſum à mortuis* (inquit 83 Apoſtolus) *habitat in vobis: qui ſuſci-
tauit Chriſtum à mortuis, ſuſcitabit & mortalia corpora veſtra*, ex quib. mox
84 *Rom. 8.* infert: Ergo 84 *fratres, debitores ſumus, non carni vt ſecundum carnem viua-
85 *Rom. 6.* *mus. Quomodo* 85 *enim Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos
in nouitate vitæ ambulemus, & quemadmodum Chriſtus reſurgens ex mortuis,
iam non moritur, mors illi vltra nō dominabitur; quod enim mortuus eſt peccato,
mortuus eſt ſemel, quod autem viuit, viuit Deo: ita & vos exiſtimate* (inquit) *vos
mortuos quidem eſſe peccatis, viuentes autem Deo in Chriſto Ieſu.* Omnia enim
86 *Bern. ſer. 1. de Reſur.* vt obſeruat 86 Bernardus, in hac ſolemnitate tranſitum à peccatis ad
iuſtitiam, non autem reuerſionem ad vomitum inſinuant. Nam hodie
inquit, Chriſtus non cecidit, ſed reſurrexit; non rediјt, ſed tranſiit; &
Paſcha tranſitum, non reditum ſignificat; & Galilæa, ad quā ire diſci-
pulos præcipit, tranſmigrationem ſonat, non remeationem. Videat i-
gitur qui paſchale ſacramentum celebrat, vtrum Chriſtianæ reſurre-
ctionis exemplar imitetur. Chriſtus enim, prius paſsibilis, ſpinis pungi,
concidi flagris, clauis figi, lanceis poterat tranſuerberari: poſtea vero
impaſsibili mors vltra & mortem afferentia tormenta non dominan-
tur, neq; adeo quidquā afficiunt. vtrum ergo, ſi prius peccatis eras ob-
noxius, poſtea firmus, & impenetrabilis euaſeris? cū præſertim ex parte
87 *D. Tho.* diuinæ gratiæ per pœnitentiā receptæ (cuius 87 minimus quilibet gra-
dus peccatū omne mortiferum ab anima expellere & ſuperare valet)
88 *1. Ioan. 3.* inſuperabiles ſimus, affirmāte Chriſti ſinu excepto 88 Apoſtolo: *Omnis
qui natus eſt ex Deo, peccatum non facit; quoniam ſemē ipſius* (quod eſt gratia)
89 *1. Ioan. 5.* *in eo manet. & non poteſt peccare, quoniam ex Deo natus eſt.* 89 *Scimus autem,
quod omnis qui natus eſt ex Deo, non peccat, ſed generatio Dei conſeruat eum*, vt
qui fortiſsimo clypeo protectus, à ſagittario occidi nequit. Videat qui
paſcha comedit, vtrum habeat renes incinctós: id eſt, qui ſolemnitatē
90 *Greg.* reſurrectionis atq; incorruptionis agit (inquit S. Pater 90 Gregorius)
an corruptioni iam per vitia nulla ſubiaceat, voluptates edomet, carnē
à luxuria reſtringàt, nec enim cognouit quæ ſit ſolēnitas incorruptio-
nis, qui adhuc per incontinentiam corruptioni ſubiacet. Hæc quibuſ-
dam dura ſunt: ſed anguſta porta eſt quæ ducit ad vitam & continen-
tium multa iam habemus exempla. Sic ille. Tu vero, rediuiue atq; im-
91 *Pſal. 15.* mortalis Domine, feciſti 91 notas mihi vias vitæ: non ſolum quibus
immortalem corporis vitam inueniam; verum etiam multo magis
quibus animo reuiuiſcens, iuſtitiæ ſemper viuam. Notas enim mihi fe-
ciſti vias vitæ: cum me docuiſti fidem, miſericordiam, manſuetudi-
nem, caſtimoniam, humilitatem, ſexcentaque ad ſanctimoniam di-
uerticula; quibus ad Deum deniq; æternamq; felicitatem pertingam.
92 *Bern. ſer. de Reſur.* Non 92 ſic amatores ſæculi, inimici crucis Chriſti, cuius in vacuū ac-
cepto nomine, dicūtur Chriſtiani, toto tempore quadrageſimali ad in-
ſtantes inhiant dies reſurrectionis; ſed vt liberius indulgeāt voluptati

Pro

Pro dolor! exclamat Bernardus, terminus recidendi facta eſt reſurrectio Saluatoris: ex hoc nempe commeſſationes, & ebrietates redeunt, cubilia & impudicitiæ repetuntur, & relaxantur concupiſcentiis frœna, quaſi vero ad hæc reſurrexerit Chriſtus, & nõ magis propter iuſtificationem noſtram. Igitur Auditores mei ſi conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite, quæ ſurſum ſunt ſapite: id eſt, ſi conſurrexiſtis, coaſcendite; ſi conuiuitis, conregnate. Sequimini agnum quocumque ierit: ſequimini patientem, ſequimini reſurgentem. Crucifigatur vetus homo veſter cum illo, vt deſtruatur corpus peccati, vt vltra peccato nõn ſeruiatis: ſed quo pacto ipſe reſurrexit per gloriam Patris, ita & vos in nouitate vitæ ambuletis, in hoc enim mortuus eſt & reſurrexit, vt peccatis mortuis iuſtitiæ viuamus.

381 *a* Tertia cauſa lætandi, vniuerſi lætitia.

a Reliquum eſt poſtremum, quod propoſuimus gaudiorum caput, ex orbis totius hilaritate deductum. Etenim hodierno die de rediuiui Domini gloria Angeli pacis, qui in paſsione ipſius amare fleuerunt, incredibili exultatione triumphant. Et quemadmodum olim (vt ſentit 93 Athanaſius) reuertenti à proſtrato Goliath Dauidi puellarum chori cum tympanis occurrebant recinentes: Percuſsit Dauid permyriadas: ita reſurgenti à morte ſummo vindici ac Seruatori omnes hierarchiæ, ordineſque Angelorum cum choris, carminibus, ac tympanis occurrebant, ſeſe mutuo incitantes: Agite, exultemus Domino, iubilemus Deo Saluatori noſtro. Sanctorum vero Patrum, quorum in terra deſerta & in via, quorum in tabernaculis tenebris & ſitu ſquallentibus vox turturis pro ipſorum ſalute mactate, vox ſalutis, exultationis exaudita fuerat, lætitiam quis explicet: cum tamquam aquilæ ad corpus congregatæ ſuauiſsimum Reſurgenti Pæana, & Io triumphe concinuerunt? Iam vera Sanctarum mulierum, & diſcipulorum de Dominica reſurrectione iucunditas tanta fuit, quantam aſſequi cogitatione, nedum oratione conſequi poſsimus. Narrant 94 ſacræ literæ, cum iuniori Tobiæ Raguel filiam ſuam, cui Dæmonium ſeptem priores viros in ipſo concubitu interfecerat, inuitus denique in matrimonium tradidiſſet; & in ipſa nocte nuptiarum veritus ne ſimilis fortunæ concubitus ei contigiſſet, miſit prius ſeruos ſuos ad fodiendum adoleſcenti ſepulchrum; mox vnam ex ancillis, quæ videret vtrum occubuiſſet, legauit. Hæc ingreſſa cubiculum, cum ſaluos ambo incolumeſque reperiſſet, bonum reuerſa nuncium nunciauit. Quo Raguel accepto, ipſe & domus eius lætitia exclamarunt: *Benedicimus te, Domine Deus Iſrael; quia non contigit quemadmodum putamus.* An non videtur in Tobia Chriſtus, in Reguele Petrus Apoſtolicumque collegium repræſentati: qui exiſtimabant, idem Chriſto contigiſſe, quod cæteris defunctis, vt corpore tabeſcente, æterna

93 *Athanaſ. Euang. de paſſ. & cruc. Domini.*

94 *Tob. 8.*

Digitized by Google

æterna nocte præmeretur? Verumtamen ille præter ipſorum opinio-
nem ſurrexit, apparuitque mulieribus. Vna ex quibus, Magdalena no-
mine, bonum eis nuncium nunciauit. Et gauiſi ſunt diſcipuli viſo Do-
mino: atque exultabundi dixerunt: Benedicimus te, Domine Deus
Iſrael, quod non, quemadmodũ putabamus, euenit; cum dicebamus
95 *Luc.* 24. increduli: *Nos* 95 *ſperabamus quod ipſe eſſet redempturus Iſrael; nunc autem*
tertia dies eſt hodie, nec reſurgentem videmus. Sed factum eſt à te Domi-
ne; vt quemadmodum ipſe de ſe prædixerat, felix immortalis, glorio-
ſus exſurgeret. At cuius nam mens, & cogitatio capere poſsit, quam
inſolitis gaudiorum motibus, quibus iucunditatis exceſsibus, quanta
geſtientis lætitiæ voluptate, quam infinita cumulatæ exultationis im-
menſitate corda tua redundarint, ô tam beati filij parens, & virgo?
vere, beata mater, ſecundum multitudinem dolorum tuorum in cor-
de tuo, conſolationes eius lætificarunt animam tuam. Quod ſi in ma-
96 *Thren.* 2. ximo mœrore poſitam vt præuidit 96 quidam ex Prophetis, commi-
ſerans affatus eſt: *Magna eſt velut mare contritio tua; quis medebitur tui,*
97 *Iſa.* 66. *Virgo filia Sion?* reſpondit apud alterum 97 Prophetam ipſe filius tuus:
98 *Pſal.* 45. *Ecce ego declinabo ſuper eam quaſi fluuium pacis*: vt 98 fluminis impetus vir-
gineam Dei Ciuitatem lætificet. Talis profecto impetus ac torrens
voluptatis: vt, quod obruto oppreſſoque corde extincta non fuerit,
par miraculum præſtiterit, atque illi ſimile, quod apud crucem, ne
pluſquam Mortali tolerando dolore extingueretur, effecit. Ergo
99 *Iudic.* 4. quemadmodum ille 99 Samſon de mellis fauo, quod in ore proſta-
100 *Ambr. Sedul.* ti à ſe interemptique leonis inuenit, primum 100 matri dedit: ita for-
Anſel. tiſsimus iſte Tartarei leonis victor & prædator, primum matri reſur-
Nyſſ or. 2. *de Reſur.* gens apparuit, primoque ac ſummo gaudio cumulauit. Ipſa vero tan-
Rup lib. 3. *de diu off. c.* 25. tis exuberantis lætitiæ impulſa ſtumulis, quemadmodum altera illa
Maria Soror Moyſis; quæ vt fratrem ſummerſis Aegyptijs, mare
Metaphr or. de vita & dorm. Deip. cũ vniuerſo Iſraele pertranſiſſe conſpicata eſt, ad tympani pulſum &
diuinas laudes decantauit ipſa, & ad choros ducendos vniuerſas vir-
gines Iſrael inuitauit: ita hæc altera Maria, tympaniſtria noſtra (quam
101 *Auguſt. ſerm.* 18. *de temp qui eſt* 2. *de Annunc.* appellat 101 Auguſtinus) vniuerſitatem creaturarum de filij ſui redi-
uiui triumpho ſibi concinere & collætari coegit. Quare non ſolum
Angeli, & homines, vti demonſtrauimus; verum etiam res ceteræ o-
mnes quibus poterant lætitiæ ſignificationibus arriſerunt: pecudes
in campis exultantes: Philomelæ dulcius ſibi mutuo accinentes; tel-
lus floridioribus pratis, ſiluis vernantioribus induta; mare ſubſul-
tantibus delphinis, leniterque criſpatis à Zephyro fluctibus arri-
dens, renidens aer, cœlum purius, Sol micantior, luna candidior,
aſtra nitidiora: vniuerſum ipſo ſuo initio (prope eſt vt dicam) vege-
tius, hilarius. Et certe quemadmodum in obitu Creatoris ſui admira-
culum vniuerſa contriſtrata ſunt, & pene defecerunt: ita æquum fuit

Kk vt ei-

vt eidem rediuiuo miraculoſa gaudiorum iucunditate quaſi reuiuiſcentia congratularentur.

382 *Peroratio.* Agite igitur, Mamertini, in tam feſtiuo totius orbis concentu veſtra quoque quam iucundiſsima poteſtis voce conſonate. 102 Gaudete in Domino, iterum dico, Gaudete & exultate in Deo rediuiuo. Si enim in 103 luctu muſica eſt importuna narratio: non fit econtrario importuniſsimum, in ſumma vniuerſorum hilaritate mœrere, cum præſertim ratio quæ gaudia poſtulat, de maxima gloria, bonoque ſit amantiſsimi Redemptoris: qui tamen non ſibi tantum, ſed & nobis, noſtroque commodo ac gloriæ reſurrexit? ſit autem lætitia, non illa huius mundi, lætitia peccatorum; qui 104 lætantur cum male fecerint, & exultant in rebus peſsimis, crucifigentes ipſi, inſuper & gaudentes de morte, non de vita Saluatoris: gracculi rauca diſſonaque voce crocitantes, ſuauiſsimæque concentum muſicæ corrumpentes. Sed ſit lætitia Spiritus, lætitia ſecundum Deum, lætitia iuſtorum: *Iuſti* 105 *epulentur & exultent in conſpectu Dei, & delectentur in lætitia.* Lætitia, quæ totum interius animum occupans, ad ipſum quoque corpus (intra modeſtiæ tamen fines) redundet. Quoniam vero talis gaudij lætitiæque iucunditas donum tui Spiritus eſt, à teque proficiſcitur, rediuiue Domine, & Deus totius conſolationis, per quem abundat conſolatio noſtra; aperi tu manum tuam, & imple deuotiſsimos tibi Auditores meos omni benedictione, gratia, & exultatione: vt in latitudine cordis viam mandatorum tuorum currentes, & hic toto vitæ tempore, præſertim in hac die tua, iugi animi tranquillitate boniſque omnibus potiantur; & iſtic, vbi tu es in dextera Patris, in die tua illa maxima, quæ eſt æternitas, tecum rediuiui cumulata corporis, & animi felicitate in cœlo perfruantur. *Finis.*

102 *Philip.* 4.
103 *Eccle.* 22.
104 *Prouer.* 2.
105 *Pſalm* 68.

CAPVT XI.

Obſeruationes in ſuperiores quatuor Conciones.

383 *a* Pauca argumenta vni concioni ſatis. *b* Autoritates rationibus miſcendæ.

ARtificium Orationum (quod ad præcipuas partes & Argumenta ſpectat) oſtenſum ad oram ſiue maginem eſt. *a* Ex primis enim Argumentis quæſtionem directe probantibus pauciſsima delegimus: quæ tamen in valde prolixa (& poteramus in prolixiori) oratione tractauimus, diduximus, amplificauimus per alia atq; alia argumenta autoritateſque interſperſas. *b* ita ſiquidem fieri oportet, vt 1 autoritates rationibus maritentur.

1 *Lib. 2. c. 2. nu. 103.*

384 *c* Elocutio qualis.

c Argumenta porro omnia ſuis argumentationibus formata ſunt, Rhetorico more: & eloquenti oratione (citra vllam effectationem, vt ſancta

ſancta decebat) conueſtita, nimirum ornata ac roborata (quantum quidem mediocritati noſtræ, dicendi vena ex valetudine, & deſuetudine deſtitutæ fas fuit) troporum figurarumque affluxu. Hic enim & crebræ metaphoræ, atque allegoriæ ſunt, repetitiones, conduplicationes, agnominationes, exclamationes, emphaſes, apoſtrophe, interrogationes, &c. Quibus minutijs notandis, ac commonſtrandis, maximam partem temperaui mihi: tum ne iuſto longior eſſem: tu vero etiam, vt vnuſquiſque (quod facillime, delectabiliter, & cum prouentu poteſt) ſuperiores inſtitutiones in aliorum ſcriptionibus ipſe animaduertere ac notare conſueſceret.

Voluimus autem affectata opera quamplurimas autoritates adducere; ne rerum inopia (vt imperiti loquuntur) taxari eloquens oratio videretur. *d* Quæ certe, non inficior, quanto eruditior ac ſapientior fuerit Orator, tanto ſublimior atque admirabilior eſt euaſura. *e* Ceterum enim nec tanta illarum copia eſt neceſſaria: *f* Potius vero paucis bene tractandis atque amplificandis: potius argumentorum inſitorum præſidio conquirendo inuigilandum. 385

d Eloquentia erudita.

e Autoritates bene tractandæ.

f Inſitorum argumentorum vis maior.

Fuimus quoq; multo prolixiores, quam vt horæ ſpatio audiri poſſemus. At hæc exemplaria fuerunt, non deſtinatæ roſtris conciones, in quibus vbertatem iunioribus indicare maluimus: cum detrahere ac decurtare, ſemper, & facile licitum ſit. Perorationes præſertim (& maxime in illis deliberatiui generis) longas fecimus: quia in ipſis concionum fructus eſt colligendus: *g* vt intelligerent concionatores, in quo maxime laborandum ſibi, ad quid tota concio referenda foret. 386

g Finis concionum, fructus & perſuaſio.

h Scripturæ, Patrumque ſententiæ, quæ longiores ſunt, haud Latine prius ſunt proferendæ, mox materna lingua reddendæ: ſunt vulgari dumtaxat idiomate, tamquam ſi eſſet oratio propria, pronunciandæ. 387

h Longiores ſententiæ, quo pacto referendæ.

i Viuax, vigenſque dicendi genus (an aſſecutus fuerim, iudicent alij) ſecutus certe ſum. Non enim veluti ficte, ſed ſerio & acriter, vt qui magnum quid agat, dicere debet Orator. 388

i Eloquentia ſeria.

Denique obuiam eruditionem, quam habui, produxi. Quemadmodum enim in meam excuſationem dicebam, exquiſitam & ſelectam eruditionem adducere, non potui; cui conquirendæ numquam ex officio inuigilaui. *k* Adducet autem is, qui concionatorio muneri deſtinatus, diligens erit Scriptorum euolutor ac delibator. *l* Qui nihilominus ſibi perſuadeat, non tam in rebus excerptis, quam in artificioſa rationum inuentione, earumque eloquenti tractatione atq; verſatione, nec non in concionis apta artificioſaque ſtructura dicendi negotium conſiſtere. *m* Pauciſsimis enim librorum monumentis induſtriam ſuam promouere poterit, qui ſemel Artis poſſederit bibliothecam. 389

k Libelli memorabiles.

l Quid maxime concionatori præſtandũ.

m Ars eſt pro magna bibliotheca.

Digitized by Google

SECTIO V.

De ediſcenda Concione.

390 EX quinque officiis, quæ ad obtinendam perſuaſionem, finem propriam, præſtare Oratorem debere, initio ſecundi libri definiuimus, tria exegimus iam, quæ ad deſcribendum proximo pertinebant: nimirum inuentionem, diſpoſitionem, elocutionem. Duo quæ potiſsimum ad dicendum referuntur, breuiter tractanda ſuperſunt, memoria & pronunciatio: ex quibus hæc ſequentem, altera præſentem ſectionem occupabit.

CAPVT I.

Memoriæ neceſſitas, & adiumenta.

391 MEmoriæ *a* facultatem Oratori Eccleſiaſtico pernecesſariam eſſe, in dubium nullus reuocet. Memoriter enim, ſine ſuggerente pronuncianda eſt Oratio vnius horæ; perpetua & interdum concitata dictione; publice; de ſuggeſtu; geſtibus, & voce pro rerum diuerſitate varijs: viuide ac feruenter, æque vt ſi non meditato, ſed ex impetu Spiritus dici credatur; denique interdum dictionis curſum turba aliqua, aut alio euentu interpellante. Quo fit, vt ab Oratorio hoc munere homines à memoria multum laborantes iure merito arceantur.

a Memoria Oratori per neceſſaria.

392 Quid ſit autem memoria intellectiua, docent Philoſophi: nimirum eſſe vim quandam animæ rationalis, retinentem ac conſeruantem rerum ſpecies, ab intellectu prius productas, perceptas, illique facultati conſignatas. *b* Ergo à natura magis, quam ab arte pendet. verumtamen adiumenta quædam tuendæ promouendæque naturæ hic ſubſcribemus.

b Memoria donum Naturæ.

393 Primum *c* ſunt varia, nec pauca *d* Medicorum Pharmaca, & fomenta ab eorum peritis exquirenda. Quibus tamen adeo non fidendum nimis, ſed parciſsime vtendum; vt etiam verendum ſit, ne parum illud memoriæ quod remanet, amittatur: præſertim ſi vera 1 eſt illa opinio, memoriæ ingeniique felicitatem aut infelicitatem ab indiuiduali potius animæ conditione, quam ab organo corporeo prouenire.

c Adiumenta memoriæ.

d Pharmaca.

e Alterum, 2 bona valetudo & moderatus apti cibi potuſque, & maxime vini vſus.

e Temperantia.

1 *Capreol. Lychet. Ferrar. Iauel. Abul. Cicer. apud Paul. Areſ. lib 4. cap. 2.*

2 *Quintil. lib. 11 c. 2.*

f Ter-

f Animi compoſitio. *g* Exercitatio.

f Tertium, animus curis, ſollicitudinibus, ac perturbationibus, ipſo etiam obliuiſcendi timore liber.

g Quartum, 3 (& quidem ſummum) exercitatio memoriæ: vt quotidie fere, aucto ſemper in dies penſo, aliquid ediſcatur ad verbum; præſertim de S. Scriptura, aut altero codice, qui de concionatoris vſui eſſe poſsit. 3 *Quintil. ibid.*

h Rerum intelligentia, & meditatio. *i* Ordinata, & numeroſa ſcriptio: attenta, atque diſtincta.

394 Peculiariter autem ad ſuſcipiendam memoriter concionem pronunciandam, *h* quintum ſubſidium eſto, profunda perceptio, atque intelligentia rerum dicendarum; & earumdem frequens meditatio. *i* Sextum, 4 ordo ipſarum rerum, & compoſitio; vt nihil in membranis, niſi ordinate, ac ſuo loco, & cum aliquo rhythmo ſcribatur. Septimum, attenta ſcriptio; cum præcipuorum capitum inter ſe diſtinctione. 4 *Quintil. ibid.*

k Summa ad margines. *l* Vſus tabularũ manu propria ſcriptarum.

k Octauum, adſcriptio ſummæ capitum ad marginem: vel etiam totius Orationis ad finem. *l* Nonum, vt in iiſdem tabulis, quibus ipſe ſcripſerit, ediſcat Orator: quippe intuens animo paginas, & verſus prope ipſos, dicet legenti ſimiles, iam vero ſi litura (inquit 5 Fabius) aut adiectio aliqua, aut mutatio interueniat, ſigna ſunt quædam, quæ intuentes, errare non poſſumus. 5 *Quintil. lib. 11. c. 2.*

m Tempus ediſcendi. *n* Locus. *o* Modus.

395 *m* Decimum, tempus aptum excolendæ memoriæ, & ediſcendi: quod vnicum fere eſt matutinum; cum ſolutus curis, recenſque viribus eſt animus; corpus vero, digeſtis cibi vaporibus, animo facile obſequitur. Veſpertinum quoque ſiue nocturnum, quippe quod minus diſtrahit, haud eſt ineptum. Cauendum tamen, quantum fieri poteſt, ne eodem die quo habenda eſt Oratio, ediſcatur. *n* Vndecimum, locus ad diſcendi, obſcurus, ſolitarius, non diſtractiuus, remotus ab ſtrepitu, ab interuentorib. ſegregratus. *o* Duodecimum, 6 modus inſigendarum altius menti rerum: qui eſt, vt ſummiſſa voce, & quaſi immurmurando ediſcenda pronuncientur: ſilentium enim alias affert cogitationes. Verumtamen hoc non fiat quoad populum dicendum eſt die: ne priuata declamatio vires minuat, caput obtundat, exhauriat affectum. 6 *Quintil. ibid.*

p Per partes acceptio.

396 *p* Tertiumdecimum, vt Oratio ſecundum 7 Quintiliani conſilium, maxime ſi longior fuerit, per partes (quæ non ſint perexiguæ & nimis multæ) interpoſito inter ſingulas ad memoriam refocillandam tempore, ediſcatur; ipſas deinceps inter ſe partes repetitus ordo confundat: vt percepta ſecunda repetatur ſimul cum prima; tertia cũ prima & ſecunda, &c. 7 *Quintil. lib. 11. c. 2.*

q Acceptio rerum, non ſingulorum verborum.

q Quartumdecimum, 8 vt memoriæ cum ſtudio committantur non verba ſingula (præſertim ſi memoria non adeo ſuffragetur, nec tempus ediſcendi ſuppetat) minutæque coniunctiones atque adſibulationes: tam minutis enim recolendis non ſufficit conſtans, viuida, 8 *Quintil. ibid.*

Digitized by Google

feruens, aculeata pronunciatio: quemadmodum ſectionis 9 ſuperioris capite ſexto adnotauimus. Sed res tantum ediſcantur, id eſt, argumenta, argumentationes, tropi, figuræ ſententiarum; & harum rerum vis, atque ordo: verba enim ex attenta meditatione & ſcriptione ſequentur ipſa, vel ipſorum ſimilia; illi maxime Oratori, qui linguæ proprietatem, copiam, varias dicendi formulas calleat, & cõſuetudinem dicendi habeat: Si tamen locus aliquis ex grauiſsimis vim atque admirationem ex quibuſdam magis verbis, quam ex alijs habuerit; & in aliqua inſigni verborum figura; nec 10 non initio concionis vſque dum dictio incaleſcens timorem expellat, etiam ipſa verba ediſcantur.

9 *Sect. 4. ca. 6. n. 287.*

10 *Quintil. lib. 10. c. 7.*

397 r Sententiarum parcus, & prudens modus.

r Quintum decimum, vt in ediſcendis, ac recitandis Scripturæ Patrumque ſententijs prudens obſeruetur modus. Si namque ſententia quæ affertur, nihil habeat ſingulare & eximium, ſed ſolum communem doctrinam; ſatis eſt autoris nomen, tamquam Sancti & grauis, referre; nec curare quo libro, capite, numero reperiatur: 11 atque ipſa ſententia vulgari ſermone, non ad verbum, ſed ad ſenſum efferatur. Cum autem in ipſis verbis aut vis, aut gratia, aut acumen exiſtit aliquod; tunc videlicet ad illuſtrandam magis ſententiam ipſa quoque verba producenda ſunt.

11 *Sect. 4. c. 11 n. 187.*

398 ſ Recognitio. t Timoris abiectio.

ſ Sextumdecimum, vt veſpere ante ſomnum (non tamen à cœna, ne ſopor recreando capiti neceſſarius impediatur) ea quæ interdiu memoriter accepta fuerint, ſummatim ac tacite recolantur: & iterum eodem modo, vbi fuerit euigilatum. t Septimumdecimum, (quod 12 ſuperius innuimus) vt timor, qui prudentes, ac ſapientes viros magis ſæpe torquet, quam longiſsime poteſt, abigatur: turbat enim ſpecies. Vincitur vero timor humilitate ac deſpicientia ſui; deſiderio diuinæ gloriæ, & ſalutis proximorum; ſuarum rerum in diuinæ voluntatis ac prouidentiæ manus animoſa permiſsione; denique ipſo vſu & conſuetudine dicendi apud numeroſas præclaraſque conciones.

12 *Nu. 391.*

CAPVT II.

Memoriæ artificium.

399 a Memoriæ artificiali ſeruiunt imaginata loca, & ſigna.

INter a alia naturalis memoriæ præſidia, artificioſa memoria collocatur: quæ locis & imaginibus conficitur, hac ratione.

Comprehenditur phantaſia vnus aliquis, aut plura loca (vera ſiue ficta, naturalia ſiue artificialia) quam maxime ſpatioſa, illuſtria, multa varietate per modica interualla diſtincta; ſolitaria tamen, & ex-
400 pedita (aut ex ſe, aut per vim imaginationis) ab omni extranea rerum varietate, quæ diſtrahere mentem poſsit. Cuiuſmodi eſſet magna domus,

mus, & in multos deducta receſſus: atriis, impluuiis, ſcalis, exedris, cubiculis, ſtratis ordinata. Inſigna aliquod templum, picturis, ſimulacris, columnis, fornicibus, feneſtris, aris exornatum. Hortus aliquis, ſiue topia multo ac vario decorata topiario: vt teſtudinibus, cameris, nauibus, auiculis, & huiuſcemodi alijs operibus contextis ex arboribus medicis, aut buxo, aut myrto, aut hedera ſimilibuſue flexibilibus, ac ſequacibus arbuſculis, fructibus, herbis: varijs ad hæc fontibus, atque arboribus in quincuncem diſpoſitis aſpectabile. Ora aliqua maritima, aut tractus mediterraneus: villis, vidariis, torrentibus, phanis, turribus, oppidis baccata. Circuitus eximiæ alicuius vrbis: ſiue platea aliqua inſignis, longe in rectum extenſa, variis ædibus, curijs, foris, officinis, templis extructa, &c. Hic locus (qui vniuerſalis *b* compoſituſque dici poteſt) & quidquid notabile in eo eſt (qui locus particularis & ſimplex appellatur) animo diligenter eſt affigendum: & crebra memoriæ repetitione ſurſum, deorſum, quaqua verſum perluſtrandum, vt hæreat: quo ſine cunctatione ac mora partes eius cogitatio percurrere, neque hærere in occurſu poſsit. Plus enim quam firma, vt inquit 1 Fabius, debet eſſe memoria, quæ aliam memoriam adiuuet.

b Locus vniuerſalis & compoſitus; particularis & ſimplex.

1 *Quintil. lib. 11. c. 2.*

Hoc peracto, excogitanda ſunt ſigna quædam earum rerum, quæ 401
pro concione dicendæ ſunt, vel præcipuarum, vel etiam omnium: vt cuique libitum fuerit huic ſe artificio alligare.

c Hæc vero ſimulacra & imagines (quæ in locis ſimplicibus, ſeu loci compoſiti & vniuerſalis partibus, tamquam in tabula characteres ponendæ ſunt,) notent res ac repræſentent: vt anchora nauigationem, telum militiam. Et vero etiam ſint eiuſmodi; quæ cito occurrere, celeriterque percutere animum poſsint: vt ſunt acria quædam, inſignita, aliquid agentia, viuida, conſpicua.

c Qualia debent eſſe ſigna

d Tum ſigna iſta, iuxta rerum dicendarum ordinem diſpoſita, 402
collocanda quoque per ordinem ſunt in vnius, plurimumue (ſi tam multæ ſint res dicendæ) prædictorum communium locorum partibus, ſedibus ac ſegmentis; id eſt, in locis particularibus qui particulares loci nec multum diſtantes, nec vicini multum; & vel ſe ipſis, vel appoſita aliqua per imaginationem nota diſtincti eſſe inter ſe debent. vt anchoram verbi gratia, ſi primum de nauigatione dicendum fuerit aſsignemus veſtibulo domus, telum atrio: tum impluuia circumeuntes, aliarum ſigna rerum columnis, fornicibus, exedris committamus: poſt hæc ſubeamus ſcalas, & aulas, ambulatoria, cubicula, & ſtrata omnia perluſtremus; rerum imagines vbique deponentes.

d Signa in locis ordinate diſponenda.

e Cum igitur eſt repetenda memoria, incipimus ab initio recenſe- 403
re loca: vt quod cuique parti ſignorum credidimus, ordinate repoſcamus,

e Praxis

memoriæ artificialis. mus, & relegamus: atque ita dicendarum omnium rerum, per imagines in locorum ſedibus relectas atque recognitas ordinatiſsime recordemur.

404 *f* Loca ſtabilia ſunt, ſigna mutur.

f Ex quibus liquido apparet, loca quidem poſſe eſſe ſtabilia & eadem inſeruire quibuſcumque rerum complexibus memorandis: ſigna vero, pro rerum mutatione, omnino eſſe mutanda. Plura de artificioſa memoria, quam & localem appellant, vide apud 2 Ciceronem, Q. 3 Cornificium, M. 4 Fabium Quintilianum, & 5 quamplurimos ex recentioribus.

2 *Cic. 2. de Orat. in fine.* 3 *Aut. ad Heren. lib. 3. ſub finem.* 4 *Quintil. lib. 11. c. 2.* 5 *Paul. Areſ. lib. 4. c. & alii.*

405 *g* Vſus memoriæ localis.

g Iam vero iſtud artificium ſunt qui derideant atque abhorreant: propterea quod pluſquam duplici memoriæ penſo opus eſſe arbitrentur; quo tot loca, locorumque particulas; tot ſigna, ſignorumque ſignificationes comprehendantur, collocentur, repetantur: atque adeo ſatis eneruem ac languidam eſſe pronunciationem oportere.

Alij econtrario, quorum eſt firma imaginatio, tantum in hac arte præſidij conſtituunt: vt non ſolum procliuem inueniant ab ijs ſpectris rerum memoriam; verum etiam vix aliter reminiſci ſe poſſe putent. Atque Audiui quemdam (penes quem tamen remaneat fides) de ſe magnifice prædicantem, cuius vis longiſsimæ concionis & res & verba ſingula, beneficio localis memoriæ recolere, atque Oratoria celeritate pronunciare ſe vniuerſa. Ego vero cuiuſcumque rem experimento definiendam cenſeo: vt eatenus artificio vtamur, quatenus vſui commodoque fore vnicuiq; deprehendatur. Nimirum vt vel nudis ſignis ſine locis moneamur: vel ſignis ad ſua loca diſpoſitis, & quibus vel res omnes, vel tantum præcipue, & quæ capita ſint, recolantur. Quod ſi cui hoc artificium nihil ſuffragetur; naturali memoria contentus relinquat.

Illud certe inficiandum non videtur, iterato vſu, crebraque repetitione locorum, tam fixe imprimi in phantaſia poſſe; vti non mediocre euadant memoriæ leuamentum: ac ſint alarum inſtar, quæ licet à volucre portentur, ac ſint aliquantulo ponderi; portant multo magis ipſæ volucrem, & leuant in ſublime.

SECTIO VI.

De pronuncianda Concione.

406 QVintum atque poſtremum Sacri Eccleſiaſtæ munus eſt: vt Orationem quam ſcripſit, memoriæque commendauit, habeat ad populum pronunciando, atque agendo.

CAP.

Digitized by Google

CAPVT I.

Pronunciationis vis, puritas, dilucidităs.

HOc *a* in munere pronunciandi tantum eſt momenti; vt 1 Græcus Orator ex omnibus Rhetoricæ partibus & primas, & ſecundas, & tertias, id eſt, totum pronunciationi conceſſerit: Latinus 2 vero, dominari in dicendo actionem aſſeueraueritt. Nec ſane immerito: cum hæc pars ſit concionis velut vltima forma & quaſi anima ceterarum Artis dicendi partium: quæ ſine iſta, quantocumque ſelectarum rerum pondere, contextu, ornatuque polleant, exanime corpus ſunt: ac languet, iacetque, nec ad finem perſuadendi proficit omnis oratio, quam bona dictio ſiue actio non commendet. Illa 3 enim omnia perinde ſunt, vt aguntur: nam in voce, vultu, geſtu, & omnibus quæ ſunt actionis, ineſt quædam vis à natura data: quare actio, ſi motum animi præſeferat; omnes, nobilitatem, vulgus, doctos, rudes & denique barbaros commouet maxime; cum verbis, acutiſque ſententijs non omnes moueantur. Vnde, ſi fuerit oratio minus apte diſpoſita, nec tam inſtructa rebus, aut ſermone elegans; hac vna pronunciationis virtute 4 eminet, proficitque non parum. Quæ ratio eſt, vt viri prudentes alioquin, ingenioſi, eloquentiæ arte, vitæ ſanctimonia, doctrinaque conſpicui; quia ſunt in dicendo inſulſi, vix æquis auribus audiri poſsint, nec in Oratorum numero reputentur: è diuerſo alij, non tam felices in reliquis, ſi in hac vna parte præpolleant, vt rite cum lepore, cum venuſtate, cum energia, cum decoro dicant; ſuſpiciantur, & pro magnis habeantur. Et hercle cum 5 res & verba multum per ſe valeant, & vox propriam vim adiiciat rebus, ac verbis, & geſtus motuſque ſignificat aliquid, efficaciamque imprimat dicendis: profecto, vt perfectum quiddam fiat, coeant atque conſpirent omnia neceſſum eſt, tum eloquentia, tū eloquendi comes actio; quæ eſt quaſi corporis 6 quædam eloquentia, conſtans è voce atque motu. Commode quippe inuentiones (inquit 7 Cornificius) & concinnæ verborum elocutiones, & partium cauſæ artificioſæ diſpoſitiones, & horum omnium diligens memoria, ſine pronunciatione non plus, quam ſine his rebus pronunciatio ſola valere poteſt. 407

Idcirco de recta pronunciandi agendique ratione multa atque minuta cum 8 Veteres, tum præcipue 9 recentiores artifices præceperunt: quæ apud ipſos legere, non ſine operæ pretio fuerit. Ego enim (quandoquidem ſpem fructus omnem fere ex propria vniuſcuiuſque conſideratione, attentaque & prudenti animaduerſione concipio) 408

a Pronunciatione Oratores æſtimantur.

1 Plut. in vita Demoſt.
2 Cic. in Bruto.
3 Cic. 3. de Orat.
4 Cicer. in Orat.
5 Quintil. lib. 11. c. 3.
6 Cicer. in Part.
7 Aut. ad Heren. lib. 3.
8 Cic in Orat. & 3. de Orat. Aut. ad Heren. lib. 3. Quintil. lib. 11.
9 Aug. Valer. lib. 3. Lud. Gran. lib. 6.

Digitized by Google

pauca quædam dumtaxat, eaque generalia documenta notabo; particularia non niſi modicum delibans.

Car. Reg. li. 8. Iul. Maz. ſerm. 31. in Dom. ſer. & in praxi. Paul. Areſ. lib. 4. à cap. 13.

409 *b* Pronunciationis natura partes, perfectio.

b Pronunciatio ſiue actio (vtrumuis enim nomen totam hanc Rhetoricæ partem, quæ voce & geſtu integratur deſignat: etſi prius nomen à voce, ſequens à geſtu videatur acceptum) 10 definitur: *Ex rerum & verborum dignitate, vocis & corporis moderatio.* Recta autem eſt, ſi vox & geſtus (qui vox quædam corporis à Cicerone appellatur) cum rebus & verbis, hoc eſt cum oratione conformentur, vox ſpiritum etiam includit: geſtus, ad omnium corporis partium motum, ſtatum, compoſitionem, habitumque extenditur.

10 *Cic. 1. de inu.*

410 *c* Quatuor Virtutes Pronunciationis.

c Scite ergo ac ſapienter 11 Quintilianus eaſdem quatuor virtutes quas orationi, ſiue elocutioni attribuit, in pronunciatione (quæ merito altera eloquentia nuncupatur) requirit: vt nimirum ſit emendata, vt dilucida vt ornata, vt apta; atque adeo, cum ſit orationis vltima forma vt dictum eſt, reddat orationem & dilucidam 12 & illuſtrem, & probabilem, & ſuauem.

11 *Quintil. lib. 11. c. 3.*

12 *Cicer. in Part.*

411 *d* Puritas pronunciationis.

d Pura atque emendata pronunciatio eſt: quæ voce, ſpiritu, motuque ſit vitio carentibus. Vox enim non debet eſſe abſona, ſtridula, ruſtica, aſpera, obtuſa, ſubſurda, præpinguis, tenuis, inanis, mollis, effeminata, peregrina: ſed clara, facilis, explanata, iucunda, lepida, vrbana, vt enim æra tinnitu, ſic ſonis homines dignoſcuntur: nec ſine cauſa dicitur, Barbarum, Græcumue (inquit 13 Fabius.) Spiritus, nec breuis, nec parum durabilis, nec in receptu difficilis eſſe debet. Modus pronunciationis caſtigatus ad puritatem communis laudatiq; ſermonis. Corpus vero, ac greſſus, membrorumque motus non ſit affectatus, aut vaſtus atq; agreſtis: verum ſecundum naturam, & vrbanus, verecundus, modeſtus, expeditus.

13 *Quintil. ibid.*

412 *e* Dilucidi-das.

e Dilucida pronunciatio eſt: quæ primum explanato claroque vocis ſono verba integra, nulla deuorata ſyllaba, exprimit, non putide tamen, & quaſi annumeratis omnibus literis: etſi hoc ipſum in aliqua ſelecta & perpenſione digna ſententia, ſi fiat adhibito ad ſingula conatu, lepore & vi non careat. Deinde clara eſt actio: quæ orationem ſiue periodum diſtinguit, incipiens, definens ſermonem ſuſpendens vbi oportet; iuſtis vbique ac ſuis ſeruatis interuallis: & ſpiritu, prout opus fuerit, vel retento, vel clam ſurrepto, vel palam cum intellectu moræ recepto. Quæ diſtinguendi virtus adeo neceſſaria eſt: vt ſine ipſa nulla alia pronunciationis virtus, autore 14 Quintiliano, conſtare poſsit. Idcirco cauendum quoque eſt: vt non nimia volubilitate, aut nimia tarditate dicamus, promptum enim os debet eſſe, non præceps: moderatum, non lentum.

14 *Quintil. lib. 11. c. 3.*

Digitized by Google

CAPVT II.

Pronunciationis ornatus, & decentia.

ORnata *a* pronunciatio eſt, quæ in eiuſdem ſoni æquabilitate varie- 413
tatem habet: vt modo ſit lenis, modo vehemens; modo inter-
ciſa, modo accelerata; modo tranquilla, modo concitata. Quemad-
modum videlicet res & verba exigunt. Quem enim ornatum figura-
rum varietas orationi confert; eum multiplex hæc dicendi forma cō-
fert actioni: & hæ pronunciationis varietas illam ſcriptionis varieta-
tem conſequetur.

a Ornata pronunciatio.

b Ergo ſedate, familiariter, ac diſtincte dicatur: & vitetur omni- 414
no idem in tota concione dicendi tenor, quem Græci μονοτονίαν ap-
pellant: ſiue clamoſus ille ſit (neque enim clamare, eſt pie & efficaciter
concionari: ſed plerumque eſt inſanorum more debachari; atque
vbi 1 rerum vis & efficacia deeſt, fruſtra clamoribus niti velle:) ſiue
contra mollis & eneruis: ſiue ſummurmurans: ſiue 2 denique, quod
intolerabiliſsimum vitium eſt, cum cantu coniunctus. cantus enim in
concionatore inutilis omnino, ac fœdus eſt, & nunquam vſurpandus:
niſi forte perraro, & per modum tempus, modiceque deflexa voce in
amplificatione aliqua poſt concitatum motum; vnde ſtatim ad natu-
ralem vocem reditus fiat. Medebimur autem huic canendi vitio, ſi nō
ſtatim initio vocem extollamus: ſi non vniformiter, ſed varie; non
celeriter, ſed ſedate; naturaliter deniq; vt in communi conſuetudine
pronunciemus: præcipue vero, ſi oratio firma memoria teneatur; nā
illa à cantu prolixitas ſpatiūm concedit reminiſcendi.

b Vitetur in dicendo idem tenor, & cantus.

1 Cicero, vt refert Plut. in eius vita.
2 Quintil. lib. 11. c. 3.

Ad ornatum pertinet: vt neque Spiritus cum ſtridore per den- 415
tium raritatem reſorbeatur verius, quam recipiatur: neque dicatur
cum crebro anhelitu & introrſum etiam clare reſonante; iumento-
rum inſtar, onere & iugo laborantium: neque cum oris concurſu, &
verborum colluctatione. Quæ vitia nonnulli affectant quoque exiſti-
mari volentes, tanquam inuentionis copia vrgeantur; maiorque ſibi
vis eloquentiæ ingruat, quam quæ emitti faucibus poſsit.

Iam nares emungere, tuſsire & expuere crebro, atque ab imo 416
pulmone pituitam trochleis adducere (verba ſunt 3 Quintiliani) &
oris humore proximos ſpargere, nec non & maiorem partem Spiri-
tus in eloquendo per nares effundere; turpiſsimam reddunt actio-
nem.

3 Quintil. lib. 11. c. 3.

Quod attinet ad corporis motum, ornata erit actio: ſi manus, ca- 417
put, vultus, oculi, corpus decenter ſtent & concinne moueantur, cum
oportet.

Digitized by Google

418 *c* Apta denique pronunciatio, & decorum ſeruans, erit illa: quæ viribus Oratoris, & rebus dicendis conueniet, vt quantitas vocis tanta ſit, quanta poſsit ab extrema concione exaudiri. *d* Neque tamen ideo vltra vires vrgeatur: vt ſuffocetur: vel minus clara reddatur; vel eliſa, in illum ſonum erumpat, quem à gallorũ immaturo cantu Græci κλωσμὸν appellarunt. Perſpectam ergo quiſque naturam ſuæ vocis teneat: quantum eam contendere, quantum attollere, non ſupra vires poſsit.

c Decentia pronunciationis.
d Metiatur vires ſuæ vocis Orator.

419 *e* Porro dicendis rebus accommodabitur pronunciatio. Primum, ſi cum tota oratione conſentiat: vt læta, triſtis, magnifica, ſublimis, &c. ſit pro ratione cauſæ. Deinde, ſi tribus dicendi generibus ſuus cuique vocis gradus reſpondeat: ſummiſſo grauis & ſedatus, vehementi acutus atque acer, temperato medius inter vtrumque.

e Accommodet ſe rebus.

420 *f* Tertio ſi partes Orationis moderetur, vt prooemium leniter, vt plurimum ac ſuauiter (ſed extra omnem cantus ſpeciem) dicat voce temperata, modeſto geſtu, ſedente amictu, leni laterum in vtramque partem motu, & eodem fere ſpectantibus oculis: 3 nihil enim ad conciliandum gratius verecundia. Narrationem voce ſermoni proximiore magis prolata manu, & geſtu diſtincto. Confirmationem multipliciter agat. etenim proponere, partiri, interrogare, ſermoni ſunt proxima: argumentatio (agilior plerumque, & acrior, & inſtantior) geſtum conſcientem, id eſt, fortem celeritatem poſtulat: inſtantia, ſit oratione quaſi denſata: digreſsiones, fere lenes & dulces, & remiſſæ ſunt.

f Actio partium concionis.
3 Quintil. lib. 11. c. 3.

Perorationem denique ſiue epilogum: ſi enumerationem rerum habet, conciſorum continuatione quadam percurrat: ſin ad afficiendos animos eſt accommodata, efferat, vt poſtulant affectus. *g* Concitamus enim continenti & intentiori ſono, & concitata pronunciatione: placamus leui pronunciatione, & inclinata quadam lenitate: miſericordiam commouemus flexa & fuſca quadam voce, ac flebili ſuauitate, & cum vſus fuerit, contenta voce atrociter dicimus: accendimus, aut conſternamus ſummo atque acuto genere, corporis commotione, pedum aliquando ſupploſione, interiectione aut gemitu edito, & pulpiti verberatione: ad exhortandum, erectus eſt, & concinnus ſonus: ad mœrorem, flexus: ad lætitiam, plenus ac iucundus, &c.

g Affectuũ varia actio.

h Et ſeſsio quidem in ſuggeſtu lenem Orationem decet, præſertim qua populus docetur ſiue inſtruitur: ſtatus vero, vbi affectus inualeſcunt, acriterue dicitur: atque vt lectioni ſeſsio, ita prædicationi perpetuus fere ſtatus accommodatior. Verum omnes iſtæ Orationis partes temperandæ ac variendæ ſunt, iuxta ſententiarum verborumque conditiones: de quibus iam dicemus.

h Seſsio, vel ſtatio in ſuggeſtu.

i Quar-

Digitized by Google

i Quarto, rebus apta pronunciatio erit; ſi ſententijs concordet: vt aliter exprimamus optationem, aliter obſecrationem, imprecationem, indignationem, comminationem, admirationem, ironiam, aſſeuerationem, exclamationem, apoſtrophen, &c. quos modos vna cum exemplis ex ſcriptura prolatis perſequitur optime 4 quidam ex recentioribus. 421

i Ipſis etiã ſingulis ſententiis & verbis aptāda pronunciatio.

4 Lud. Gran. lib.6.c.9.

Quinto denique ſi verbis ipſis coaptetur: nam hæc verba, Miſellus, Pauperculus ſummiſſa atque contracta voce: iſta vero, Fortis, vehemens, Latro, dicenda ſunt erecta voce & concitata. Quid quod idem verbum varie, pro varietate affectus proferendum eſt? aliter enim dicitur (inquit 5 Fabius:) *Tu 6 mihi quodcumque hoc regni*, & aliter, *Cantando tu illum?* &, *Tune ille Aeneas?* &, *Meque timoris argue tu, Drance*.

5 Quintil. lib.11 c 3.
6 Virgil.

k In hac tamen parte caueamus illud vitium: ne in ſuggeſtu perſequamur omnes argutias, ſed geſtus ſit ad ſenſum potius quã ad verba accommodatus: ne in dicendo diſtinctionibus, temporibus, affectionibus moleſte vtamur, vt ſi ſit in ſcœna dicendum: ne denique in rebus, ac ſententijs, & in verbis ſingulis multo magis, ita expreſſam imitationẽ ſequi velimus: vt ſatagentes magis quam agentes, hiſtroniam in roſtris agere videamur: vtque dum actoris captamus elegantiam, perdamus viri boni & grauis autoritatem. Quamquam in ea parte Concionis, in qua exaggeratur; aut inſtatur; crebriores, magiſque expreſsi geſtus conceduntur: quia tunc natura & affectus regnare debent, ac pro arbitrio voci motibuſque corporis imperare. *l* Omnino autem geſtus paucus vt plurimum eſſe debet; tum ob loci grauitatem; tum quia ſic magis conſiderate & ad rem fient. Vitetur etiam, in geſtu præſertim, affectatio: qua, teſte Quintiliano, nihil 7 eſt odioſius declinabit ergo Eccleſiaſtes minutam diligentiam in conformandis geſtibus, quæ artem prodit: refugiatque videri in aliquo vno putide ſingularis.

k Caueat, ne hiſtrio.

l Geſtus pauci, & inaffectati.

7 Quintil.

m Sed iam vniuerſa, quæ hactenus tradidimus, quæque tradi de pronunciatione poſſunt præcepta, ſub vno hoc comprehendamus: vocem, ſpiritum, geſtum, id eſt, capitis, vultus, oculorum, pectoris laterum, brachiorum, manuum, pedum, totius corporis motum; ipſum dicendi agendique modum, & cætera quæ huc pertinent, conformare, attemperare, variare debemus haud aliter; quam natura nos omnes, & ipſummet Oratorem loqui in ſermonibus quotidianis ac familiaribus decet. Quam naturam ars iuuare, non vitiare debet; vt à naturali ac familiari pronunciatione ad vocem quamdam prope ad cantum inflexam, aut aliter deprauatam detorqueat. Atque hoc pro certo habeamus tunc nos actores optimos futuros, ſi naturam perfectiſsime æmulemur. Quæ profecto ob loci amplitudinem multitudinemque 422

m Sequenda natura.

Digitized by Google

nemque Auditorum nihil amplius, præter vſitatum inter homines dicendi characterem, præſtare nos iubet; quam vt elata magis voce & cura dicamus maiore: ceterum enim, licet ex ſuperiori loco & ad multos; tamen ad homines loquimur; atque ita, ac ſi ſeorſim cum ſingulis ageremus. Quis porro (ait vir 8 quidam prudentiſsimus) cum vno aliquo loquens, vt ei aliquid perſuadeat, vtitur initio ſtatim multis conciſis, aut congerie epithetorum, aut poetica phraſi, aut magna corporis commotione, aut voce inuſitata: ac non potius more plane humano, primum quieto corpore, voce moderata, & verbis ſimplicibus; deinde, ſi opus ſit contendere, vel hortari, vel reprehendere, paulatim aſſurgit, vocem extollit, multiplicat verba, agitat corpus, exclamat, &c.

8 Bellarmin. in quibuſdam manuſc. documentis.

CAPVT III.

Pronunciandi facultatem promouentia.

423 HAc in parte tam neceſſaria Oratori, quatuor potiſsimum rebus proficere poſſumus, obſeruatione, imitatione exercitatione, admonitione. *n* Diſcat Orator dicere, à communi turba: audiat obſeruetque homines in foro, & in plateis, quemadmodum inter ſe loquantur, narrent, indignentur, conquerantur, commiſerentur, triſte aut hilariter agant, &c. atque hos imitetur. Obſeruet præterea atque imitetur ex concionatoribus illos; qui magis ſecundum naturam. *o* In quo tamen vnum aduertendum eſt: vt tantum quiſque accipiat imitando, quantum genio ac naturæ propriæ congruere viderit. Sæpe enim aliud alios decet: & in quibuſdam virtutes non habent gratiam, in quibuſdam vitia ipſa delectant: cuius rei, ſecundum 1 Quintilianum, latens quædam ratio & inenarrabilis.

n Obſeruanda turba, & concionatorum optimi.

o Imitatio ſit ſecundũ naturam.

1 Quintil. lib. 11. c. 3.

424 *p* Deinde exerceat ſe priuatim: alta voce declamando, & ipſi operi quam ſimillime. Sumat aliquem Scripturæ locum multiplici ſermone affectuque varium, vt Pſalmum, vt Epiſtolam aliquã, vt Prophetiæ caput: vel Concionem aliquam ſuam. Hic experiatur vocis ſuæ quantitatem & qualitatem, quantum nempe valeat aſſurgere cum decoro, & clare ſuauiterque ſine cantu dicere: geſtum à minori motu ad maiorem, vocem ab imis ſonis ad ſummos erigat: ſpiritum, vt longior fiat, 2 Demoſthenis exemplo pluribus verſibus continue pronunciatis ſubinde producat: rebus ac verbis conformiter agat, atque pronunciet.

p Exercitatio priuata.

2 Quintil. ibid.

Hæc enim omnia, teſte 3 Cicerone, non tam artis indigent vt perficiantur, quam laboris, & exercitaionis.

3 Cicer. de Orat.

q Deni-

q Denique adhibeat amici prudentis iudicium: qui ſe vel priuate declamantem, vel publice dicentem obſeruet; quid peccarit, quid melius potuerit.

q Admonitio prudentum.

r Vt autem ad rite pronunciandam concionem proxime iuuemur: ante 4 omnia fixe tenenda eſt memoriæ Oratio: vt anxiæ reminiſcentiæ cura ac timore liberatus Eccleſiaſtes, totum animum ad rite agendum imprimendumque intendat: defectus enim memoriæ ad cantum, aliaque vitia deflectit pronunciationem. *ſ* Deinde, vt omni ex animo libertateq; dicamus, curemus rectitudine intentionis omnem à nobis timorem, nimiamque verecundiam ablegare. *Plurimum enim* (inquit 5 Fabius) *valet animi præſtantia, quam nec metus frangat, nec acclamatio terreat, nec audientium autoritas vltra debitam reuerentiam tardet: nam vt abominanda ſunt contraria his vitia, confidentiæ, temeritatis, improbitatis, arrogantiæ; ita citra conſtantiam, fiduciam, fortitudinem nihil ars, nihil ſtudium, nihil profectus ipſe profuerit; vt ſi des arma timidis, & imbellibus. Atque inuitus* (ſubdit) *mehercle dico, ipſam verecundiam, vitium quidem, ſed amabile & quæ virtutes facillime generet, eſſe interim aduerſam; multiſque in cauſa fuiſſe, vt* 6 *bona ingenij ſtudiique in lucem prolata ſitu quodam ſecreti conſumerentur.* 425

4 *Quintil. lib. 10. ca. 6. lib. 11. c. 2.*

5 *Quintil.*

6 *Lib. 2. ſect. 3. c. 3. n. 192.*

r Firma memoria iuuat pronunciationem.

ſ Fiducia item, & ſecuritas.

t Tertio (tyronibus præſertim) priuatim prius declamanda concio eſt: eo prorſus, quo publice habenda eſt modo, animo conceptis loco, & Auditoribus coram ſe dextera læuaq; conſidentibus: ad quos oratio, manus, oculi, motuſque omnis conuertantur. Hoc autem ideo, ne tunc de geſticulandi ac nunciandi modo cogantur cogitare, cum ad res ipſas attendere debent.

t Orationis declamatio.

u Quarto prodeſt maxime ad appoſite dicendum: vt ſit ipſe Eccleſiaſtes per ſacram meditationem permotus affectuſque ad res, quas eſt dicturus: ita enim ſerio, naturaliter, & efficaciter aget.

u Affectus ad res dicēdas.

x His actis, Eccleſiaſtes, gratia à Deo precibus expetita; collecto animo & alacritate quadam ac pietate excitato erectoque; naribus ac pectore, ſi fuerit opus, præpurgatis; veſte compoſita: ſtatim atq; campanæ pulſum ſe vocantis audierit, ſine vlla mora, ne anxia expectatione ſui offenſos inueniat animos Auditorum; ſtatim, inquam, cum dignitate quadam ac grauitate, neque timidus, neque perturbatus; recolens, vt bene auſpicetur, concionis principium, ad dicendum accedat. Tum conſcenſo ſuggeſtu, poplite ad auguſtiſsimum altaris Sacramentum flexo; vultu grauiter hilari & manſueto; exhibita populo reuerentia, rituque cetero de more peracto, incipiat, ac proſequatur iuxta traditas præceptiones Concionem ſuam. 426

x Praxis.

SECTIO

SECTIO VII.

De prudentia Sacri Oratoris.

427 PRudentiam *a* nonnulli 1 ſextum Oratoris officium, ſiue partem Rhetoricæ à quinque hactenus tractatis ſeparatam, eſſe voluerunt. Alij melius cum illis quinque confundunt; aiuntque eam per omnem Artem vagari, quidque deceat, in omnibus videre, atque præſcribere: *b* nec tam præceptis doceri, quam natura innatoue iudicio exiſtere; *c* iuuari tamen poſſe prudentum veteranorumque conſilio, propria obſeruatione, meditatione, & precibus ad Deum effuſis. Hoc quidem indubitatum eſt, quod 3 Cicero ſtatuit, *d* eloquentiæ fundamentum eſſe prudentiam, ex omnibus quippe diſciplinis atque artibus nulla eſt quæ maiori conſilio & iudicio oculatiori opus habeat, quam dicendi facultas: qua de quibuſcunque rebus etiam grauiſsimis altiſsimiſque publice, coram promiſcua doctorum indoctorumque hominum multitudine eſt agendum.

a Prudentia totam peruadit.
b Naturæ eſt donum.
c Quibus iuuetur rebus.
d Quam neceſſaria Oratori.

1 *Hermagoras.*
2 *Quintil. lib. 6. c. 6.*
3 *Cicer.*

CAPVT I.

Prudentia erga ſuam, & Auditoris perſonam.

428 PRudentes obſeruationes quamplurimas Eloquentiæ 1 Scriptores, viri prudentiſsimi: & in ſpecie, quod ad Sacrum Eccleſiaſten informandum attinet, 2 quidam recentiores ſingulari prudentia, religione pietate, atque experientia inſignes abſolutiſsime tradiderunt. Quos autores omnino conſulendos illis præcipio, qui grauiter, & cum laude vbereque prouentu maximum hoc arduumque munus exercere velint. Ego ſiquidem hanc partem breuiſsime tranſigam, & non niſi oppido paucis prudentiæ notis (præter eas, quas ex occaſione in toto opere interſperſimus) leuiſsime indicatis, potius vt ne quam partem omiſiſſe dicar, quam quod noſtra quidquam opera tantorum virorum induſtriæ poſsit accedere.

1 *Quintil. lib. 11.*
2 *Gran. li. 2. Areſ. lib. 3. cap. 42. Reg. lib. 9. & 10. Maz. in praxi, & in dom. ſerm. à 22. ſer.*

a Ergo Sacer Orator in quatuor prudentiam adhibebit: in perſona ſua, in perſona Auditorum, in rebus quas dicit, & in artificio dicendi.

a Prudentia in quatuor.

429 *b* Prudentia Oratoris circa ſeipſum eſt: vt doctrina, experientia conſilio prudentum nitatur: vt metiatur vires proprias: vt *c* antequam publice dicere incipiat, conſcribendis omnibus (ſi obtinere poteſt) concionibus aliquot annos delituerit: vt Auditorum ingenia cognoſcat, ad eorumque captum, quoad licet, ſe accommodet: vt cum ſpiritu zeloque,

b Quænam obſeruanda quoad ſe.
c Non dicendum ſine toto peculio concionis.

zeloque, non tamen indiſcreto, dicat: vt de Deo ac de Sanctis honorifice ſemper loquatur: vt ridicula, iocos, ſales, facetias procul abigat à tam graui, tam ſancto, tam diuino munere: vt perperam ſi quid excidit, corrigat, non diſsimulet: vt non facile dicat, quæ præmeditatus non fuerit: vt ſua magnifice haud venditet; nullamque elationis & iactantiæ, aut impatientiæ ſignificationem (in ſuggeſtu præſertim) exhibeat; nec ſe pecuniæ, commodorum, gulæque deliciarum cupidum oſtendat: vt non cõqueratur de infrequenti concione, ſi ad alios concionatores fiat concurſus: *d* vt non ſit in concinando prolixus, ſed breuis; & non quamdiu, ſed quam bene dixerit, curet: vitet ideo periſſologiam, id eſt, ſuperfluum ſermonem, nimirum res & verba ſuperflua; & de vtilibus imitetur Phocionem, qui non tam cogitabat quid eſſet dicturus, quam quæ de paratis eſſet omiſſurus; non enim eſt neceſſe omnia ſemel dicere, & cum tædio tantæ multitudinis ſuo dicendi cacoethi indulgere. *e* Denique ſcribat in corde Diuinæ Sapientiæ monitum 2 illud: *Quid prodeſt homini, ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ vero ſuæ detrimentum patiatur?*

d Breuitas commendatur.

e Et propria ſalus.

2 *Matth. 16.*

f Ergo Auditorem ſtudeat: vt attentum ſemper illum, & beneuolum retineat: adulatorijs tamen titulis, aut vanitatem olentibus non appellet, ſed modeſtis & Apoſtolicis; vt, Fratres, Chriſtiani, Chariſsimi, Dilectiſsimi, & alijs huiuſmodi. *g* Peccata, abuſus, occaſiones peccatorum non diſsimulet; libere potius, ac grauiter arguat: ſed citra 3 arrogantiam, & cum ſignificatione charitatis. Caueat tamen, ne prælatos, aut principes, aut apud ſæculares ſtatum eccleſiaſticum carpat: vel aliam quampiam ſingularem perſonam reprehendendo prodat. Sciatque, obiurgationi vt plurimum præualere orationem illam, quæ animos ratione inſtruit, honeſtate allicit, hortationibus vrget atque inflammat: immo hanc parare locum reprehenſioni, quando fuerit incutienda. Abſtineat igitur omni verbo, quod vel certum hominem, vel familiam, ad populum, aut nationem offendat. Ad hæc populi mores, vitia, conſuetudines, iuuandi rationem condiſcat: diuerſorum ſtatuum, ætatum, conditionum homines ſciat inſtituere. Laxioris vitæ doctrinam non prædicet: potius terrere quam blandiri ſtudeat: diſsimuletque aperire populo veritates illas, quæ ad laxitatem inducunt. Eleemoſynas diſtribuendas in pauperes, cum induſtria curaque eliciat. Autoritatem ſuam in Auditores conſeruet bono vitæ exemplo, familiaritate vitata, muneribus non neceſſarijs modeſte recuſatis, ridiculis (in concione præſertim) omnique adeo leuitate exploſa. Denique ſit eiuſmodi, qualem decet 4 cooperationem Dei in ſalutem animarum.

431

f Quænam erga Auditores ſeruanda.

g Reprehenſiones, quales.

3 *Lib. 1. ſect. 2. c. 9. n. 109. & 110.*

4 *Dion. Areop.*

Mm CAP.

CAPVT II.

Prudentia in rebus, & artificio.

a Circa res dicendas iudicium.

432 IN *a* rebus porro, quænam prudentia ſit habenda, docet 1 Concilium Triden. per hæc verba: *Apud rudem plebem difficiliores ac ſubtiliores quæſtiones, quæque ædificationem non faciunt, & ex quibus plerumque nulla fit pietatis acceſſio, à popularibus concionibus ſecludantur. Incerta item, vel quæ ſpecie falſi laborant, euulgari ac tractari non permittant. Ea vero quæ ad curioſitatem quandam, aut ſuperſtitionem ſpectant, vel turpe lucrum ſapiunt, tamquam ſcandala, & fidelium offendicula prohibeant.* Caueat etiam Eccleſiaſtes ab immodicis quibuſdam, parumque pijs amplificationib. vt præferendi nedum æquandi Deo aliquem hominum: quæ ſi quando cum ratione fieri expediat, mitigentur alijs verbis & molliantur.

1 *Conc. Trid. decr. de purgat. ſeſ. 25.*

b Prudentia in quæſtionum argumentorumque delectu & eorum diſpoſitione, tractatione, & elocutione.

433 *b* Denique circa Artem prudenter obſeruabit: vt 2 quæſtiones de quibus dicere cogitat, ſint populares, planæ, faciles, ædificatiuæ, ex theſi ad hypotheſim & particularia deſcendentes: vt ex rebus & argumentis circa quæſtionem inuentis cum 3 iudicio deligantur, quæ pertractate atque amplificate ſingula differenda, quæ vero modice, & fere in vnum congerenda: quæ demum reiicienda: vt 4 diſpoſitis Concionis partibus, argumenta ſuo quidque loco atque ordine digerantur: vt 5 diſpoſita iam, aptis argumentationib. formentur; 6 verbis, tropis, figuris appoſite veſtiantur: vt 7 Oratio rite memoriæ commendetur: & conuenienti rebus, ſententiis, verbiſque modo per vocem & geſtus pronuncientur. *c* Vt præ ceteris omnibus (quod de Lyſia celebratur) Ars ipſa quantum fieri poteſt, occultetur. Ac primum eius præcepta in actu exercito, non autem ſignato (vt recentiores dialectici loquuntur) obſeruentur: id eſt, fit quidem in oratione quod ipſa iubent, ipſa autem haud nominentur.

c Artificiũ lateat.

2 *Lib. 2. ſect. 1. c. 2. n. 17.*
3 *Lib. 2. ſect. 2. c. 11. n. 121. & lib. 3. n. 2. c. 2. n. 41.*
4 *Lib. 3. ſect. 1. c. 2. & ſect. 4.*
5 *Sect. 2. c. 1.*
6 *Sect. 3. c. 2. & 3.*
7 *Sect. 5. & 6.*

d Orator nihil aliud velle exiſtimetur, niſi docere.

d Deinde, 8 vt ex omnibus Oratorijs partibus ac functionibus, vnam tantum præ nobis feramus, nimirum quæſtionis propoſitæ doctrinam: vere enim confirmatio, in qua eſt docendi locus, eſt ipſum totum Orationis corpus, & dici poteſt tota Oratio, quemadmodum ſuo 9 loco declarauimus: atque adeo ſi Oratores apparere volumus; confirmare tantum ac rem docere præ nobis ferre debemus; quaſi per veritatem & rationes aſſenſum poſtulantes, non autem per inſinuationes aut exaggerationes captare aut extorquere conantes; quæ ratio eſt cur in exordij docilitate doctrinam tantum, non autem delectationem, aut motum (qui tamen eſt maxime intentus) profiteamur.

8 *Cic. 2. de Orat.*
9 *Lib. 3 ſect. 1. c. 1. & ſect. 4. c. 1. n. 4 & 234.*

e Dicendũ ſetio.

e Tertio, vt (quod in diuinis Scriptoribus admiratur 10 Auguſtinus) in quibus forte locis agnoſcitur à doctis artificium, tales res dicantur;

10 *Auguſt. lib 4. doctr. Chr. c. 6.*

Digitized by Google

cantur; vt verba quibus dicuntur, & figuræ, ac ſtylus non à dicente adhibita, ſed ipſis rebus veluti ſpontè ſubiuncta videantur: quaſi ſapientiam de domo ſua, id eſt, de pectore ſapientis egreſſam, eloquen-
11 *Quintil. lib.4.ca.2.& lib.9.c.3.* tia, etiam non vocata, quaſi famula inſeparabilis conſequatur. 11 Hoc eſt enim maximè ex Arte dicere, cum totam ad vnguem Artem expleueris. Artem minimè præ te ferre, ſed naturam: illa quippe retia aues capiunt, quæ ipſis occultantur.

EPILOGVS.

LIB. I. 1 *Cap.1.* 2 *Cap.2.* 3 *Cap.3. & 4.*
SAcer igitur Eccleſiaſtes, vt 1 muneri *a* tam digno, tam arduo, tam ſibi ceteriſque fructuoſo, Deoque perhonorifico ſatisfaciat; præter *b* talentum, 2 naturæ gratiæq; donis inſignitum (ſi ad concionandum miſſus fuerit) ſatagat primum 3 vitæ integritate *c* omnibuſque *d* virtutibus, rectà præſertim intentione, charitate, humilitate, contemplationis ſtudio & exemplo morum elucere. 434
a Eccleſiaſtici muneris digniтas, vtilitas, &c. *b* Talentũ. *c* Vitæ integritas. *d* Virtutes.

4 *Cap.5.* *e* Deinde 4 lautam comparet ſententiarum omnium ſupellectilem: præcipue vero ſit in S. Scriptura Sanctiſque Patribus apprime verſatus: Scholaſticæ theologiæ, & vtriuſque Philoſophiæ cognitione non leuiter tinctus: in dialectica, & oratoria facultate ſummus.
e Sciẽtia & eruditio.

5 *Cap.6.* *f* Denique 5 dicendi artem bene comprehenſam, ſtudeat ad amuſsim eloquentiſsimorum Patrum, inſigniumque oratorum imitando exercere; & priuatis quibuſdam veluti proludiis praxique animare inſtructore ac monitore adhibito, prudenti aliquo & perito viro.
f Ars, imitatio, exercitatio, inſtructor.

6 LIB. II. 6 Sic inſtructus, pergat iam ad ſolem atque aciem: vt ſcribat ad publice dicendum. 435

7 *Sect.1. Cap.1.* 8 *Cap.2.* 7 Inueniat primum *g* thema & quæſtiones (ſiue infinitas & vniuerſales, ſiue finitas & circumſtantiis terminatas) quas perſuadere velit: hauſtas 8 vt plurimum ex Sacra Scriptura, præſertim Euangelio. Quæſtiones autem populares, copioſas, plauſibiles, fructuoſas, & quæ quæ per vniuerſalia ſpatiari, atque ad particularia deſcendere poſſint. 436
Inuentio. *g* Quæſtiones ſiue themata.

9 *Sect.2.* 9 Circa huiuſmodi Quæſtionem aliquam acceptam, tria *h* quærat: Primum, quemadmodum illam probet, confirmet, & fidem illius apud Auditorum intelligentias faciat. Alterum, quemadmodum, facta iam fide, voluntates expugnet. Auditoreſque moueat ac impellat ad id, quod per confirmationem quæſtionis intendit perſuadere: qui eſt totius Artis dicendi finis. Tertium, quo pacto Auditorem delectando detineat, prædictaque duo munera cum ipſius delectatione præſtet. Ex quibus officiis primum aſſequetur inuentione argumen- 437
h Docere, mouere, delectare.

Mm 2 torum

torum & bona opinione: alterum inuentione motus: poſtremum inuentione rerum delectabilium.

438 *i* Inuentio argumentum. *i* Inueniet 10 ergo ad confirmandam quæſtionem argumenta: quæ ſunt quædam probabilia inuenta, ſeu rationes veræ aut veriſimiles. Hæc argumenta inueniuntur & eruuntur ex locis dialecticis, qui ſunt veluti quædam ſedes & promptuaria eorum. 10 *Cap.* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.

439 *k* Loci dialectici ſiue communes. *k* Loci (ad quos, ſi qui ſunt alij facile reduci poſſunt) numero ſunt duo & viginti. Ex quibus viginti ſunt in quacunque re inſiti; ita vt poſſint certa arte inueſtigari, & ex ipſis elici argumenta in rerum naturis fundata. Duo vero reliqui non ſunt in ipſa re, ideo Remoti dicuntur; & extrinſecus aſſumpta argumenta ſubminiſtrant, quæ Artis ductu non excutiuntur.

440 Porro autē loci in re inſiti & artificioſi vel ſunt ipſius rei: vt locus definitionis, deſcriptionis, notationis ſiue nominis etymologiæ, vel ſunt eorum, quæ coniuncta ſunt rei: aut neceſſario, vt locus coniugatorum, partium, totius, cauſarum, effectorum, antecedentium, conſequentium: aut non neceſſario, vt locus circumſtantium tam præcurrentium, quam comitantium, & ſubſequentium rem, vel deniq; ſunt eorum, quæ diſiuncta ſunt abs re: atq; hæc aut rei conſentanee, vt locus ſimilium, & comparationis maiorum, parium, minorum; aut diſſentanee, vt loci diſsimilium, oppoſitorum, repugnantium. Loci artis expertes ſiue remoti à re, ſunt autoritas ſiue teſtimonium diuinum, & teſtimonium ſiue autoritas humana.

441 *l* Locorum vſus. *l* Omnes 11 hi loci omnem meditandi, ſcribendi, dicendi, confirmandi, amplificandi, orationem variandi materiam ſuppetunt. Quare tam ipſi, quam ipſorum vſus atque tractatio comperta omnino familiaria, atq; exercita eſſe debent. 11 *Cap.* 11.

442 *m* Loci proprii. *m* Verumtamen animaduertendum eſt, locos iſtos eſſe, atque appellari 12 Communes: quia ſub ipſis accipiendi ſunt loci proprij ſeu priuati. Communes quippe, niſi ad particulares applicentur, nihil ſuppeditant, nihil faciunt, nihil concludunt; ſed tantum ſunt indicia & duces inueſtigandi locos rerum proprios: etenim ex loco definitionis verbi gratia, non quærimus definitionem nulli rei applicatam, ſed definitionem hominis, quæ eſt, *Animal rationis particeps*: aut virtutis, quæ eſt, *Habitus virum bonum efficiens*, *&c.* In quo iam videre licet, quanta, quam multiplex Oratori de quibuſcumque rebus dicturo neceſſaria ſcientia rerum eſt: quanta omnis hiſtoriæ cognitio: quanta lectio: quāta meditatio, vt omnes illas rationes vniuerſales, cum vſus poſtulauerit, ad res quaſcunque traducere norit. 12 *Cap.* 10.

443 *n* Praxis inueniendorum argu- *n* Cum 13 igitur Eccleſiaſtes acceperit quæſtionem ſiue propoſitum alicuius materiæ, circumeat atque rimetur ſingulos ex locis communibus; & ſub iis locos propriæ materiæ: ac ſic accipiat argumenta, 13 *Cap.* 11. 12.

quæ

Digitized by Google

quæ in ipſis inuenerit. verbi gratia, dicturus de virtutis præſtantia, adeat locum communem definitionis: applicet illum propriæ quæſtioni, conquirens definitionem virtutis. Atque ita inueniet hoc argumentum, *Habitus efficiens virum bonum*: inueniet etiam pronunciatum ſeu maximam, ſiue modum vtendi argumento; puta, *Quod dicitur de definitione, dicitur etiam de re definita*; atque adeo, *Quod de virtutis definitione, dicitur, & de virtute dicitur.* Ductu ergo iſtius axiomatis, per argumentum probabit, virtutem eſſe rem præclariſsimam, quod fortaſſis erat propoſitum & quæſtio: in hunc modum: *Virtus eſt habitus virum efficiens bonum: quis igitur virtutem digniſsimam, ac præſtantiſsimam eſſe inficietur?* Idem ceteris in locis præſtandum. mentorum ex locis.

14 *Cap.* 13. *o* Quamquam 14 autem ex dictis locis communibus omnis fides & confirmatio cuicunque petatur quæſtioni, atq; ad illos omnis quæcumque inuentio reducatur: nihilominus ecce tibi alteram inueniendi Argumentorum methodum ac rationem, tribus peculiaribus maximeque à veteribus Oratoribus vſurpatis quæſtionum generib. accommodatam, vt quacumque ratione inuentionis vbertatem facilitatemque conſequaris. 444 *o* Altera methodus inueniendi argumenta.

p Generi demonſtratiuo, in quo laudatur aliquis, aut vituperatur, maximam offert ſiluam circumſtantium locus. Conſiderandum enim eſt tempus ante vitam, in vita, poſt vitam. Et in vita quidem tria illa genera bonorum, fortunæ, corporis, animi: in quibus bonorum generibus omnia perſonarum attributa continentur, nomen, natura, virtus, fortuna, habitus, affectio, ſtudia, conſilia, facta, caſus, orationes, cogitationes: factorum autem ſiue actionum circumſtantiæ ſunt, quis, quid, vbi, per quæ, quoties, cur, quomodo, quando. 445 *p* Genus demonſtratiuum.

q In genere deliberatiuo vel ſuadetur, vel diſſuadetur. Si ſuadetur oſtendenda ſunt duo; vnum, neceſſe, vel ſaltem admodum vtile & expediens eſſe, rem fieri quam ſuademus: alterum, poſſe illam fieri, & quidem non ſine aliqua facilitate. Priori muneri conducunt tria illa bonorum genera, honeſtum, vtile, iucundum: poſterius obtinetur oſtendendo, parata iam eſſe, & in promptu omnia, cauſas, media, inſtrumenta. Sin diſſuadetur; vel horum capitum vtrumque, vel alterum infirmandum eſt. 446 *q* Genus deliberatiuum.

r Genus iudiciale (Oratori ſacro perraro vſurpabile) ad accuſandum vel defendendum aliquem refertur. Quibus in munerib. conſiderandus eſt rei ſiue quæſtionis ſtatus: vtrum ſit coniecturalis, ſit res & delictum, necne: an vero finitionis, cuius videlicet generis & nominis ſit delictum illud: ac deniq; qualitatis. iurene; an in iniuria factum illud fuerit. In primo ſtatu coniecturis, & circumſtantijs, tum factū antecedentibus, tum comitantib. tum conſequentib. agitur. In ſecundo ſtatu, 447 *r* Genus iudiciale.

locis à definitione & proprietatibus. In tertio, legibus, cõſuetudine & æquitate vtendum eſt.

448 Genera *ſ* miſta.
ſ Genera ex his mixta, vt reprehenſorium, funebre, inſtitutiuum &c. reguntur legibus eorum, ex quibus miſcentur.

449 *t* Bona de Oratore opinio.
Hactenus de inuentione eorum, quæ fidem quæſtioni facere poſſunt. *t* Quibus 15 haud leue momentum adiungit Auditorum opinio 15 *Cap.9.*
& exiſtimatio de ſcientia, moribus, & virtutibus Oratoris. Nunc de motus inuentione dicamus.

450 *u* Inuentio motus.
u Vbi 16 iam rei capaces facti ſunt Auditores, mouendi ſunt ad 16 *Sect.3. cap.1.*
amplexandum, ad deteſtandum, ad admirandum, ad imitandum, ad miſerandum, &c. vt materia quæſtionis requiret. Qui motus, eſt finis, anima, Spiritus Orationis.

451 *x* Motus excitatur amplificatione.
x Fit autem & exercitatur in animis audientium: non clamoribus dumtaxat, & corporis agitatione, aut crebra manuum complosione, vel pulpiti horrenda verberatione: Sed primum diuino Spiritu zeloque concitato animo ipſius dicentis: deinde, quod ad Artẽ pertinet, amplificatione.

452 *y* Amplificatio fit argumentis conglobatis, ex locis deductis.
y Amplificatio 17 facit rem videri magnam: deſumendo ex iiſdemmet ſupradictis locis argumenta, non ſingula, ſed conglobata. vt 17 *Cap.2.*
multas ac conglobatas definitiones, deſcriptiones, partes; antecedentium, conſequentium, circumſtantium frequentiam: multorum ſimilium ſiue exemplorum maiorum, minorum, parium, diſsimilium, aut contrariorum, & inter ſe pugnantium collationem atq; conflictionẽ: cauſas item & effectus coaceruatos: congeſta Sacrarum literarum, Sanctorum Patrum, aliorumque Doctorum teſtimonia.

453 *z* Fit item rebus, ſententiis, numero, verbiſque magnis.
z Valet etiam ad motum atque amplificationem, res afferre vel natura vel vſu magnas. Generant quoq; motum, & amplificationem tropi ac figuræ; ſententiarum quidem fere omnes, verborum autem pleræque. verba item ipſa grandia, magnifica, atque ſonantia: & numerus per inciſa ad periodos deflexus.

454 *a* Affectus concitandi.
a Quoniam vero per amplificationem, aut motus fiat, concitandi, aut ſedandi, vel tollendi ſunt affectus: nouerit Eccleſiaſtes ex mo- 18 *Cap.3.4.*
rum Philoſophia, quibus de cauſis, in quibus, & erga quos extollantur aut ponantur amor, odium, auerſatio, deſiderium, gaudium ſeu voluptas, dolor ſiue triſtitia, miſericordia, gratia, inuidia, indignatio, æmulatio, verecundia, confidentia, deſperatio, ſpes, timor, audacia, ira, admiratio, &c. Quos affectus excitabit facile ſi prior ipſe affectum ſe eſſe curet per meditationem, & applicationem imaginationis, ita vt videre atq; ſentire res affectum mouentes videatur.

455 *b* Motus quanam in parte concitatur.
b Motus 19 propriam ſedem habet in peroratione: ſed in ceteris 19 *Lib.1.ſec.*
quoq; partibus concionis, vbi punctum aliquod bene probatum fuerit 4.c.3.4.6.
non incommode excitatur.

c Non

20 Sect. 4. cap.1.2.

c Non 20 ſolum autem docere & mouere, verum etiam & delectare ſuauiterque detinere Auditorem curet; modo id faciat grauiter, decenter, ac moderate: non per ridicula, aut per ea quæ poſsint nocere. 456

c Delectandi Auditores, quatenus, & quomodo.

Delectabitur igitur, afferendo ea, quæ ſuauiter afficiunt facultatem aliquam aut ſenſum animare: figuræ item, ordo rerum, numerus Oratorius, præclaræ ſimilitudines & exempla, ſcripturæ autoritates eximiæ, actio & pronunciatio decora delectant.

21 LIB. III. Sect. 1. Cap.1.2.

d Inuentis 21 iam rebus & argumentis habeat delectum dicendorum, præſidente iudicio, hoc retineat, illud reiiciat: hoc fuſe tractandum, illud leuiter attingendum, alia confertim ingerenda deſignet. Quæ dicturus eſt, faciat, vt ad quæſtionis ſcopum vniuerſa collimentur. 457

Diſpoſitio.

d Argumenta deligantur, & collocentur ad rem.

e Ordinet vero atque diſponat illa ordine doctrinæ: vnde eſt ille ordo exiſtentiæ, naturæ, qualitatis, & cauſarum rei: & ille, qui primum oſtendit quid res ſit, deinde qualis ſit, tum quas habeat cauſas, & quos edat effectus, denique quas partes habeat, & quomodo diuidatur. 458

e Varii ordines.

Optimus eſt & ordo ille, ſecundum quem locos digeſsimus; vt primum ſit definitio, deinde deſcriptio, tum notatio, &c. cum hac tamen animaduerſione; vt leuiora quæque argumenta nec primo, nec poſtremo loco ponantur, ſed in medium, & fere coaceruata, coniiciantur.

Bonus quoque eſt ordo naturæ; & item ordo temporum. Et ille, quo à minoribus ad maiora aſcendimus, & quo denique res inæquaquabili varietate diſtinguimus, parua m[a]gnis, læta triſtibus, obſcura dilucidis commiſcentes. His ordinibus non ſolum partes præcipuas; verum etiam particulas deinde omnes diſponat, & per 22 figuram tranſitionem coniungat.

22 Cap.3.

23 Sect.4.

f Hac 23 diſpoſitione peracta, diſponat partes totius orationis ſiue concionis. Nam prædicta argumenta ita diſpoſita, confirmationem tantum faciunt: quæ vna duntaxat pars eſt orationis, licet præcipua, & ad quam ceteræ diriguntur. 459

f Ordo partium orationis.

24 Cap.1.

g Educat 24 primum ex totius cauſæ viſceribus exordium. Et in eo præparet Auditorem ad reliquam dictionem: captando beneuolentiam quidem, cum opus eſt: attentionem vero & docilitatem, ſemper. 460

g Exordiū.

25 Cap.2.

h Si 25 ponenda eſt rei alicuius geſtæ narratio, quæ ſit totius cauſæ & confirmationis fundamentum: locum habebit poſt exordium. virtutes narrationis ſunt, breuitas, claritas, probabilitas, iucunditas, energia. 461

h Narratio.

i Confirmatio, quæ eſt Orationis totum veluti corpus: vbi non eſt o- 462

i Confirmatio.

eſt opus narratione, vt in genere deliberatiuo, poſt exordium ad perorationem vſque protenditur. vbi vero narratione integra eſt opus, vt in genere iudiciali; poſt eam collocatur. Vbi denique non integra, ſed interciſa narratio requiritur, vt in genere exornatiuo: cum ipſa narratione confirmatio ſiue amplificatio interpolabitur. Sub confirmatione confutatio obiectorum aut obiicibilium argumentorum continetur: cui parti iudicium Oratoris locum opportunum quærat. In confirmatione quoq; fiunt aliquando digreſsiones extra propoſitam materiam. Introductio quoq; ad ipſam pertinet.

463 *k Peroratio.* *k* Peroratio 27 deniq; orationem claudit, cuius fructum colligit, ac ſegetem metit. Conficitur, aut breui, & acri argumentorum omniũ repetitione: aut graui aliqua amplificatione: aut vtroque. 27 *Cap. 4.*

464 *l Prior, & poſterior pars.* *l* Omnes 28 iſtas orationis partes hodierno vſui dicendi pro ſuggeſto ſic accommodabit: vt, pronunciato exordio, tantiſper quieſcat, dum pauperes commendet, aliaque populo quæ videbuntur iuxta morem denunciet: tum vero reliquam omnem Orationem continenter vſque ad finem proſequatur. Aut, ſi mauult, exordium cum maiori parte confirmationis continenter pronunciet: tum interquieſcat ad illa exequenda: & denique reliquum abſoluat. 28 *Cap. 5.*

465 *m Extenſio.* *m* Poſtquam 29 argumenta & res dicendæ ſuo quidque loco diſpoſita ſunt in partibus orationis: magnum opus incumbit, vt ſcribendo dilatentur, & elocutione conneſtiantur. 29 *Sect. 2.*

466 *n Argumẽtationes.* Tractantur 30 ac dilatantur omnia Argumenta, *n* argumentatione: quæ eſt explicatio, & veluti formatio Argumenti. Argumentationes autem, aut ſunt inductiones, aut ratiocinationes, ad inductionem commode referuntur exemplum, enumeratio ſiue expeditio, ſubiectio, & dilemma ſiue complexio: ad ratiocinationem vero ſiue ſyllogiſmum, collectio, ſummiſsio, ſorites, enthymema, epicherema. 30 *Cap. 1.*

467 *o Tractandi & extendẽdi modus.* *o* Harum 31 porro argumentationum propoſitiones, non ſunt aſtricta ac dialectica, ſed rhetorica, figurata, & laciniosa oratione tractandæ: varioque ac commutato ordine. Quæ eſt quædam amplificatio ac dilatatio Argumenti. Præter quam eſt alia quoque dilatatio: vt de quolibet Argumento alia excogitentur iiſdem ex locis communibus Argumenta, probantia videlicet dubias argumentionis propoſitiones: vſq; dum per alias probationes redigatur illud ad prima principia, ſi neceſſe fuerit. 31 *Cap. 2. 3.*

468 *p Modus tractandi, & perpendendi Scripturę ſententias.* *p* Scripturæ 32 quoque ſententias (quæ vt gratæ ſint, in expectati aliquid viuidique contineant) pertractabit, conſiderando verba, circumſtantias, ſenſus, antecedentia & conſequentia, contraria, ſimilitudines, figuras ſi fulciat aliis eiuſdem ſcripturæ, aut Patrum ſimilibus ſenten- 32 *Cap. 4.*

Digitized by Google

ſententijs: ſi per figuram ſuſtentationem dubitationes circa illas moueat, mox reſponſionem ſubiiciat, &c.

33 Sect. 3. *q* Quoad 33 elocutionem vero, quæ & ipſa robori atq; amplificationi argumentorum conducit non parum: intelligat Eccleſiaſtes, Oratorium ſermonem haud debere eſſe ieiunum, aridum, ſimplicem, vulgarem; ſed affluentem, varium, factum, à communi eleuatum. Ergo *r* quatuor virtutes habebit, puritatem, diluciditatem, ornatum, decentiam. 469

q Elocutio. *r* Rhetoricæ orationis quadruplex virtus.

34 Cap. 1. *ſ* Pura 34 atq; emendata erit oratio, carens ſolœciſmis ac barbariſmis; obſoletis, poeticis, & affectatis dicendi modis: proprietatem & ſyntaxim idiomatis ſeruans: verborum, phraſiumque copiam, ac varietatem habens. 470

ſ 1. Puritas.

t Clara ac dilucida ſit verbis proprijs & vſitatis, non amphibologicis & reconditis: periodis non tam longis, nec vocum nimia tranſpoſitione obſcuris. 471

t 2. Claritas.

35 Cap. 2. *u* Ornata, 35 elaborata, ac robuſta oratio eſt, quæ tropis, ac figuris diſtinguitur, numeroſque ſtylo excolitur. Tropi vero ac figuræ, ſunt illi omnes dicendi modi, qui recedunt à communi forma loquendi. 572

u 3. Ornatus.

x Et tropus quidem ſermonem à propria ſignificatione transfert in aliam: figura vero, etiam retenta proprietate ſermonis, fieri poteſt. Inter tropos ſunt metaphora, allegoria, antiphraſis, ſynedoche, metonymia, periphraſis, antonomaſia, hyperbole, onomatopœia, paragoge catachreſis, metalepſis. 473

x Tropi.

Figuræ vero, *y* aliæ verborum ſunt: quæ ſcilicet in verborum habitudine, & venuſta concinnaque eorum collocatione conſtant; qua ſublata, mutatur vel tollitur figura. Hæ autem ſunt repetitio, conuerſio, complexio, conduplicatio, traductio, agnominatio, gradatio, ſynonymia. copia, epithetum, antithetum, cohabitatio, diſcriminatio, diaphereſis, congeries, diminutio, correctio, reticentia, ſuperfluitas, copulatio, diſſolutio, adiunctio, diſiunctio, diſtributio, ſimiliter cadens ſimiliter deſinens. 474

y Figuræ verborum.

z Aliæ figuræ dicuntur ſententiarum: quod non in verbis poſitæ ſunt, ſed in dicendi formulis; quæ variatis quibuſcumque verbis, eædem ſemper conſiſtunt. Huiuſmodi ſunt interrogatio inſtandi gratia, reſponſio ſiue ſubiectio, dialogiſmus, apoſtrophe, communicatio, proſopopœia ſiue ſermocinatio, exclamatio, epiphonema, emphaſis, hyperbole, incrementum, dinoſis, extenuatio, differentia, oppoſitio, compar, ſententia, prouerbium, aſſeueratio, breuitas, præciſio, ſimilitudo, definitio, præparatio, diſtributio, gradatio, congeries, ironia, imitatio, diſſimulatio, eleuatio, reiectio, præoccupatio, conceſſio, compenſatio, inuerſio, excuſatio, correctio, præmunitio, licentia, vrbanitas, 475

z Figuræ ſententiarum.

tas, præteritio, dubitatio, parentheſis, paradoxum, varietas, commoratio, exornatio, interpretatio, pleonaſmus, tranſitio, ſuſtentatio, attentio, frequentatio, adhortatio, deſcriptio, venuſtas. Item in figuris ſententiarum ſunt, dicendi modi per exoptationem, obſecrationem, expoſtulationem, commiſerationem, ominationem, &c. Et in ſumma illi omnes, qui diuerſi ſunt, & eleuati à vulgaribus, ac ſimplicibus dicendi formulis.

476 Hi tropi atque figuræ (quorum pars maxima ex locis illis communibus concinnantur) ſuo loco interſperſa, reddunt orationem non ſolum ornatam & illuſtrem: verum etiam variam, copioſam, viuidam, vegetam, vigentem, mouentem, &c. præſertim figuræ ſententiarum, quarum ſunt ornamenta maiora.

477 *a Numerus Oratorius, & tria dicendi genera.*
a Ad hæc ornant quoq; orationem compoſitio ſtyluſque numeroſus, vt iuxta rerum, & generum dicendi exigentiam, nunc circumducta periodo, nunc cæſim & membratim dicatur: vitato vt plurimũ hianti, aſperoue elementorum concurſu.

478 *b 4 Decentia.*
b Apta 36 denique ac decorum ſeruans oratio erit illa: quæ iſtæc omnia perſonæ cum dicentis tum Auditorum, & rebus quæ dicuntur, dicendique varijs generibus infimo, ſummo, medio; & denique fini atque officio Concionatoris prudenter accommodat, laxat, aſtringit. 36 *Cap.3.*

479 *c Scribendi praxis.*
c His 37 igitur elocutionis perfectionibus imbuta memoria, Eccleſiaſtes argumenta & res, quæ ex locis, & ex autorum, ſuorumue codicum memorabilium lectione excerpſit, atque in tumultuariis tabulis adnotauit, in ordinemque digeſsit; extendat iam & eloquatur; id eſt, ſcribat Concionem ab exordio ad perorationem: ad verbum totam cum cura & varietate componens, quamuis in ediſcendo ac pronunciando non ſe verbis alligans ſingulis. 37 *Sect.4. cap.6.*

480 *d Memor.*
d Scriptam 38 iam orationem memoriæ infigat. Iuuatur autem memoria pharmacis, temperantia, apathia, rerũ profunda perceptione & frequenti meditatione, ordinata & attenta ſcriptione, ſignorum ad margines adſcriptione, tempore, modo, loco ediſcendi, à ſingulis verbis minutiſque coniunctionibus ac particulis ediſcendis temperatione, ſententiarum Latine dicendarum ac citationum parcitate, longioris Concionis per partes acceptione, ante ſomnum & ſtatim à vigilia memoriæ commiſſorum ſummaria perluſtratione, memoriæ artificio per loca & imagines rerum ordinatas atque in phantaſia beneficias, denique præ adiumentis omnibus quotidiana memoriæ exercitatione. 38 *Sect.5. cap.1.2.*

481 *e Pronunciatio.*
e Ad extremum 39 memoriæ commiſſam Orationem Eccleſiaſtes, grauiter ac modeſte, & mature pergens ad ſuggeſtum, ibique ritus omnes de more perſoluens; pronunciet, voce, & geſtu grauib. variis, vigen- 39 *Sect.6. cap.1.2.3.*

vigentibus,explicatis,rebuſque(citra tamen hiſtrionicam omnem leuitatem)accommodatis. Nec,præter elatiorem vocem, quidquam de modo familiariter loquendi cum ſingulis immutet. Illo in loco(quantum poterit) exſcreatione, tuſsi, narium emunctione, omniq; alia fœda actione abſtineat. Pronunciatio vero, quæ merito vltima orationis forma atque anima nuncupatur, quæ res immediate imprimit finemque orationis attingit, quæ item & dominari in concionibus, & altera eloquentia, & tota eloquentia dicitur; qua denique deſtituti Summi Scriptores, vix æquis auribus audiuntur; qua præditi mediocres, maximi habentur Oratores: hæc, inquam, pronunciatio iuuatur ad perfectionem ſuam obſeruatione colloquiorum communis turbæ, imitatione magnorum Oratorum aut quorumcunque qui recte agant ac dicant, exercitatione tam priuata quã publica, admonitione amicorũ de perperam actis, firma rerum dicendarum memoria, permoto reb. dicendis ipſo Oratoris animo, &c.

40 Sect. 7. cap. 1, 2.

f In hiſce 40 omnibus, atq; adeo in munere ſuo vniuerſo τὸ πρέπον, ac prudentiam ſeruet, erga ſe ipſum, erga auditores, in rebus dicendis, atq; in ipſo dicendi artificio. 482

f Prudencia.

Hæc habui, quæ de Sacro Eccleſiaſte informando dicerem; & quãtum fieri à me poterat, ad ſcriptionem dictionemq; manu deducerem. Non erunt fortaſsis comparanda iis, quæ viri prudentiores ac ſapientiores, & in hoc munere verſatiores expeditiori methodo & doctrina pleniore ſcripſerunt. At viro bono (quemadmodum de ſe 41 Quintilianus aiebat) ſatis eſt docuiſſe quod ſcierit: & mediocritatem ſuam candide atque ſimpliciter in notitiam eorum, ſi qui forte cognoſcere voluiſſent, protuliſſe. Et erit fortaſſe nonnemo, qui (vt ſunt varia hominum ingenia) his delectetur atque proficiat: non ſecus ac in lauto opiparoque conuiuio reperiuntur, qui ſpreto attagine, braſsicarum ad ſe bulborumue pulmentum corripiant. Mihi quidem hercle ſatis ſuperque fuerit, ſi meum hoc ſcriptum iſagoge quædam ſit ad monumenta clariſsimorum virorum, vt Sacri Oratores, qui in mea inciderint, moneantur dicendi artem à peritioribus exquirere, atque omnino compertam habere. *h* Namque vt in 42 principio, ita nunc iis omnibus plane aperteque denuncio: Non ſperet quiſquam, magnum ſe aut mediocrem in Eccleſiaſtico munere futurum, ſine arte dicendi & bene percepta, & ad praxim accurate deflexa. Etenim ab arte perſuaſio; & animorum commotio: ab arte concio frequens: ab arte plauſus: Ab arte denique huius muneris omnia. Prudentia enim, quæ requiritur, iam pars eſt artis, totam artem peruadens. Spiritus quoq; diuinus, prouehendo 43 & eloquentiæ inſtructo nauigio perneceſſarius, nonne & ipſe humanam induſtriam (quæ in arte ſumma eſt) recipit, atque adeo exigit? quid inquam? nonne & ipſe ad artem pertinet: cum ſit 483

g Operis concluſio.

41 Quintil. lib. 12. cap. vlt.

42 In præfat. & lib. 1. c. 5. nu. 39.

h Ars dicendi, Eccleſiaſte per neceſſaria.

43 Chryſoſt. ho. 2 de ſp. Sanct.

Artis maximum præceptum, curare eſſe permotum ad id, ad quod permouendi ſunt alij? Denique multarum Scientiarum, & eruditionis cognitio, librorumque aſsidua peruolutatio Arti huic vaſtiſsimæ de quacumque pene re ſapienter, copioſe, ornate dicturæ famulantur.

Facilitas & modus comparandæ artis.

l At enim (Audite ignaui adoleſcentes Seniorum pœnitentiam) quis in ætate iam prouecta, inueterata conſuetudine, orationum qualiumcunque peculio, de integro nunc diſcere incipiat, aſſueſcat alijs, nouam ſupellectilem paret? Labor in his, haud diffiteor: verumtamen cum magno fructu labor non magnus. Profecto quid recuſandum laboris eſſet Eccleſiaſtæ, quo libentes populos à ſenſuum pernicioſo delinimento vi eloquentiæ ad virtutum ardua duceret, Chriſtoque lucraretur? Iſte tamen labor modicus eſt: quem Artis peritia minuit, & procliuem reddit. Scriptionem enim dictionemque artificioſam illi mirantur atque arduam putant, qui ſunt Artis expertes: at qui ſemel Artem percepere, ſciunt rem cariſsimam non tam caro conſtare; pronumque habent & inuenire res, & dirigere re extendere, eloqui, ediſcere, pronunciare. Sed ecce tibi in quo labor, & quantus: Curato primum, præceptam ab idoneo autore Artem 44 probe ſemel percipere ac ſpeculari, veramque eſſe cognoſcere; non modo exemplis ab eo allatis, ſed tua quoq; minerua illorum inſtar excogitatis: tum per partes vniuerſam exerceto: mox Orationes ipſas integras duas treſue ex Arte conſcribito. Hic omnis cura & labor, certe 45 paucorum menſium: quod ſi peritum directorem nactus fueris, dimidio minor. Ceterum enim, vt Ars percepta ne dilabatur, ſed memoria fruetur; faciet aſsidua ex Arte ſcriptio, eiuſdemque Artis ſtatis temporibus recognitio. Minor quotidie ex habitu labor, & erit breui; cum non iam labor, ſed iucundum ſtudium nominetur.

44 Ars ſemel percepta non rapitur, ait Quintil. li. 10. c. 7.

45 Quintil. lib. 10. c. 3.

Laus Deo, & Beatiſſimæ Virgini.

INDEX

Digitized by Google

INDEX RERVM NOTABILIVM HVIVS Sacri Eccleſiaſtis.

Academia.

ACADEMIA, ſiue ſeminarium Concionatorum, lib.1. marginali nu.59.

Accidens.

Locus accidentis reducitur ad locum formæ accidentalis.lib.2.n.62.& item ad locum circumſtantium. lib.2.nu.74.

Adam.

Primus mortalium Concionator. lib.1.n.1.

Adhortatio.

Figura ſententiarum. lib.3.n.192.

Adiunctio.

Figura verborum. lib.3.n.132.

Admiratio.

Lege, Affectus.

Aduerbia.

Referuntur ad epitheta. lib.3.n.122.

Aduerſaria.

Lege, Libri memorabiles.

Aemulatio.

Lege, Affectus.

Affectus.

Quid ſit affectus. lib.2.n.186.

Quando, & quomodo excitandi aut ſedandi affectus. lib.2.à n.185.

Affectuum doctrina quomodo tractanda.lib.2. nu.186.& 197.

De amore,& odio. lib.2.nu.187.

De auerſione,& deſiderio. lib.2.n.188.

De gaudio, & dolore. lib.2.n.189.

De miſericordia,& gratia. lib.2.n.190.

De inuidia,æmulatione,contemptu dignitatis indignatione. lib.2.n.191.

De verecundia,& impudentia. lib.2.n.192.

De ſpe,confidentia,deſperatione. li.2.n.193.

De timore,& audacia. lib.2.n.194.

De ira. lib.2.nu.195.

De admiratione. lib.2.n.196.

Ad excitandos, reprimendos, extirpandos affectus noſcendi ſunt hominum varij mores. lib.2.à nu.198.

Quinam ſint proni ad amorem, cupiditatem, gaudium,&c. lib.2.à nu.199.

Iuuenum,ſenum,virilis ætatis mores. lib.2.à num.205.

Agnominatio.

Figura verborum. lib3.nu.118.

Allegoria.

Qualis tropus eſt. lib.3.n.101.

In quo differt à metaphora. ibid. Quas virtutes habeat.ibid.

Allegoriæ Scripturales pertinent ad locum ſimilium. l.2.nu.82.

Silua allegoriarum. ibid.

Ambitio.

Corrumpit concionatorem. lib.1.n.25.

Amor.

Prophani amoris ſimitudines & deſcriptiones fugiendæ. l.2.nu.211.

Lege, Charitas, Affectus.

torum & bona opinione: alterum inuentione motus: poſtremum inuentione rerum delectabilium.

438 *i Inuentio argumentum.*

i Inueniet 10 ergo ad confirmandam quæſtionem argumenta: quæ ſunt quædam probabilia inuenta, ſeu rationes veræ aut veriſimiles. Hæc argumenta inueniuntur & eruuntur ex locis dialecticis, qui ſunt veluti quædam ſedes & promptuaria eorum. 10 *Cap.* 1. 2. 3.4.5.6.7.8.

439 *k Loci dialectici ſiue communes.*

k Loci (ad quos, ſi qui ſunt alij facile reduci poſſunt) numero ſunt duo & viginti. Ex quibus viginti ſunt in quacunque re inſiti; ita vt poſſint certa arte inueſtigari, & ex ipſis elici argumenta in rerum naturis fundata. Duo vero reliqui non ſunt in ipſa re, ideo Remoti dicuntur; & extrinſecus aſſumpta argumenta ſubminiſtrant, quæ Artis ductu non excutiuntur.

440 Porro autē loci in re inſiti & artificioſi vel ſunt ipſius rei: vt locus definitionis, deſcriptionis, notationis ſiue nominis etymologiæ, vel ſunt eorum, quæ coniuncta ſunt rei: aut neceſſario, vt locus coniugatorum, partium, totius, cauſarum, effectorum, antecedentium, conſequentium: aut non neceſſario, vt locus circumſtantium tam præcurrentium, quam comitantium, & ſubſequentium rem, vel deniq; ſunt eorum, quæ disiuncta ſunt abs re: atq; hæc aut rei conſentaneę, vt locus ſimilium, & comparationis maiorum, parium, minorum; aut diſſentaneę, vt loci diſſimilium, oppoſitorum, repugnantium. Loci artis expertes ſiue remoti à re, ſunt autoritas ſiue teſtimonium diuinum, & teſtimonium ſiue autoritas humana.

441 *l Locorum vſus.*

l Omnes 11 hi loci omnem meditandi, ſcribendi, dicendi, confirmandi, amplificandi, orationem variandi materiam ſuppetunt. Quare tam ipſi, quam ipſorum vſus atque tractatio comperta omnino familiaria, atq; exercita eſſe debent. 11 *Cap.* 11.

442 *m Loci proprii.*

m Verumtamen animaduertendum eſt, locos iſtos eſſe, atque appellari 12 Communes: quia ſub ipſis accipiendi ſunt loci proprij ſeu priuati. Communes quippe, niſi ad particulares applicentur, nihil ſuppeditant, nihil faciunt, nihil concludunt; ſed tantum ſunt indicia & duces inueſtigandi locos rerum proprios: etenim ex loco definitionis verbi gratia, non quærimus definitionem nulli rei applicatam, ſed definitionem hominis, quæ eſt, *Animal rationis particeps*: aut virtutis, quæ eſt, *Habitus virum bonum efficiens*, *&c.* In quo iam videre licet, quanta, quam multiplex Oratori de quibuſcumque rebus dicturo neceſſaria ſcientia rerum eſt: quanta omnis hiſtoriæ cognitio: quanta lectio: quāta meditatio, vt omnes illas rationes vniuerſales, cum vſus poſtulauerit, ad res quaſcunque traducere norit. 12 *Cap.* 10.

443 *n Praxis inueniendorum argu-*

n Cum 13 igitur Eccleſiaſtes acceperit quæſtionem ſiue propoſitum alicuius materiæ, circumeat atque rimetur ſingulos ex locis communibus; & ſub iis locos propriæ materiæ: ac ſic accipiat argumenta, quæ 13 *Cap.* 11. 12.

quæ in ipſis inuenerit. verbi gratia, dicturus de virtutis præſtantia, adeat locum communem definitionis: applicet illum propriæ quæſtioni, conquirens definitionem virtutis. Atque ita inueniet hoc argumentum, *Habitus efficiens virum bonum*: inueniet etiam pronunciatum ſeu maximam, ſiue modum vtendi argumento; puta, *Quod dicitur de definitione, dicitur etiam de re definita*; atque adeo, *Quod de virtutis definitione, dicitur, & de virtute dicitur.* Ductu ergo iſtius axiomatis, per argumentum probabit, virtutem eſſe rem præclariſsimam, quod fortaſſis erat propoſitum & quæſtio: in hunc modum: *Virtus eſt habitus virum efficiens bonum: quis igitur virtutem digniſsimam, ac præſtantiſsimam eſſe inficietur?* Idem ceteris in locis præſtandum. — mentorum ex locis.

14 Cap. 13. *o* Quamquam 14 autem ex dictis locis communibus omnis fides & confirmatio cuicunque petatur quæſtioni, atq; ad illos omnis quæcumque inuentio reducatur: nihilominus ecce tibi alteram inueniendi Argumentorum methodum ac rationem, tribus peculiaribus maximeque à veteribus Oratoribus vſurpatis quæſtionum generib. accommodatam, vt quacumque ratione inuentionis vbertatem facilitatemque conſequaris. — [r]444 *o* Altera methodus inueniendi argumenta.

p Generi demonſtratiuo, in quo laudatur aliquis, aut vituperatur, maximam offert ſiluam circumſtantium locus. Conſiderandum enim eſt tempus ante vitam, in vita, poſt vitam. Et in vita quidem tria illa genera bonorum, fortunæ, corporis, animi: in quibus bonorum generibus omnia perſonarum attributa continentur, nomen, natura, virtus, fortuna, habitus, affectio, ſtudia, conſilia, facta, caſus, orationes, cogitationes: factorum autem ſiue actionum circumſtantiæ ſunt, quis, quid, vbi, per quæ, quoties, cur, quomodo, quando. — 445 *p* Genus demonſtratiuum.

q In genere deliberatiuo vel ſuadetur, vel diſſuadetur. Si ſuadetur oſtendenda ſunt duo; vnum, neceſſe, vel ſaltem admodum vtile & expediens eſſe, rem fieri quam ſuademus: alterum, poſſe illam fieri, & quidem non ſine aliqua facilitate. Priori muneri conducunt tria illa bonorum genera, honeſtum, vtile, iucundum: poſterius obtinetur oſtendendo, parata iam eſſe, & in promptu omnia, cauſas, media, inſtrumenta. Sin diſſuadetur; vel horum capitum vtrumque, vel alterum infirmandum eſt. — 446 *q* Genus deliberatiuum.

r Genus iudiciale (Oratori ſacro perraro vſurpabile) ad accuſandum vel defendendum aliquem refertur. Quibus in munerib. conſiderandus eſt rei ſiue quæſtionis ſtatus: vtrum ſit coniecturalis, ſit res & delictum, necne: an vero finitionis, cuius videlicet generis & nominis ſit delictum illud: ac deniq; qualitatis. iurene, an in iniuria factum illud fuerit. In primo ſtatu coniecturis, & circumſtantijs, tum factũ antecedentibus, tum comitantib. tum conſequentib. agitur. In ſecundo ſtatu, — 447 *r* Genus iudiciale.

Digitized by Google

locis à definitione & proprietatibus. In tertio, legibus, cõnſuetudine & æquitate vtendum eſt.

448 *Genera ſmiſta.* ſ Genera ex his mixta, vt reprehenſorium, funebre, inſtitutiuum &c. reguntur legibus eorum, ex quibus miſcentur.

449 *t Bona de Oratore opinio.* Hactenus de inuentione eorum, quæ fidem quæſtioni facere poſſunt. *t* Quibus 15 haud leue momentum adiungit Auditorum opinio 15 *Cap.9.*
& exiſtimatio de ſcientia, moribus, & virtutibus Oratoris. Nunc de motus inuentione dicamus.

450 *u Inuentio motus.* *u* Vbi 16 iam rei capaces facti ſunt Auditores, mouendi ſunt ad 16 *Sect.3. cap.1.*
amplexandum, ad deteſtandum, ad admirandum, ad imitandum, ad miſerandum, &c. vt materia quæſtionis requiret. Qui motus, eſt finis, anima, Spiritus Orationis.

451 *x Motus excitatur amplificatione.* *x* Fit autem & exercitatur in animis audientium: non clamoribus dumtaxat, & corporis agitatione, aut crebra manuum comploſione, vel pulpiti horrenda verberatione: Sed primum diuino Spiritu zeloque concitato animo ipſius dicentis: deinde, quod ad Artẽ pertinet, amplificatione.

452 *y Amplificatio fit argumentis conglobatis, ex locis deductis.* *y* Amplificatio 17 facit rem videri magnam: deſumendo ex iiſ- 17 *Cap.2.*
demmet ſupradictis locis argumenta, non ſingula, ſed conglobata. vt multas ac conglobatas definitiones, deſcriptiones, partes; antecedentium, conſequentium, circumſtantium frequentiam: multorum ſimilium ſiue exemplorum maiorum, minorum, parium, diſſimilium, aut contrariorum, & inter ſe pugnantium collationem atq; conflictionẽ: cauſas item & effectus coaceruatos: congeſta Sacrarum literarum, Sanctorum Patrum, aliorumque Doctorum teſtimonia.

453 *z Fit item rebus, ſententiis, numero, verbiſque magnis.* *z* Valet etiam ad motum atque amplificationem, res afferre vel natura vel vſu magnas. Generant quoq; motum, & amplificationem tropi ac figuræ; ſententiarum quidem fere omnes, verborum autem pleræque. verba item ipſa grandia, magnifica, atque ſonantia: & numerus per inciſa ad periodos deflexus.

454 *a Affectus concitandi.* *a* Quoniam vero per amplificationem, aut motus fiat, concitan- 18 *Cap.3.4.*
di, aut ſedandi, vel tollendi ſunt affectus: nouerit Eccleſiaſtes ex morum Philoſophia, quibus de cauſis, in quibus, & erga quos extollantur aut ponantur amor, odium, auerſatio, deſiderium, gaudium ſeu voluptas, dolor ſiue triſtitia, miſericordia, gratia, inuidia, indignatio, æmulatio, verecundia, confidentia, deſperatio, ſpes, timor, audacia, ira, admiratio, &c. Quos affectus excitabit facile ſi prior ipſe affectum ſe eſſe curet per meditationem, & applicationem imaginationis, ita vt videre atq; ſentire res affectum mouentes videatur.

455 *b Motus quanam in parte concitatur.* *b* Motus 19 propriam ſedem habet in peroratione: ſed in ceteris 19 *Lib.3 ſec. 4.c.3.4.6.*
quoq; partibus concionis, vbi punctum aliquod bene probatum fuerit non incommode excitatur.

c Non

Digitized by Google

20 *Sect.* 4. *cap.*1.2. *c* Non 20 ſolum autem docere & mouere, verum etiam & delectare ſuauiterque detinere Auditorem curet; modo id faciat grauiter, decenter, ac moderate: non per ridicula, aut per ea quæ poſsint nocere. 456 *c* Delectandi Auditores, quatenus, & quomodo.

Delectabitur igitur, afferendo ea, quæ ſuauiter afficiunt facultatem aliquam aut ſenſum animare: figuræ item, ordo rerum, numerus Oratorius, præclaræ ſimilitudines & exempla, ſcripturæ autoritates eximiæ, actio & pronunciatio decora delectant.

21 LIB. III. *Sect.* 1. *Cap.*1.2. *d* Inuentis 21 iam rebus & argumentis habeat delectum dicendorum, præſidente iudicio, hoc retineat, illud reiiciat: hoc fuſe tractandum, illud leuiter attingendum, alia confertim ingerenda deſignet. Quæ dicturus eſt, faciat, vt ad quæſtionis ſcopum vniuerſa collimentur. 457 *Diſpoſitio.* *d* Argumenta deligantur, & collocentur ad rem.

e Ordinet vero atque diſponat illa ordine doctrinæ: vnde eſt ille ordo exiſtentiæ, naturæ, qualitatis, & cauſarum rei: & ille, qui primum oſtendit quid res ſit, deinde qualis ſit, tum quas habeat cauſas, & quos edat effectus, denique quas partes habeat, & quomodo diuidatur. 458 *e* Varii ordines.

Optimus eſt & ordo ille, ſecundum quem locos digeſsimus; vt primum ſit definitio, deinde deſcriptio, tum notatio, &c. cum hac tamen animaduerſione; vt leuiora quæque argumenta nec primo, nec poſtremo loco ponantur; ſed in medium, & fere coaceruata, coniiciantur.

Bonus quoque eſt ordo naturæ, & item ordo temporum. Et ille, quo à minoribus ad maiora aſcendimus, & quo denique res inæquaquabili varietate diſtinguimus, parua m[a]gnis, læta triſtibus, obſcura dilucidis commiſcentes. His ordinibus non ſolum partes præcipuas; verum etiam particulas deinde omnes diſponat, & per 22 figuram tranſitionem coniungat.

22 *Cap.*3.

23 *Sect.*4. *f* Hac 23 diſpoſitione peracta, diſponat partes totius orationis ſiue concionis. Nam prædicta argumenta ita diſpoſita, confirmationem tantum faciunt: quæ vna duntaxat pars eſt orationis, licet præcipua, & ad quam ceteræ diriguntur. 459 *f* Ordo partium orationis.

24 *Cap.*1. *g* Educat 24 primum ex totius cauſæ viſceribus exordium. Et in eo præparet Auditorem ad reliquam dictionem: captando beneuolentiam quidem, cum opus eſt: attentionem vero & docilitatem, ſemper. 460 *g* Exordiũ.

25 *Cap.*2. *h* Si 25 ponenda eſt rei alicuius geſtæ narratio, quæ ſit totius cauſæ & confirmationis fundamentum: locum habebit poſt exordium. Virtutes narrationis ſunt, breuitas, claritas, probabilitas, iucunditas, energia. 461 *h* Narratio.

i Confirmatio, quæ eſt Orationis totum veluti corpus: vbi non eſt o- 462 *i* Confirmatio.

Digitized by Google

eſt opus narratione, vt in genere deliberatiuo, poſt exordium ad pero-
rationem vſque protenditur. vbi vero narratione integra eſt opus, vt
in genere iudiciali; poſt eam collocatur. Vbi denique non integra, ſed
interciſa narratio requiritur, vt in genere exornatiuo: cum ipſa nar-
ratione confirmatio ſiue amplificatio interpolabitur. Sub confirma-
tione confutatio obiectorum aut obiicibilium argumentorum conti-
netur: cui parti iudicium Oratoris locum opportunum quærat. In
confirmatione quoq; fiunt aliquando digreſsiones extra propoſitam
materiam. Introductio quoq; ad ipſam pertinet.

463 *k* Peroratio.

k Peroratio 27 deniq; orationem claudit, cuius fructum colligit, 27 *Cap.4.*
ac ſegetem metit. Conficitur, aut breui, & acri argumentorum omniũ
repetitione: aut graui aliqua amplificatione: aut vtroque.

464 *l* Prior, & poſterior pars.

l Omnes 28 iſtas orationis partes hodierno vſui dicendi pro ſug- 28 *Cap.5.*
geſto ſic accommodabit: vt, pronunciato exordio, tantiſper quie-
ſcat, dum pauperes commendet, aliaque populo quæ videbuntur
iuxta morem denunciet: tum vero reliquam omnem Orationem
continenter vſque ad finem proſequatur. Aut, ſi mauult, exor-
dium cum maiori parte confirmationis continenter pronunciet:
tum interquieſcat ad illa exequenda: & denique reliquum ab-
ſoluat.

465 *m* *Extenſio.*

m Poſtquam 29 argumenta & res dicendæ ſuo quidque loco di- 29 *Sect.2.*
ſpoſita ſunt in partibus orationis: magnum opus incumbit, vt ſcriben-
do dilatentur, & elocutione conueſtiantur.

466 *n* Argumẽtationes.

Tractantur 30 ac dilatantur omnia Argumenta, *n* argumenta- 30 *Cap.1.*
tione: quæ eſt explicatio, & veluti formatio Argumenti. Argumen-
tationes autem, aut ſunt inductiones, aut ratiocinationes, ad indu-
ctionem commode referuntur exemplum, enumeratio ſiue expe-
ditio, ſubiectio, & dilemma ſiue complexio: ad ratiocinationem ve-
ro ſiue ſyllogiſmum, collectio, ſummiſsio, ſorites, enthymema, e-
picherema.

467 *o* Tractandi & extendẽdi modus.

o Harum 31 porro argumentationum propoſitiones, non ſunt 31 *Cap.2.3.*
aſtricta ac dialectica, ſed rhetorica, figurata, & lacinioſa oratione tra-
ctandæ: varioque ac commutato ordine. Quæ eſt quædam amplifica-
tio ac dilatatio Argumenti. Præter quam eſt alia quoque dilatatio: vt
de quolibet Argumento alia excogitentur iiſdem ex locis communi-
bus Argumenta, probantia videlicet dubias argumentionis propoſi-
tiones: vſq; dum per alias probationes redigatur illud ad prima prin-
cipia, ſi neceſſe fuerit.

468 *p* Modus tractandi, & perpendendi Scripturę ſententias.

p Scripturæ 32 quoque ſententias (quæ vt gratæ ſint, in expectati 32 *Cap.4.*
aliquid viuidique contineant) pertractabit, conſiderando verba, cir-
cumſtantias, ſenſus, antecedentia & conſequentia, contraria, ſimilitu-
dines, figuras ſi fulciat aliis eiuſdem ſcripturæ, aut Patrum ſimilibus
ſenten-

Digitized by Google

ſententijs: ſi per figuram ſuſtentationem dubitationes circa illas moueat, mox reſponſionem ſubiiciat, &c.

33 Sect. 3. *q* Quoad 33 elocutionem vero, quæ & ipſa robori atq; amplificationi argumentorum conducit non parum: intelligat Eccleſiaſtes, Oratorium ſermonem haud debere eſſe ieiunum, aridum, ſimplicem, vulgarem; ſed affluentem, varium, factum, à communi eleuatum. Ergo *r* quatuor virtutes habebit, puritatem, diluciditatem, ornatum, decentiam. 469 *q* Elocutio. *r* Rhetoricæ orationis quadruplex virtus.

34 Cap. 1. *ſ* Pura 34 atq; emendata erit oratio, carens ſolœciſmis ac barbariſmis; obſoletis, poeticis, & affectatis dicendi modis: proprietatem & ſyntaxim idiomatis ſeruans: verborum, phraſiumque copiam, ac varietatem habens. 470 *ſ* 1. Puritas.

t Clara ac dilucida ſit verbis proprijs & vſitatis, non amphibologicis & reconditis: periodis non tam longis, nec vocum nimia tranſpoſitione obſcuris. 471 *t* 2. Claritas.

35 Cap. 2. *u* Ornata, 35 elaborata, ac robuſta oratio eſt, quæ tropis, ac figuris diſtinguitur, numeroſque ſtylo excolitur. Tropi vero ac figuræ, ſunt illi omnes dicendi modi, qui recedunt à communi forma loquendi. 572 *u* 3. Ornatus.

x Et tropus quidem ſermonem à propria ſignificatione transfert in aliam: figura vero, etiam retenta proprietate ſermonis, fieri poteſt. Inter tropos ſunt metaphora, allegoria, antiphraſis, ſynedoche, metonymia, periphraſis, antonomaſia, hyperbole, onomatopœia, paragoge catachreſis, metalepſis. 473 *x* Tropi.

Figuræ vero, *y* aliæ verborum ſunt: quæ ſcilicet in verborum habitudine, & venuſta concinnaque eorum collocatione conſtant; qua ſublata, mutatur vel tollitur figura. Hæ autem ſunt repetitio, conuerſio, complexio, conduplicatio, traductio, agnominatio, gradatio, ſynonymia, copia, epithetum, antithetum, cohabitatio, diſcriminatio, diaphereſis, congeries, diminutio, correctio, reticentia, ſuperfluitas, copulatio, diſſolutio, adiunctio, diſiunctio, diſtributio, ſimiliter cadens ſimiliter deſinens. 474 *y* Figuræ verborum.

z Aliæ figuræ dicuntur ſententiarum: quod non in verbis poſitæ ſunt, ſed in dicendi formulis; quæ variatis quibuſcumque verbis, eædem ſemper conſiſtunt. Huiuſmodi ſunt interrogatio inſtandi gratia, reſponſio ſiue ſubiectio, dialogiſmus, apoſtrophe, communicatio, proſopopœia ſiue ſermocinatio, exclamatio, epiphonema, emphaſis, hyperbole, incrementum, dinoſis, extenuatio, differentia, oppoſitio, compar, ſententia, prouerbium, aſſeueratio, breuitas, præciſio, ſimilitudo, definitio, præparatio, diſtributio, gradatio, congeries, ironia, imitatio, diſſimulatio, eleuatio, reiectio, præoccupatio, conceſsio, compenſatio, inuerſio, excuſatio, correctio, præmunitio, licentia, vrbanitas, 475 *z* Figuræ ſententiarum.

Digitized by Google

tas, præteritio, dubitatio, parentheſis, paradoxum, varietas, commoratio, exornatio, interpretatio, pleonaſmus, tranſitio, ſuſtentatio, attentio, frequentatio, adhortatio, deſcriptio, venuſtas. Item in figuris ſententiarum ſunt, dicendi modi per exoptationem, obſecrationem, expoſtulationem, commiſerationem, ominationem, &c. Et in ſumma illi omnes, qui diuerſi ſunt, & eleuati à vulgaribus, ac ſimplicibus dicendi formulis.

476 Hi tropi atque figuræ (quorum pars maxima ex locis illis communibus concinnantur) ſuo loco interſperſa, reddunt orationem non ſolum ornatam & illuſtrem: verum etiam variam, copioſam, viuidam, vegetam, vigentem, mouentem, &c. præſertim figuræ ſententiarum, quarum ſunt ornamenta maiora.

477 a Numerus Oratorius, & tria dicendi genera.

a Ad hæc ornant quoq; orationem compoſitio ſtyluſque numeroſus, vt iuxta rerum, & generum dicendi exigentiam, nunc circumducta periodo, nunc cæſim & membratim dicatur: vitato vt plurimũ hianti, aſperoue elementorum concurſu.

478 b 4 Decentia.

b Apta 36 denique ac decorum ſeruans oratio erit illa: quæ iſtæc omnia perſonæ cum dicentis tum Auditorum, & rebus quæ dicuntur, dicendique varijs generibus infimo, ſummo, medio; & denique fini atque officio Concionatoris prudenter accommodat, laxat, aſtringit. 36 Cap. 3.

479 c Scribendi praxis.

c His 37 igitur elocutionis perfectionibus imbuta memoria, Eccleſiaſtes argumenta & res, quæ ex locis, & ex autorum, ſuorumue codicum memorabilium lectione excerpſit, atque in tumultuariis tabulis adnotauit, in ordinemque digeſſit; extendat iam & eloquatur; id eſt, ſcribat Concionem ab exordio ad perorationem: ad verbum totam cum cura & varietate componens, quamuis in ediſcendo ac pronunciando non ſe verbis alligans ſingulis. 37 Sect. 4. cap. 6.

480 d Memor.

d Scriptam 38 iam orationem memoriæ infigat. Iuuatur autem memoria pharmacis, temperantia, apathia, rerũ profunda perceptione & frequenti meditatione, ordinata & attenta ſcriptione, ſignorum ad margines adſcriptione, tempore, modo, loco ediſcendi, à ſingulis verbis minutiſque coniunctionibus ac particulis ediſcendis temperatione, ſententiarum Latine dicendarum ac citationum parcitate, longioris Concionis per partes acceptione, ante ſomnum & ſtatim à vigilia memoriæ commiſſorum ſummaria perluſtratione, memoriæ artificio per loca & imagines rerum ordinatas atque in phantaſia beneficias, denique præ adiumentis omnibus quotidiana memoriæ exercitatione. 38 Sect. 5. cap. 1. 2.

481 e Pronunciatio.

e Ad extremum 39 memoriæ commiſſam Orationem Eccleſiaſtes, grauiter ac modeſte, & mature pergens ad ſuggeſtum, ibique ritus omnes de more perſoluens; pronunciet, voce, & geſtu grauib. variis, vigen- 39 Sect. 6. cap. 1. 2. 3.

Digitized by Google

vigentibus,explicatis,rebuſque(citra tamen hiſtrionicam omnem leuitatem)accommodatis. Nec,præter elatiorem vocem, quidquam de modo familiariter loquendi cum ſingulis immutet. Illo in loco(quantum poterit) exſcreatione, tuſsi, narium emunctione,omnique alia fœda actione abſtineat. Pronunciatio vero, quæ merito vltima orationis forma atque anima nuncupatur, quæ res immediate imprimit finemque orationis attingit,quæ item & dominari in concionibus, & altera eloquentia, & tota eloquentia dicitur; qua denique deſtituti Summi Scriptores,vix æquis auribus audiuntur; qua præditi mediocres, maximi habentur Oratores: hæc, inquam, pronunciatio iuuatur ad perfectionem ſuam obſeruatione colloquiorum communis turbæ, imitatione magnorum Oratorum aut quorumcunque qui recte agant ac dicant, exercitatione tam priuata quã publica, admonitione amicorũ de perperam actis, firma rerum dicendarum memoria, permoto reb. dicendis ipſo Oratoris animo,&c.

40 Sect. 7. cap. 1. 2.

f In hiſce 40 omnibus,atque adeo in munere ſuo vniuerſo τὸ πρέπον, 482
f Prudentia.
ac prudentiam ſeruet,erga ſe ipſum,erga auditores, in rebus dicendis, atque in ipſo dicendi artificio.

Hæc habui,quæ de Sacro Eccleſiaſte informando dicerem; & quãtum fieri à me poterat,ad ſcriptionem dictionemque manu deducerem 483
g Operis concluſio.
Non erunt fortaſsis comparanda iis, quæ viri prudentiores ac ſapientiores, & in hoc munere verſatiores expeditiori methodo & doctrina pleniore ſcripſerunt. At viro bono(quemadmodum de ſe 41 Quintilianus aiebat) ſatis eſt docuiſſe quod ſcierit: & mediocritatem ſuam candide atque ſimpliciter in notitiam eorum, ſi qui forte cognoſcere voluiſſent,protuliſſe. Et erit fortaſſe non nemo, qui(vt ſunt varia hominum ingenia) his delectetur atque proficiat: non ſecus ac in lauto opiparoque conuiuio reperiuntur, qui ſpreto attagine, braſsicarum ad ſe bulborumue pulmentum corripiant. Mihi quidem hercle ſatis ſuperque fuerit, ſi meum hoc ſcriptum iſagoge quædam ſit ad monumenta clariſsimorum virorum, vt Sacri Oratores, qui in mea inciderint, moneantur dicendi artem à peritioribus exquirere, atque omnino compertam habere. *h* Namque vt in 42 principio,ita nunc iis omnibus plane aperteque denuncio: Non ſperet quiſquam, magnum ſe aut mediocrem in Eccleſiaſtico munere futurum, ſine arte dicendi & bene percepta, & ad praxim accurate deflexa. Etenim ab arte perſuaſio;& animorum commotio:ab arte concio frequens: ab arte plauſus: Ab arte denique huius muneris omnia. Prudentia enim, quæ requiritur, iam pars eſt artis,totam artem peruadens. Spiritus quoque diuinus, prouehendo 43 & eloquentiæ inſtructo nauigio perneceſſarius, nonne & ipſe humanam induſtriam(quæ in arte ſumma eſt)recipit, atque adeo exigit? quid inquam? nonne & ipſe ad artem pertinet: cum ſit

41 Quintil. lib. 12. cap. vlt.

42 In præfat. & lib. 1. c. 5. nu. 39.

h Ars dicendi, Eccleſiaſte per neceſſaria.

43 Chryſoſt. ho. 2 de ſep. Sanct.

INDEX RERVM NOTABILIVM HVIVS Sacri Eccleſiaſtis.

Academia.

ACADEMIA, ſiue ſeminarium Concionatorum, lib.1. marginali nu.59.

Accidens.

Locus accidentis reducitur ad locum formæ accidentalis.lib.2.n.62.& item ad locum circumſtantium. lib.2.nu.74.

Adam.

Primus mortalium Concionator. lib.1.n.1.

Adhortatio.

Figura ſententiarum. lib.3.n.192.

Adiunctio.

Figura verborum. lib.3.n.132.

Admiratio.

Lege, Affectus.

Aduerbia.

Referuntur ad epitheta. lib.3.n.122.

Aduerſaria.

Lege, Libri memorabiles.

Aemulatio.

Lege, Affectus.

Affectus.

Quid ſit affectus. lib.2.n.186.

Quando, & quomodo excitandi aut ſedandi affectus. lib.2.à n.185.

Affectuum doctrina quomodo tractanda. lib.2.nu.186.& 197.

De amore, & odio. lib.2.nu.187.

De auerſione, & deſiderio. lib.2.n.188.

De gaudio, & dolore. lib.2.n.189.

De miſericordia, & gratia. lib.2.n.190.

De inuidia, æmulatione, contemptu dignitatis indignatione. lib.2.n.191.

De verecundia, & impudentia. lib.2.n.192.

De ſpe, confidentia, deſperatione. li.2.n.193.

De timore, & audacia. lib.2.n.194.

De ira. lib.2.nu.195.

De admiratione. lib.2.n.196.

Ad excitandos, reprimendos, extirpandos affectus noſcendi ſunt hominum varij mores. lib.2.à nu.198.

Quinam ſint proni ad amorem, cupiditatem, gaudium, &c. lib.2.à nu.199.

Iuuenum, ſenum, virilis ætatis mores. lib.2.à num.205.

Agnominatio.

Figura verborum. lib3.nu.118.

Allegoria.

Qualis tropus eſt. lib.3.n.101.

In quo differt à metaphora. ibid. Quas virtutes habeat. ibid.

Allegoriæ Scripturales pertinent ad locum ſimilium. l.2.nu.82.

Silua allegoriarum. ibid.

Ambitio.

Corrumpit concionatorem. lib.1.n.25.

Amor.

Prophani amoris ſimitudines & deſcriptiones fugiendæ. l.2.nu.211.

Lege, Charitas, Affectus.

Amplificatio.
Quid ſit. lib.2.nu.170.& 181.
In quonam ſit eius vis. l.2.n.170.
Seruit motui, tamquam generale inſtrumentum. l.2.n.169.
Aptior eſt generi demonſtratiuo. ibid.
Fit argumentis conglobatis, & oppoſitorum, ſimiliumue conflictione. l.2.à n.171.
Rebus item, verbiſque magnis, figuris, numero. l.2.n.182.& 183.
Quatuor amplificandi modi ex Quintiliano. l.2.nu.184.
Qualem oportet eſſe amplificationem in peroratione. l.3.n.264.

Antecedentia, & conſequentia.
Eorum duo genera, & duplex vſus. l.2.nu.71.& 72.

Antiphraſis.
Tropus eſt, & ſpecies allegoria. l.3.n.102.

Antithetum.
Figura verborum. l.3.n.123.

Antonomaſia.
Tropus eſt. l.3.n.106.

Apologus.
Reducitur ad ſimilitudinem. l.2.n.80.& 81.

Apoſtoli.
Fuerunt concionatores. l.1.n.1.
Quales Concionatores. l.1.n.48.& l.3.n.215. 217.
Artem dicendi habuerunt præfat. nu.5.

Apoſtrophe.
Figura ſententiarum. l.3.n.141.

Argumentum.
Quid ſit. l.2.n.23.
Argumenta ſunt notiora, & probabiliora quæſtione, quam probant. ibid.
Argumenta eruenda ſunt ex locis. præfat. n.4. l.2.n.103.l.3.n.385.
Paradigma inuentorum ex locis argumentorum. l.2.à nu.126.
Inuenta argumenta tractanda ſunt ac dilatanda. l.2.nu.123.l.3.à n.26.& n.277.285.
Eius rei neceſſitas & vtilitas. l.3.n.27.
Quomodo tractantur & dilatãtur. l.3.à n.26.
Iudicij munus in hac re. l.3.n.41.& 49.
Extendendorum argumentorum praxis. lib.3. num.41.
Paradigma extendendorum argumentorum. l.3.à nu.44.
Poſtea ſunt eloquenda argumenta l.3.n.82.
Paradigma eloquendorum argumentorum. l.3.à nu.220.
Dilatatio, & elocutio argumentorum eloquẽtem oſtendit. l.3.n.26.& 82.
Argumentorum delectus, & diſpoſitio. l.2.nu.n.120.l.3.à nu.2.& nu.276.
Ordo efficacitatis inter argumenta. l.2.n.121.
Inſitorum argumentorum virtus. præf. nu.4. lib.2.nu.103.l.3.n.385.
Pauca argumenta vni concioni ſufficiunt. l.3. nu.42.& 383.
Argumenta conglobata valent ad motum. l.2. à nu.171.
Ratio, quare ſic moueant. l.2.n.181.
Aduerſariorum argumenta, quo pacto diluenda. l.3.n.43.& 258.

Argumentatio.
Quid ſit, & quotuplex. l.3.à nu.28.
Argumentationum vſus. l.3.à nu.40.
Argumentationes variandæ, & Oratorio modo explicandæ, ac diſponendæ. ibid.
Aduerſa argumentationes, qua ratione infirmanda. lib.3.n.43.& 258.

Ars.
Artes practicæ ex ipſa operatione præcipue diſcuntur. l.1.n.54.
Ars dicendi quid ſit, & quotuplex. præfat. nu 5.
Conflatur ex Dialectica, & Oratoria. l.1.nu. 39.
De quacunque re differit. præf. nu. 4.& 8.l.3. nu.483.
Quinque eius munera. l.2.n.1.

Item

Item alia tria munera. l.2.n.3.
Et rurſus alia tria. l.3.n.289.
Ars dicendi obſeruanda quoque fuit ex S.Scriptura. l.1.n.82.
Eius neceßitas. præf.n.5. l.1.nu.29.46.47.l.2. nu.119.l.3.nu.483.
Eius præſtantia, ac difficultas. l.2.n.118.
Eſt pro magna bibliotheca. præf.nu.4.& l.3.n. 389.
Eſt eloquentiæ lapis lydius. l.1.n.47.
Qui prudenter ex arte dicit, omnibus placet. l. 3.nu.219.
In adoleſcentia eſt addiſcenda, præf.n.2.l.1.n. 46.l.3.n.483.
Eius ſtudium quale eſſe debet. l.1.n.46.
Eius initia deuoranda. l.2.n.36.
Modus facile comparandæ, ac conſeruandæ. l.3. nu.483.
Ars concionatoria non eſt ab illa rhetorum diuerſa præf.num.8.
Ars in Concione quo pacto occultanda. l.3.nu. 433.
Summa totius artis Concionatoriæ. l.3.à nu. 434.

Aſſeueratio.

Figura ſententiarum. l.3.nu.156.

Attentio.

Figura ſententiarum. l.3.nu.190.
Lege, Exordium.

Auaritia.

Corrumpit Concionatorem. l.1.n.25.

Audacia.

Lege, Affectus.

Auditorium.

Lege, Concionis frequentia.

Auerſatio.

Lege, Affectus.

Autoritas.

Locus autoritatis quid eſt. lib.2.nu.98.
Autoritas diuina, in quibus eſt. l.2.n.90.
Autoritas humana qualis. l.2.n.100.
Vſus locorum autoritatis præf.n.4. l.2.n.101.
Eorum latitudo. l.2.n.102.
Concionatorum abuſus circa autoritates. l.2. nu.103.
Autoritates neque nimis vulgata ſint, neque ſuperflua, neque non ponderata. l.2.n.104. l.3.nu.385.397.
Ordo circa vſum autoritatum. libr.2. num. 104.
Autoritates rationibus ſeu argumentis inſitis maritandæ. l.2.n.103.l.3.n.383.
Longiores ſententiæ quo pacto referendæ. l.3.n. 387.& 397.

Beneuolentia.

Lege, Exordium.

S.Bernardus.

In vſu Scripturarum plurimus, ac feliciſſimus. l.2.nu.103.
Item in vſu figuræ agnominationis. lib.3.num. 118.

Bonum.

Tria genera bonorum demonſtratiui generis. l.2.nu.150.
Tria genera bonorum generis deliberatiui. l.2. num.161.

Breuitas.

Figura ſententiarum. l.3.n.157.
Breuitas concionis commendatur. l.3.nu.268. 276.386.430.

Catachreſis.

Tropus eſt. l.3.nu.110.

Cauſa.

Vbertas loci cauſarum. l.2.n.60.
Cauſæ quatuor. ibid.
Vſus arguendi à materia triplici. l.2.num.61. *A forma triplici.* l.2.num.62. *A triplici efficiente.* l.2.nu.63. *A triplici fine.* lib.2.num. 64.
Regula de cauſa in potentia, de cauſa in actu, & de cauſæ affectionibus. libr.2. numero 65.
Pronunciatum generale pro omnibus cauſis. ibid.

Chari-

Digitized by Google

Charitas.
Magnam partem rhetoricarum præceptionum per ſe ipſa ſuggerit. lib.1.n.26.
Chriſtus.
Concionatorum princeps. l.1.n.1.
Eius concionandi forma. l.3.n 215.
S.Chryſoſtomus.
Omnes eloqentiæ partes implet, & forma concionatorum meritò eſſe poteſt. l.1.n.35.l.3. n.71.& 297.
Felix eſt, & copioſus in ſimilitudinibus. lib.2. nu.76.
Circumſtantia.
Triplicia ſunt. l.2.n.73.& 162.
Eorum vis in amplificando magis, & deſcribendo, quam in confirmando apparet. lib.2. nu.75.
Maxime conducunt quæſtioni finitæ. ibid.
Et præſertim generi demonſtratiuo. l.2. à nu. 150.
Circumſtantiæ perſonarum. ibid.
Circumſtantiæ actionis ſiue facti. lib.2.n.153.
Cohabitatio.
Figura verborum. l.3.n.124.
Collectio.
An ſit ſpecies argumentationis. l.3.n.39.
Commoratio.
Figura ſententiarum. l.3.n.184.
Communicatio.
Figura ſententiarum. l.3.n.142.
Compar.
Figura ſententiarum. l.3.n.153.
Compendium.
Summa ſiue compendium totius Artis dicendi. l.3.à nu.434.
Compenſatio.
Figura ſententiarum. l.3.n.172.
Complexio.
Species argumentationis. l.3.n.33.
Figura verborum. l.3.n.115.
Compoſitio.
Lege, Numerus Oratorius, Stylus.
Conceptus.
Conceptus prædicatorij quid ſint. præf.nu.3. & l.3.nu.194.
Quid ſint conceptus Scripturales. l.2.nu.104. & l.3.nu.56.
Conceſsio.
Figura ſententiarum. l.3.n.171.
Concio.
Antemeridianæ, & pomeridianæ Concionis differentia. l.2.à n.13.& l.3.n.420.
Concionum tria genera. l.2.nu.11.
Concionum variæ formæ in pertractandis Euangeliis. l.2.à nu.13.
Concionis partes. l.3.à nu.235.
Vltima concionis verba, qualia futura ſunt. l. 3.nu.264.
Praxis conſcribendæ concionis. l.3.à nu.271.
Paradigma concionis in genere ſuaſorio. l.3. à nu.290.
Paradigma concionis in genere diſſuaſorio. l.3. à nu.320.
Paradigma concionis in genere encomiaſtico. l. 3.à nu.334.
Alterum paradigma in eodem genere. l.3.à nu. 369.
Concio frequens, ad quē concionatorem. præf. nu.4.l.3.n.216.
Concionatori non tam Auditorium curandū, quam fructus. ibid.
Lege, Oratio, Partes, Genus.
Concionator.
Lege, Eccleſiaſtes, Orator.
Concordantia.
Concordantiarum Biblicarum vſus. l.1.n.33.
Conduplicatio.
Figura verborum. l.3.n.116.
Confirmatio.
Eſt fere totiū Orationis corpus. l.2.n.4.& 252.
Ceteræ partes ei ſeruiunt. ibid.
In ea argumenta diſponuntur, & eloquenter dilatantur. l.3.n.4.& 253.
In ipſa etiam fit motus. l.3.nu.254.255.285.

Quantam

Quantam vim confirmatio conferat ad motum.lib.2.nu.167.169.& lib.3.nu.41.259.260.
Quantam ad delectationem. l.2.n.214.
Confirmatio generis exornatiui, perpetuus motus,& amplificatio eſt. l.3.n.255.
Introductio, digreſſio, confutatio pertinent ad confirmationem. lib.3. num.256.257.258.

Confutatio.

Pars eſt orationis ſub confirmatione comprehenſa. l.3.n.258.
Quem locum habet. ibid.
Quomodo fit. l.3.n.43.& 258.

Congeries.

Figura verborum. l.3.n.126.
Figura ſententiarum. l.3.n.164.

Conglobata.

Sunt argumenta ad motum valentia. lib.2.à num.170.
Ipſis ſeruit argumentatio epicherematis.lib.3.nu.36.

Coniectura.

Lege, Iudicialis generis tres ſtatus.

Coniugata.

Quid ſint. l.2.n.52.
Quæ illorum maxima, vſus, & acumen in cõfirmando. l.2.n.53.

Contentio.

Contentio demonſtratiua ad locum ſimilitudinis.l.2.n.80.& 81.

Contraria, & Contradicentia.

Lege, Oppoſita.

Conuerſatio.

Cautela concionatoris in conuerſando. l.1.nu.29.

Conuerſio.

Figura verborum. l.3.n.114.

Copia.

Figura verborum. l.3.n.121.
Copia rerum ex confutatione. l.3.n.43.
Copia verborum quid conferat, & quomodo paretur. l.3.n.90.& 121.
Lege, Inuentio.

Copulatio.

Figura verborum. l.3.n.131.

Correctio.

Figura verborum. l.3.nu.128.
Figura ſententiarum. l.3.n.175.

Decorum.

Quid ſit, & quam neceſſarium, ac difficile.l.3.nu.208.
Opus eſt iudicij magis, quam artis. ibid.
In quibuſnam rebus ſeruandum. l.3.n.209.

Definitio.

Quid ſit, & quotuplex. l.2.n.37.
Qua ratione conficiatur. l.2.n.38.
Sex eius loci maxime ſine pronunciata. lib.2.nu.39.
Praxis, & exempla confirmandi definitum à definitione. l.2.à nu.39.
Interdum verſa vice, definitio per definitum probatur. l.2.n.44.
Definitio figura ſententiarum. l.3.n.160.

Delectatio.

Adhibenda eſt Oratori. l.2.n.210.
Quatenus, & qua cautela. l.2.à nu.211.
Quid faciat ad delectandum. l.2.n.168.189.à nu.214. & l.3.nu.211.216.250.à n.92.per totum.cap.2.

Deliberatiuum genus.

Quid ſit. l.2.nu.9.
Vſurpatiſſimum eſt concionatori. ibid.
Rei faciendæ vtilitate ac facilitate perſuadet. l.1.n 161.
Diſſuadet altero deficiente. ibid.
Diſpoſitio rerum huius generis.l.3.num.15.& 283.
Huius generis decorum. l.3.n.211.
Lege, Narratio.

Demonſtratiuum genus.

Quid ſit. l.2.n.9.& 149.
Eius frequens in concionibus vſus. l.2.n.9.

Digitized by Google

Omnia admittit ornamenta. lib.3. num.211. 241.282.
Locus circumſtantium illi maxime conducit. l.2.n.150.
Quomodo perſona laudatur. l.2.à nu.150.
Quomodo res. l.2.à n.155.
Cum vnum tantum perſona facinus aut prærogatiua l. u latur, quid agendum. li.2.nu. 157.& l.3.n.282.
Rerum laudationibus ſeruientium delectus. l. 2.n.156.
Quonam ordine res iſtius generis diſponuntur. l.3.n.16.& 282.
Eius decorum. l.3.n.211.
Vituperationis ſcatebra. l.2.n.160.
Lege, Exordium, Narratio, Confirmatio, Gratulatio, Gratiarum actio, Amplificatio.

Demoſthenes.

Timebat Phocionem antagoniſtam probitatis nomine præclarum. l.2.n.108.
Plurimus eſt in figuris ſententiarum, quare eius eloquentia maxime commendabilis.l.3. nu.137.
Induſtria ſuperauit impedimenta eloquentiæ. l.1.n.9.& 57.

Deſcriptio.

Deſcriptionis loci natura, maxima, & vſus. l. l.2.n.46.& 47.
Deſcriptio figura ſententiarum. lib.3.numero 193.

Deſiderium.

Lege, Affectus.

Dialectica.

Quantum in ipſa præſidij ſit concionatori. l.1. n.39.& l.2.n.28.
Eſt Oratoria gemella. ibid.

Dialogiſmus.

Figura ſententiarum. l.3.n.140.

Differentia.

Differentiæ locus ad definitionem reuocatur. l. 2.n.45.
Item ad locum cauſarum. l.2.n.66.
Differentia figura verborum. l.3.n.125.
Figura ſententiarum. l.3.n.151.

Digreſsio.

Lege, Confirmatio.

Dilemma.

Species argumentationis. l.3.n.33.

Diligentia.

Multum valet ad ſuperandos naturæ defectus. l.1.n.9.

Diminutio.

Figura verborum. l.3.n.127.

Dinoſis.

Figura ſententiarum. l.3.n.149.

Diſcriminatio.

Figura verborum. l.3.n.125.

Diſiunctio.

Figura verborum. l.3.n.133.

Diſparata.

Lege, Repugnantia.

Diſpoſitio.

Quid ſit. l.3.n.3.
Proprie ſpectat ad confirmationem. l.3.n.4
Ordinare, iudicij eſt. l.3.n.5.
Ad rem, & ſcopum omnia dirigenda. l.3.n.6.
Varij ordines, quibus vti poteſt Orator. lib.3.à num.7.
Commendatur ordo doctrinæ, qui & ipſe multiplex eſt. l.3.à nu.10.
Primo, & poſtremo loco argumenta validiora, debiliora in medio. lib.3.numero.19.& 276.
Ordo argumentationum, & partium earum. l.3.n.21.
Diſpoſitiones, & ordines variandi. l.3.n.20.
Diſpoſitio partium orationis.l.3.à nu. 235. & à nu.280.

Diſsimile.

Lege, Simile.

Diſsimulatio.

Figura ſententiarum. l.3.n.167.

Diſſolutio.

Figura verborum. lib.3.nu.131.

Diſtri-

Digitized by Google

Diſtributio.

Figura verborum. *l.3.n.134.*

Figura ſententiarum. *l.3.n.162.*

Diuiſio.

Diuiſionis locus ad locum repugnantium ſpectat.l.2.n.96.

Quinam eius vſus. *ibid.*

Diuiſio Rhetorica quid ſit, & quid conferat.l.3.n.41.

Docere.

Quid valeat ad docendum.l.2.ſect.1.& 2.& l.3.n.203.204.

Docilitas.Lege, Exordium.

Dolor.

Lege, Affectus.

B.Dominicus.

Vndenam eius in concionando feruor. li.1.nu.26.

Dubitatio.

Figura ſententiarum. *l.3.n.180.*

Eccleſiaſtes.

Qualis eſt ſine arte.præf.nu.3. Sine arte nullus perfectus, nec bonus, præf.nu.4.& 5.& l.3.n.483.

Cur multi concionatorum negligunt Artem dicendi præf.n.2.

Dignitas Eccleſiaſtæ. *l.1.n.1.*

Finis. l.1.nu.1.25.26.l.2.nu.2.l.3.n.213.386.389.

Munus vtile ac neceſſarium.lib.1.nu.2.difficile atque oneroſum. l.1.n.3.25.& l.3.nu.216. expoſitum cenſuræ,& obtrectationibus.l.1.nu.3.periculoſum. l.1.n.4.fructuoſum. l.1.num.5.

Nomina, & Symbola concionatorum.l.1.n.2.& 16.

Concionatores in cœlo habent aureolam.lib.1.nu.5.

Concionatores perfecti pauciſſimi, & quare.l.1.nu.3.

Dotes & virtutes ipſis requiſitæ. li.1.n.3.8.10.& à nu.15.item l.2.n.105.

Quot genera concionatorum. *l.1.n.13.*

Apti & inepti concionatoris differentia. lib.3.nu.82.

Spiritus ſacro Eccleſiaſtæ neceſſarius eſt.l.1.n.3.l.2.n.107.169.l.3.n.215.

Et debet eſſe ſpiritualiter eloquens. l.1.nu.41.l. à nu. 213.

Otium ad ſe comparandum. *l.3.n.430.*

Concionatorem tria perficiunt, Spiritus, Sapientia, eloquentia. libr.1.nu. 41.

Quid ſit cum ſpiritu & efficacia dicere.l.2.nu.107.169 l.3.n.414.

Concionatores ſunt homines vita miſtæ. lib.1.nu.28.

Eccleſiaſtes fugiat ſpectacula, conuiuia, negotia.l.1.n.29.

Nemo concionetur, qui ſe prius non perfecerit. l.1.nu.22.

Nec,niſi mittatur. *l.1.nu.11.*

Eruditio concionatorum, qualis.l.1.à n.31.& l.2.à nu.115.

Non tantum argumentis, ſed etiam doctrina, & probitatis opinione perſuadent.l.1.n.20.29.l.2.à n.105.

Mouere maxime intendat concionator, ſed nõ appareat velle,niſi docere. *l.n.433.*

Quisnam aliorum concionib.dicere poſſit. l.1.num.9.

Sanctorum concionatorum fructus. l.1.n.2.l.2.nu.107.

Malus Eccleſiaſtes vituperat miniſterium, & ore ſuo condemnatur.l.1.n.16.17.eſt inefficax,& infructuoſus. l.1.à n.19.l.2.nu.107.108.imo concionator non eſt. *l.1.n.22.*

Lege, Ars, Orator, Eloquentia.

Effecta.

Maius robur habent ad probandas cauſas,quã cauſa ad ipſa. *l.2.n.67.*

Eorum vſus. *l.2.n.68.*

Eleemoſyna.

Eius populo commendanda vſus.l.3.n.266.& 270.

Lege, Affectus miſericordiæ.

Eleuatio.

Figura ſententiarum. l.3.n.168.

Eloquentia.

Perſpicitur in rerum tractatione.lib.3.nu.26. & 82.

Vis,difficultas, & parabilitas elocutionis.li.3. nu.82.83.

Quatuor eius virtutes. l.3.à nu.84.

Tropi, & figuræ faciunt orationem eloquentem. l.3.n.196.

Eloquentia Chriſtiana,qualis.l.3 à n.214.& nu.384.385.

Qualis eſt verus eloquens. l.3.n.207.

Differentia inter facundum,& eloquentem.l. 3.nu.214.

Eloquentia debet eſſe ſeria.l.3.n.214.217.388. 433.

Abuſus Concionatorum in eloquendo, quinam, & vnde oriatur. l.3.n.218.

Lege, Oratio.

Emphaſis.

Figura ſententiarum. l.3.n.146.

Enthymema.

Argumentatio eſt Oratoria. l.3.n.35.

Enumeratio.

Argumentum topicum. l.2.à nu.57.

Argumentum conglobatum. l.2.n.173.

Species argumentationis. l.3.n.31.

Figura ſententiarum. l.3.n.191.

Pars perorationis. l.3.n.262.263.

Epicherema.

Species argumentationis. l.3.n.36.

Epiphonema.

Figura ſententiarum. l.3 n.145.

Epithetum.

Figura verborum. l.3.n.122.

Quid differt ab antonomaſia. l.3.n.122.

Quid cauendum in epithetis. ibid.

Eruditio.

Quænam ſit ſacra eruditio ad concionandum requiſita. l.1.à nu.31.

Eruditio ſæcularis. l.3. à nu.37.

Eruditionis vniuerſitas Oratori ſacro neceſſaria.l.2.n.118.

Euangelium.

Euangeliorum pro cõcione tractandorum varia methodi. l.2.n.13.

Concionis Euangelium bene conſiderandum. l.3.nu.272.

Euchariſtia.

Sumenda concionatori, priuſquam ad populum dicat. l.1.n.28.

Exclamatio.

Figura ſententiarum. l.3.n.144.

Excuſatio.

Figura ſententiarum. l.3.nu.174.

Exemplum.

Reducitur ad ſimilitudinem. l.2.n.80.

Vis eius,atque tractatio. l.2.n.81.

Paranda copia ſelectorum exemplorum. ibid.

Exemplum, ſpecies argumentationis.lib.3.nu. 30.

Exercitatio.

Efficaciſſima, & neceſſaria ad faciendum Oratorem. l.1.n.54.

Conſtat meditatione,ac ſtylo. l.1.n.55.

Modus, & variæ eius proluſiones. ibid.

Exordium.

Eſt prima pars concionis, & vero neceſſaria.li. 3.nu.236.

In eo mouentur leniter; ac diſponuntur animi ad reliquam dictionem. ibid.

Qua ratione captetur in eo (cum opus eſt) beneuolentia.l.3.n.237.attentio.n.238. docilitas.n.239.

Eadem tria munera præſtanda per totam orationem. l.3.n.240.

Virtutes exordij. l.3.n.241.

Eiuſdem conſtruendi modus. l.3.n.242.

Exordium ſit in excogitatione poſtremum,ſed primum in ſcriptione. l.3.n.278.280.

Exornatio.

Figura ſententiarum. l.3.n.185.

Expe-

Digitized by Google

Expeditio.

Species argumentationis. l.3.n.31.

Expolitio.

Species argumentationis. l.3.n.29.

Figura ſententiarum. l.3.n.185.

Extenuatio.

Figura ſententiarum. l.3.n.150.

Fides.

Fit argumentis. l.2.à nu.23.

Fit etiam opinione probitatis ac ſcientiæ Oratoris. l.2.à nu.105.

Figura.

In quo conuenit cum tropo. li.3.nu.93. *in quo differt.* nu.94.

Diſtinctio inter verborum, & ſententiarum figuras. l.3.n.95.

Figuræ verborum explicantur. l.3.à nu.113.

Explicantur illæ ſententiarum. libr.3.à num. 137.

Figuræ ſententiarum elegantes atque efficaces præ verborum figuris. lib.3.num.137. & 196.

Figuræ ſunt multo plures, quam quæ ab Autoribus proferuntur. ibid.

In eadem ſententia plures eſſe poſſunt tropi & figuræ. l.3.n.94.& 196.

Figuræ ac tropi non ſolum ornant, ſed & roborant orationem. l.3.n.92.& 196.

Seruiunt etiam doctrinæ ac delectationi. lib.3.nu.196.

Fiunt ex locis communibus: ibid.

Troporum ac figurarum cognitio debet eſſe Oratori Sacro exploratiſſima, & maxime familiaris. l.3.n.196.& 279.

Qua ratione, & obſeruatione tropis, & figuris vtendum. l.2.n.196.& 214.

Frequentatio.

Figura ſententiarum. l.3.n.191.

Funebre genus.

Lege, Genera miſta.

Gaudium.

Lege, Affectus.

Genus.

Locus generis, eiuſquè vbertas. l.2.n.59.

Tria genera Concionum. Lege, Quæſtio, Concio, Deliberatiuum, Demonſtratiuum, Iudiciale.

Genera miſta, quænam ſint. l.2.n.10.& 163.

Quomodo tractentur. ibid.

Tria genera dicendi, ſummiſſum, temperatum graue. l.3.à nu.203.

Eorum diſtinctio, vſus, commiſtio. ibid.

Gloria.

Diuina gloria, finis concionatorum.

Lege, Eccleſiaſte finis.

Inanis gloriæ antidotum. l.1.n.25.

Gradatio.

Figura verborum. l.3.n.119.

Figura ſententiarum. l.3.n.163.

Gratia.

Gratia ſermonis quænam ſit. l.1.n.10.

Gratiarum actiones quomodo fiant. lib.2.nu. 158.

Lege, Affectus.

Gratulatio.

Quo pacto habenda in genere demonſtratiuo. l.2.n.159.

Hæreſis.

Hæreticorum blaſphemiæ ſophiſmata non ſunt pro roſtris catholico populo vulganda. l.3.n. 258.

Humilitas.

Vnice neceſſaria Eccleſiaſte. l.1.n.27.

Quibus artibus comparetur. ibid.

Hyperbole.

Tropus: l.3.n.107.

Figura ſententiarum. l.3.n.147.

Hypotheſis.

Lege, Quæſtio finita.

Hypotypoſis.

Figura ſententiarum. l.3.n.193.

Idioma.

Callendum idioma in quo dicitur. l.1.n.4. & l.3.à n.86. itemque nu.396.

Digitized by Google

Eius vſus. ibid.
Quomodo addiſcatur. l.3.à n.87.

Imitatio.

Quanti facienda. l.1.n.47.
Sine Arte, periculoſa. ibid.
Quinam imitandi. l.1.n.48.
Sit imitatio cauta, moderata, proprio ingenio accommodata. l.1.n.51.
In iis, quos imitamur, obſeruandum eſt artificium. l.1.n.52.
Autores non ſolum imitandi, ſed etiam æmulandi. l.1.n.53.
Imitatio figura ſententiarum. l.3.nu.166.

Incrementum.

Figura ſententiarum. l.3.n.148.

Indices.

Lege, Libelli memorabiles.

Indignatio.

Lege, Affectus.

Inductio.

Species argumentationis. l.3.n.29.
Duplex eſt. ibid.

Inſinuatio.

Figura ſententiarum. l.3.n.161.

Inſtitutio.

Lege, Genera miſta.

Inſtructor.

Neceſſitas, & qualitates Inſtructoris. l.1.n.58.
In quo iuuandi ab eo, & corrigendi ſumus. ibidem.

Intentio.

Puritas intentionis neceſſaria concionatori. l.1.num.25. lib.2. numer.213. libr.3. numero 215.
Vitiatur ambitione, & lucri cupiditate. lib.1. nu.25.

Interpretatio.

Figura ſententiarum. l.3.n.186.

Interrogatio

Figura ſententiarum. l.3.n.138.

Introductio.

Lege, Confirmatio.

Inuentio.

Quadruplex eſt, quæſtionis, fidei, motus, delectationis. l.2.nu.3.& 22.
Inuentio quæſtionis. l.2.à nu.4.
Inuentionis ad faciendam fidem prior ratio. l.2.à n.22. altera ratio à nu.148.
Inuentio ad excitandum motum. lib.2. à nu.166.
Inuentio ad delectandum. l.2.à nu.209.
Inuentio laboratur, præſertim à tyronibus. l.2. num.217.
Inuentio abuſiue dicta. lib.2.nu.15. 79. lib.3. num.2.

Inuerſio.

Figura ſententiarum. l.3.n.173.

Inuidia.

Lege, Affectus.

Ira.

Lege, Affectus.

Ironia.

Figura ſententiarum. l.3.n.165

Irriſio.

Figura ſententiarum. l.3.n.165.

Iſocrates.

Quare à pronunciando deterritus. lib.1. numer.7.

Iudiciale genus.

Quid ſit. l.2.nu.9.
Rarus concionatori eius vſus. ibid.
Tres ſtatus huius generis, eorumque tractatio. l.2.n.162.
Qua diſpoſitione res in hoc genere ordinentur l.3.n.17.& 284.
Eius decorum. l.2.n.211.
Lege, narratio.

Iunctura.

Pertinet ad diſpoſitionem. l.3.n.22.
Eius neceſſitas, & vtilitas multiplex. ibid.
Iunguntur partes per tranſitionem. lib.3. numer.23.
Eius plura genera, tam ſimplicia, quam figurata. l.3.n.23.& 24.

Com-

Digitized by Google

Commendatur varietas tranſitionum. lib. 3. *num.* 25.

Lectio.

Librorum lectio, qua ratione fructuoſa eſt.l. 1. *nu.* 43.

Sacra lectio.Lege, Concio pomeridiana.

Libri.

Opportunus librorum vſus præf.nu. 4.*l.n.* 2.*n.* 117.*l.*3.*n.* 275.280.

*Quos ſibi libros comparet Eccleſiaſtes. l.*1.*n.*42 *l.*3.*n.*275.

*Libelli memorabiles.l.*1.*nu.*44.*l.*2.*nu.*117.*l.*3. *nu.*389.

Licentia.

Figura ſententiarum. *l.*3.*n.*177.

Lingua.

Lege, Idioma.

Loci.

Loci ſunt argumentorum ſedes. *l.*2.*n.*23

Communium locorum primus inuentor Ariſtoteles. *l.*2.*n.*25.

Duplices ſunt, inſiti, & remoti. *l.*2.*n.*24.

*Locorum varia partitiones, ac ſeries. li.*2.*à nu.* 26.

Quis ſit locus dictus, Maxima, & locus differentia maxima. *l.*2.*n.*29.

*Recta locorum, & argumentorum nomenclatura.l.*2.*n.*31.

Plures loci idem quandoque proferunt argumentum. *l.*2.*n.*111.

Loci, alij alijs vberiores. *l.*2.*n.*122.

*Ex iiſdem locis, ex quibus eruuntur, tractantur etiam, & amplificantur argumenta. li.*2.*n.*123.*& l.*3.*n.*41.

*Locorum communium theſauri reſerantur. l.*2.124.*& l.*3.*n.*41.

*Scientia locorum per neceſſaria. li.*2.*nu.*36.*&* 124.

*Modus addiſcenda topica. lib.*2.*num.*36.43. 124.

Loci proprij, qua ratione ſub communibus accipiendi. *l.*2.*n.*112.

Propriorum locorum neceſſitas. *l.*2.*n.*113.

Exemplum vſus propriorum, & communium locorum. *l.*2.*n.*114.

Vndenam, & qua diligentia comparandi loci proprij. *l.*2.*n.*115.*&* 116.

*Paradigma quaſtionis ducta per locos.l.*2.*à nu.* 126.

Maius, Minus.

*Maiorum loci vſus ex Ariſtotele negatiuus eſt. l.n.*83.

Minorum affirmatiuus. *l.*2.*n.*84.

Cicero & alij, aliter tractant. *l.*2.*n.*86.

Materia.

Lege, Quaſtio, Thema.

Maxima.

*Maximarum ſiue pronunciatorum vſus.l.*2.*n.* 29.30.114.

Vndenam eruuntur. *l.*2.*n.*29.

*Varia maxima ſingulorum locorum. lib.*2.*à nu.*37.

Meditatio.

*Iuuat maxime ſcriptionem. l.*1.*nu.*55.*& l.*3. *num.*279.

Memoria.

Memoria Oratori perneceſſaria. *l.*3.*n.*391.

*Memoria donum natura, & quid ſit.l.*3.*num.* 392.

*Iuuari induſtria poteſt, & quo pacto.l.*3.*num.* 198.*& à n.*392.

*Memoria artificioſa, locis, & ſimulacris imaginatione conceptis, quomodo fiat.l.*3.*à nu.* 399.*vtilis, nec ne ſit.n.*405.

*Non eſt ad verbum tota concio ediſcenda. li.*3. *n.*287.*&* 396.

Res ediſcenda potius, & quanam. *ibid.*

Metalepſis.

Tropus eſt. *l.*3.*n.*111.

Metaphora.

Tropus eſt. *l.*3.*n.*96.

*Eius natura, multiplicitas, vis, atque perfectio. l.à n.*96.

Quid differt à ſimilitudine. *l.*3.*n.*100.

Meto-

Metonymia.
Tropus eſt. *lib.3.nu.104.*
Miſericordia.
Lege, Affectus.
Miſsio.
Neceſſaria concionatori. *l.1.n.11.*
Legitima miſſio à quonam ſit, & quotuplex.l. 1.nu.12.
Motus.
Quando, & ad quid mouendi ſunt Auditores. l.2.n.161.
Motus eſt anima, & ſanguis concionis. l.2.nu. 168.l.3.n.285.
Non fit clamoribus, ſed amplificatione rerum. l.2.n.169.& l.3.n.414.
Ante motum præmittenda quæſtionis confirmatio.l.2.nu.167.169.186.& l.3.nu.41. 260.
Per meditationem, & ſpiritum commotus Orator, Auditores mouet, l.2.n.169.186.& l. 3.n.279.
Motum excitant res natura vel vſu magna, verba grandia, figuræ, & numerus dicendi. l.2.n.182.183.& l.3.n.196.
Quatuor, quæ motum gignunt, ex Quintiliano.l.2.n.184.
Motu affectus excitantur. *l.2.n.185.*
Vt recte poßit excitari motus, noſcendi mores hominum. *l.2.à nu.198.*
Quem in oratione locum habeat motus.lib.3. nu.254.255.259.285.
Genus dicendi graue, valet ad motum. lib.3.n. 206.
Auditores cum mouentur, delectatur. lib. 2.n. 214. & l.3.nu.216.
Narratio.
Pars eſt orationis, quid ſit, quem locum habeat in concione. *l.3.à nu.243.*
Præparat ſolũ confirmationi.l.3.à n.235.243.
De narratione in quæſtione infinita. lib.3.nu. 244. in genere iudiciali. nu. 243. in genere deliberatiuo.n.265.in genere demonſtratiuo.n.297.
Parabola, vel hiſtoria Euangelica, vbi narrãda.l.3.n.248.
Narrandi occaſio in tota oratione. li.3.n.249.
Narrationis perfectiones. *l.3.n.250.*
Varij narrandi modi. *l.3.n.251.*
Poſt narrationem docilitas enucleatior l.3.nu. 246.
Natura.
Naturæ aptitudo, neceſſaria concionatori. li.1. nu.7.& 39.
Natura arte iuuanda, & terrigenda.præf.n.5. l.1.n.39.
Iudicium de naturalibus defectibus. *l.1.n.9.*
Nemeſis.
Lege, Affectus indignationis.
Nomen.
Lege, Opinio, Notatio.
Notatio.
Notationis ſiue etymologiæ vis, & vſus.l.2.nu. 49.& 50.
Numerus Oratorius.
In oratione Eccleſiaſtica requiritur aliquis numerus.l.3.n.197.non tamen exquiſitus. l.3.n.197.217.
In quo conſiſtit numerus. *l.3.n.198.*
Periodorum forma duplex. *l.3.n.199.*
Obſeruatio in periodis. *l.3.n.199.*
Qua ratione circumſcribitur, aut diſſoluitur periodus. *ibid.*
Exempla periodorum. *l.3.n.200.*
De pedibus, & ſtructura Oratorij numeri. l.3. n.201.
Numeroſa dictio, non admodum laborioſa.l.3. n.202.
Quomodo paretur facultas rhythmice dicendi ibid.
Obedientia.
Supplet naturæ defectus. *l.1.n.9.*
Odium.
Lege, Affectus.
Onomatopœia.
Tropus. *l.3.n.108.*

Opinio.

Bona opinio, & nomen, neceſſarium ad perſuadendum. l.2.à nu.105

Præponderat omnibus argumentis. ibid.

Quo pacto comparatur. l.2.n.109.110.

Oppoſita.

Oppoſitorum genera quatuor. l.2.n.89.

Contradicentium, & priuatiuorum ratio. l.2.nu.90.

Contrariorum tractatio. l.2.n.91.

Relatiuorum vis. l.2.n.92.

Omnium oppoſitorum generalis maxima. l.2.num.93.

Oppoſitorum loci magna vbertas. lib.2.num.94.

Oppoſitio.

Species enthymematis. l.3.n.35.

Figura ſententiarum. l.3.n.152.

Oratio, & meditatio.

Studium orationis neceſſarium Eccleſiaſtæ ſacro. l.1.nu.28.

Oratio, fons omnium bonorum. ibid.

Quando ſe ad orandum colligat concionator. ibid.

Oratio, Orator.

Oratio inartificioſa, qualis. præf.nu.3.

Oratio Rhetorica, humano corpori comparata. l.3.nu.1.

Orationis partes quatuor. l.3.à nu.235.

Orationis partes tres, iuxta vulgarem opinionem. l.3.à nu.165.

Oratio non decreſcat, creſcat potius ſemper. l.3.à nu.12.

Oratio vſque à capite dirigenda tota ad motum. l.3.nu.259.285.

Praxis ſcribendæ Concionis. libr.3.à numer.271.

Tota oratio ſcribatur ad verbum, ſed non ad verbum tota ediſcatur. libr.3.numer.287.396.

Ex tempore dicere, vtrum conueniat. l.3.n.55. & lib.3.nu.202.

Oratorius ſermo, ſiue eloquens oratio, qualis. lib.3 à num.82.& num.96.279.279.285.388.

Eloquens oratio debet eſſet emendata, dilucida, ornata, apta, lib.3.à nu.84.

Orator eſt, vir bonus, dicendi peritus. lib.1.num.15.

Orator fit. lib.1.nu.9.

Vt perſuadeat, debeat eſſe doctus ac probus. l.1.à nu.15.& l.2.à nu.105.

Finis, & officium Oratoris. l.2.nu.2.3.210.l.3.nu.213.

Lege, Concio, eccleſiaſtes, eloquentia.

Ordo.

Lege, Diſpoſitio.

Ornatus.

Ornatus orationis, qua re perficitur. l.3.à nu.92.

Par.

Parium locus, cum affirmatiue, tum negatiue tractatur. l.2.n.85.

Parabola.

Refertur ad locum ſimilitudinis. lib.2.num.80.

Parabola Euangelica, quomodo tractanda. l.2.nu.14.79.81.

Paradoxum.

Materia candidatorum. l.1.n.56.

Figura ſententiarum. l.3.n.182.

Paragoge.

Tropus eſt. l.3.n.109.

Parentheſis.

Figura ſententiarum. l.3.181.

Pars.

Vſus loci partium integrantium in confirmando. lib.2.n.55. *Partium ſubiectarum.* n.56.

Locus partium vberrimus. l.2.n.57.

Valet plurimum ad dilatandum & amplificandum. ibid.

Prima & ſecunda Pars concionis. l.3.à num.265.

Quomodo comparentur ad veras partes.lib.3. nu.267.
Iudicium de ipſis. *l.3.n.268.*

Partitio.

Rerum in concione dicendarum.l.3.num.239. 246.

SS. Patres.

Eorum eloquentia,varia.l.1.n.49.l.3.n.204. Delectabilis. l.2.n.210.Grauis,ſeria,fructuoſa.l.3.n.215.
Eorum conſilium datum concionatoribus. l.1. nu.22.& l.2.n.108.
Patres,multi ſunt in vſu ſcripturarum. lib.2. nu.103.
Frequentes in digreßionibus. *l.3.n.257.*
Legendi ab Eccleſiaſte,quo ordine,quo fructu. l.1.n.34.
Refellendi,vbi eſt opus,cum magna reuerentia l.3.n.43.

S. Paulus.

Quam,& qualiter eloquens. *l.1.n.48.*

Pauperes.

Lege Eleemoſyna.

Peccator.

Peccatorum conuerſio proprie, & fere ſingulariter ſpectat ad concionatorem. lib.1. nu. 25.

Periodus.

Lege, Numerus.

Periphraſis.

Tropus eſt. *l.3.nu.105.*

Peroratio.

Pars eſt orationis, colligens totius Concionis fructum. *l.3.n.259.*
Pendet à confirmatione. *l.3.n.259.& 260.*
In ea maxime exardeſcit motus.lib.3.nu.259. 285.
Eius quantitas. *l.3.nu.261.*
Conſtruitur breui enumeratione & amplificatione l.3.à nu.262.

Pes.

Lege, Numerus.

Philoſophia.

Tam naturalis, quam moralis concionatori requiritur. *l.1.nu.37.*

Plauſus.

Plauſus Chriſtianus,qualis. *l.3.n.216.217.*
Cui concionatori datur. *ibid.*

Pleonaſmus.

Pleonaſmus figura ſententiarum. lib.3.num. 187.
Pleonaſmus vitium. *ibid.*

Præceptor.

Lege,Instructor.

Præciſio.

Figura ſententiarum. *l.3.n.158.*

Prædicatio.

Euangelica prædicatio inſtrumentum felicitatis eſt Reip.Chriſtianæ. *l.1.n.2.*
Fidem,& ceteras virtutes inſerit. *ibid.*
Prædicationis officium tutius declinatur, quã arrogatur. *l.1.n.23.*

Præmunitio.

Figura ſententiarum. *l.3.n.176.*

Præoccupatio.

Figura ſententiarum. *l.3.n.170.*

Præparatio.

Figura ſententiarum. *l.3.n.161.*

Præteritio.

Figura ſententiarum. *l.3.n.179.*

Praxis.

Conſcribendæ concionis. *l.3.à nu.271.*
Concionatoris ad ſuggeſtum euntis.li.3. num. 426.

Priuatiua.

Lege, Oppoſita.

Pronunciatio.

Eſt velut vltima forma, & anima orationis.l. 3.nu.407.
Pronunciatione æſtimantur Oratores. *ibid.*
Pronunciatio voce, & geſtu conſtat.lib.3.nu. 409.
Quatuor eius virtutes,puritas,dilucidit as,ornatus,decentia. *l.3.à n.410.*

Vox.

Digitized by Google

Vox, ſpiritus, geſtus in pronunciatione qualis. l.3.nu.411.
Diſtincte, & ſeruatis interuallis dicere quam bonum. l.3.nu. 412.
Pronunciatio varia ſit pro varietate verborũ, rerum, & partium orationis. l.3.à n.419.
Pronunciatio non deſcendat ad hiſtroniam. l. l.3.nu.421.
Pronunciatio optima, quæ naturam in quotidianis & familiaribus colloquiis amulatur. l.3.n.422.
Idcirco obſeruanda turba. l.3.nu.423.
Recte pronunciandi facultatem faciunt obſeruatio, imitatio, exercitatio, admonitio. l.3. à nu.423.
Pronunciatio iuuatur firma orationis memoria & declamatione: ſecuritate item, & affectu oratoris. l.3.nu.425.
Praxis concionatoris ad ſuggeſtum euntis. l.3. nu.426.
Non eſt oratio pronuncianda, vti ſcripta eſt, ad verbum. l.3.nu.287.396. niſi adoleſcenti ac tyroni. l.1.n.57.
Priuata declamatio. l.1.n.57.
Aſſueſcendum in tumultu imperturbate dicere. ibid.

Prophetæ.

Concionatores fuere. l.1.n.1.
Qualis eorum eloquentia. pref. n.5. l.1.nu.48. l.3.nu.215.

Propoſitio.

Pertinet ad docilitatem. l.3.n.239.246.

Proprium.

Locus proprietatis refertur ad cauſarum, & & deſcriptionis locos lib.2.num.32.48.62. 70.

Proſopopœia.

Figura ſententiarum. l.3.n.148.

Prouerbium.

Figura ſententiarum. l.3.n.155.

Proximus.

Lege, Eccleſiaſte finis.

Prudentia.

Virtus generalis eloquentium, præſertim Sacrorum. l.3.n.427.
Eſt natura donum. ibid.
Quibus rebus iuuatur. ibid.
Variæ obſeruationes prudentiæ erga ſuam Auditorumq́; perſonam, erga res dicendas, & Artem. l.3.à nu.428.
Lege, Decorum.

Pulpitum.

Pulpita non ambiat Eccleſiaſtes. l.1.n.14.
Cum vocatur, non meretur ire ad ſuggeſtum. num.426.
Qua compoſitione iturus, & quomodo in eo ſe geſturus eſt. ibid.

Quæſtio.

Varia genera quæſtionum. l.2.à nu.5.
Quæſtiones concionatoriæ vndenam educendæ. l.2.n.13.
Sint populares, vtiles, plauſibiles, &c. l.2.n.17. l.3.n.273.
Vni concioni ſatis vt plurimum eſt vna quæſtio: quod ſi plures fuerint, non ſint diſparatæ. l.2.n.18. l.3.n.239.273.
Quæſtio finita ad infinitam extrahenda; & viciſſim infinita ad finitam deprimenda. libro 2. num. 19.20.59.165. libro 3. num. 281.
Quæſtiones morales quo magis ad particularia deſcendunt eo ſunt vtiliores. lib.2. numer.20.
Quæſtiones mere doctrinales, concionatoriæ non ſunt, & quonam referri poſſunt. l.2.n. 21.163.
Quæſtiones argumentis confirmandæ. l.2.numer.22.
Atque adeo ducendæ per locos dialecticos. præfat. num.4. lib.2.num.120. libr.3. numero 274.
Quæſtionis per locos ductæ, & Argumentis confirmatæ exemplum. libro 2. à numer. 126.

Digitized by Google

Quæſtio infinita nominatim à locis communibus totam ſupellectilem habet. lib.2.nu.164.
Quæ diſpoſitione tractatur. l.2.n.13 l.3.n.14.281.
Quæſtio finita, non ſolum illam locorum, ſed alteram quoq; inueniendi methodum habet. l.2.à nu.148.
Maxime vtitur circumſtantiis. lib.2.nu.74.
Eius diſpoſitio, qualis. l.3.à n.14.
Quæſtionis comparata tractatio. lib.2.n.111.

Ratiocinatio.

Genus eſt argumentationis. l.3.n.34.
Quare apud Rhetores quinque partes habet. l.3.nu.51.

Reiectio.

Figura ſententiarum. l.3.n.169.

Relatiua.

Lege, Oppoſita.

Repetitio.

Figura verborum. l.3.n.113.

Reprehenſio.

Qualiter fieri debet. l.3.n.431.
Genus reprehenſiuum, lege, Genera miſta.

Repugnantia.

Eorum natura, & vſus. l.2.n.95.
Repugnantia, quænam ſint apud Rhetores. l.2.nu.97.

Res.

Rerum nomine quid cenſeatur in concione. l.2.n.103.l.3.n.287.396.

Reſponſio.

Figura ſententiarum. l.3.n.139.

Reticentia.

Figura verborum. l.3.n.129.
Figura ſententiarum. l.3.n.179.

Rhetorica.

Duplex, infuſa, & acquiſita præf. nu.5.l.1.nu.10.18.26.39.
Eſt gemella Dialectica, & eam omnino requirit. l.1.n.39.l.2.n.36.
Lege, Ars dicendi.

Ridicula.

Sales, ioci, ridicula exulent penitus à concionibus l.2.n.212.l.3.n.178.430.

Scientia.

Neceſſaria ad concionandum. l.1.n.31.
Eius multiplicitas. l.1.à nu.32.l.2.à nu.115.
Lege, Eruditio.

S. Scriptura.

Profunda, & exquiſita Scripturarum cognitio, Eccleſiaſte apprime neceſſaria. l.1.n.32.
Scriptura dominatur in concionibus. ibid.
Fons eſt Artis dicendi. ibid.
In ipſa continetur Chriſtiana Philoſophia. l.1.nu.32 l.2.n.12.
Senſus S. Scripturæ, quotuplex. l.1.nu.33.
Quinam eius ſenſus in concione aptiores. l.2.nu.104.
Et quinam pertinent ad locum ſimilium. l.2.nu.82.
Ex ſcriptura ducuntur quæſtiones concionatoriæ. l.2.nu.12.13.16.
Ratio ſcripturas explicandi pro concione. l.2.à num.13.
Quale debeat eſſe earum ſtudium. l.1.nu.33.
Scripturæ autoritates ſeligendæ, ponderandæ, & qua ratione. l.2.nu.104.l.3.à nu.56.& nu.114.
Et cum rationibus ſiue argumentis inſitis maritandæ. l.2.n.103.l.3.n.383.
Lege, Conceptus ſcripturales.

Sententia.

Figura ſententiarum. l.3.n.154.

Sermonarij.

Pauci ſunt magno vſui. l.1.n.50.

Silua.

Silua Allegoriarum, codex Eccleſiaſte commendatus. l.2.n.82.
Silua Concionis, Lege, Praxis conſcribendæ concionis.

Simile.

Loci ſimilium natura, & vſus in confirmando plurimus. l.2.n.76.

Sed

Digitized by Google

Sed aptior eſt ſimilitudo declaranda, quam confirmanda rei. l.2.n.77.
Similitudo nec obſcura ſit, nec ſordida. l.2.nu. 78.
Varia ſimilitudinum diſpoſitiones, & tractādi modi. ibid.
Applicatio ſimilitudinis, minuta non ſit. l.2. nu.79.
Quomodo tractantur ea, quæ ſimilitudinum ſunt. l.2.n.81.
Abuſus concionatorum circa ſimilitudines. l. 2.nu.79.
Similitudo figura ſententiarum. l.3.n.159.
Similiter cadens, figura verborum. l.3. num. 135.
Similiter deſinens figura verborum. lib.3.nu. 136.
Diſſimilium loci natura & vſus. l.2.n.88.

Solitudo.

Commendatur Concionatori. l.1.n.29.

Sorites.

Argumentationis ſpecies. l.3.n.37.

Spes, Confidentia, Deſperatio.

Lege, Affectus.

Spiritus.

S. ſpiritus, concionatorum præcipuus magiſter. præf.nu.9.
In dicendo ſequendus eius inſtinctus. lib.3. nu. 286.
Spiritus neceſſarius Concionatori lege Eccleſiaſtes.

Stylus.

Oratorem facit. l.1.n.55.
Scriptio debet eſſe conſiderata & artificioſa. ibid.
Quo ſtylo tractanda res Oratoria. l.3.nu.40. & 52.

Subiectio.

Species Argumentationis. l.3.n.32.
Figura ſententiarum. l.3.n.139.

Summiſsio.

Species Argumentationis. l.3.n.38.

Superfluitas.

Figura verborum. l.3.n.130.

Suſtentatio.

Figura ſententiarum. l.3.n.189.

Syllogiſmus.

Lege, Ratiocinatio.

Synathriſmus.

Lege, Congeries.

Synecdoche.

Tropus eſt. l.3.n.103.

Synonymia.

Figura verborum. l.3.n.120.

Talentum.

Quid ſit concionandi talentum, & quam requiſitum. l.1.à nu.6.

Tautologia.

Vitium eſt odioſum. l.3.n.86.& 183.

Tempus.

Tria tempora generis demõſtratiui. l.2.n.150.

Teſtimonium.

Lege, Autoritas.

Thema.

Concionis thema, argumentum, ſiue materia, appellatur Quæſtio. l.2.n.4.
Lege, Quæſtio.

Theologia.

Scholaſtica theologia, quam neceſſaria Eccleſiaſte. l.1.n.35.

Theſis.

Lege, Quæſtio infinita.

S. Thomas.

Doctrina Angelici Doctoris, ſolida, & commendabilis. l.1.n.35.

Timor.

Orator non ſit timidus. l.3.nu.393.398.425. 426.
Lege, Affectus.

Topica.

Lege, Dialectica, Loci.

Totum.

Quomodo valeat locus totius ad probandas partes. l.2.nu.58.

Traductio.
Figura verborum. l.3.n.117.
Tranſitio.
Figura ſententiarum. l.3.n.188.
Lege, Iunctura.
Translatio.
Lege, Metaphora.
Tranſumptio.
Reducitur ad locum notationis. l.2.n.51.
Triſtitia.
Lege, Affectus.
Tropus.
Explicatio multorum troporum. l.3.à nu 96.
Obſeruatio in eorum vſu. l.3.n.112.
Quid ſit tropus, &c. Lege, Figura.
Varietas.
Figura ſententiarum. l.3.n.183.
Eius fructus. l.3.n.90.
Venuſtas.
Figura ſententiarum. l.3.n.194.
Verbum.
Verbo Dei quantũ coonferre concionator poſſit. l.1.à nu.19.
Verba rebus concordent. l.3.nu.89.
Verborum delectus, eloquentia origo. lib.3.nu.85.
Lege, Idioma.
Verecundia.
Verecundia, & impudentia, lege, Affectus.
Vox.
Qualis eſſe debet in concionatore. lib.1.numero 8.
Lege, Pronunciatio.
Vrbanitas.
Figura ſententiarum. l.3.nu.178.
Vſus.
Argumenta ex vſibus referuntur ad locum effectorum. l.2.nu.69.
Zelus.
Charitatis Zelus Eccleſiaſte neceſſarius. libr.1.num.26.
Non poteſt artificio Rhethorico ſimulari. ibidem.
Lege, Affectus æmulationis.
Zeugma.
Lege, Adiunctio.

LAVS DEO.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

SCHEDA di RESTAURO effettuato nell'anno 2005
Laboratorio per il restauro del libro - Dott.ssa Pacella

6. 7. D. 21

Smontaggio totale
PH effettuato prima del trattamento sul frontespizio e su p.105 con valore 5
Prova di solubilità degli inchiostri e colori dei timbri effettuata sulla scritta e sul timbro del frontespizio e sul timbro dell'ultima carta con risultato di scarsa ma presente solubilità dei suddetti
Lavaggio totale
Deacidificazione con calcio idrossido al 1.5% su 1 lt.
Ricollatura con Tylose MH 300
Rammendo alla piega per il 90% delle carte con velo Vangerow 504
Nuova cucitura su 5 nervi in refe
Indorsatura eseguita a pettine in carta
Capitelli eseguiti su filo rosso/verde in cotone 100% su pelle allumata passante
Quadranti originali puliti a secco
Coperta originale semifloscia in pergamena pulita a secco
Carte di guardia originali non funzionali e nuove carte di guardia in carta Rusticus (acid free)